ARISTOTELIS DE ANIMALIBUS HISTORIAE, LIBRI X.: GRAECE ET...

Aristotle, Giulio Cesare Scaligero

ARISTOTELIS
DE ANIMALIBVS
HISTORIAE
LIBRI X.

GRAECE ET LATINE.

TEXTVM RECENSVIT
IVL. CAES. SCALIGERI VERSIONEM
DILIGENTER RECOGNOVIT
COMMENTARIVM AMPLISSIMVM
INDICESQVE LOCVPLETISSIMOS
ADIECIT

IO. GOTTLOB SCHNEIDER
SAXO.

TOMVS II.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO
1811.

ADNOTATIONES

AD LIBRI IX. CAPVT I.

Ἀμαυροτέρων] Gaza et Scaliger *obscuriorum* vertunt, hic etiam *ignobilia, minus illustria* interpretatur. Camus male *qui vivent retires.* Sequens φυσικὴν Canis. in ψυχικὴν mutat. Gaza locum vertit: *habere enim vim quandam naturalem animantes in quauis animi affectione videntur.* Scaliger: *Naturali namque vi quadam ad singulas animi affectiones praedita videntur.* Vterque male, vti constabit comparanti initium libri octaui, vbi est: ἔνεστι γὰρ ἐν τοῖς πλείστοις καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἴχνη τῶν περὶ τὴν ψυχὴν τρόπων, ἅπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἔχει φανερωτέρας τὰς διαφοράς· καὶ γὰρ ἡμερότης καὶ ἀγριότης, πραότης καὶ χαλεπότης, καὶ ἀνδρία καὶ δειλία, καὶ φόβοι καὶ θάῤῥη καὶ θυμοὶ καὶ πανουργίαι καὶ τῆς περὶ τὴν διάνοιαν συνέσεως ἔνεισιν ἐν πολλοῖς αὐτῶν ὁμοιότητες. — ὡς γὰρ ἐν ἀνθρώπῳ τέχνη καὶ σοφία καὶ σύνεσις, οὕτως ἐν ἐνίοις τῶν ζώων ἐστί τις ἑτέρα τοιαύτη φυσικὴ δύναμις. Vides hic τρόπους τοὺς περὶ τὴν ψυχὴν distingui a συνέσει τῇ περὶ τὴν διάνοιαν. Contra in nostro loco παθήματα τῆς ψυχῆς multo latiore sensu dicuntur, et non solum illas animi affectiones, quas istic enumerauit Philosophus, ἡμερότητα, πραότητα, ἀνδρείαν, φόβους, θυμοὺς cum contrariis suis, sed etiam prudentiam per cogitationem et intelligentiam comparatam et agentem complectuntur. Haec posterior animi virtus proprie ad παθήματα τῆς ψυχῆς referri non

potest, vti priores, quae pariter *τρόποι τῆς ψυχῆς* appellantur. Rectius enim posteriorem virtutem ad *πράξεις*, non ad *πάθη* retuleris. Distinctius noster Eudemiorum 2, 2. *ἔσται δὲ (ποιὰ ἄττα τὰ ἤθη) κατά τε τὰς δυνάμεις τῶν παθημάτων — καὶ κατὰ τὰς ἕξεις πρὸς τὰ πάθη. — Λέγω δὲ πάθη μὲν τὰ τοιαῦτα, θυμὸν, φόβον, αἰδῶ, ἐπιθυμίαν, ὅλως οἷς ἕπεται ὡς ἐπιτοπολὺ ἡ αἰσθητικὴ ἡδονὴ ἢ λύπη καθ' αὑτά. — κατὰ δὲ τὰς δυνάμεις ποιότης. Λέγω δὲ τὰς δυνάμεις, καθ' ἃς λέγονται κατὰ πάθη οἱ ἐνεργοῦντες, οἷον ὀργίλος, ἀνάλγητος, ἐρωτικὸς, αἰσχυντηλὸς, ἀναίσχυντος. Ἕξεις δ' εἰσὶν, ὅσαι αἴτιαί εἰσι τοῦ ταῦτα ἢ κατὰ λόγον ὑπάρχειν ἢ ἐναντίως, οἷον ἀνδρία, σωφροσύνη, δειλία, ἀκολασία.*

τὰ μὲν γὰρ παρ' ἀλλήλων] Ex Camotiana *γὰρ* inseruit primus Sylburg, quam particulam iterum omisit Camus, cum in Codd. et versione Thomae desit. Gaza contra expressit, nec abesse commode potest. Ad totam sententiam absoluendam repete ex antecedente membro *μανθάνει καὶ διδάσκεται*, quae verba latent in nominibus *μαθήσεως καὶ διδασκαλίας*. Quod nisi feceris, oratio erit impedita nec explicari poterit. Deinceps versio Thomae *τὰ δὲ καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων* scriptum reddidit, et statim *ὅσαπερ καὶ ἀκοῆς μετέχει*.

μὴ μόνον ὅσα] Equidem malim *καὶ μὴ μόνον* vel *καὶ ὅσα μὴ μόνον*. Sequens *διαισθάνεται* vulgato *αἰσθάνεται* ex Codd. et versione Gazae substituit Camus. Deinceps *γένεσις* Med. et e correctione Reg. Versio Gazae: *quorum procreatio est.* Contra versio Thomae scriptum *πᾶσι δὲ γένεσιν ὅσοις ἐστὶ* reddidit. Denique verba *καὶ τῶν* ante *ζωοτόκων* omisit Thomas.

2. *μαθητικώτερον*] Ex Sylburgii coniectura vulgato substitui *μαθηματικώτερον*. Versio Thomae: *magis et disciplinatur.* Gazae: *moribus mollioribus, mitescunt celerius et manum facilius patiuntur, discunt etiam imitanturque ingeniosius.* Significare voluit Philosophus, quod Graeci

vno vero *χειροήθης*, Latini *mansuetus* dicunt. Post *εὐφυέστεραι* versio Thomae *γὰρ* insertum reddidit, vocabulum *εὐφυέστεραι meliores*, Gaza *sagaciores*, rectius Scaliger *meliore indole* interpretatur. Sequens *εἰσὶ* ex Camot. inseruit Sylburg, omisit iterum Camus, quamuis sit in Med. Denique pro *Μολοττίᾳ* bis versio Thomae *Molorgya* habet.

3. *πλὴν ἄρκτου καὶ παρδάλεως*] Vulgatum *ἄρκτος καὶ πάρδαλις* ex Med. correxi. Aelianus H. A. 4, 49. *ἡ πάρδαλις ἡ θήλεια εὐρωστοτέρα τοῦ ἄῤῥενος*. Sequens *προπετέστερα* Gaza *insidiosiores* vertit, quoniam putauit respondere sequenti *ἐπίβουλα*. Sed rectius Scaliger *procaciores* vel *petulantiores*. Hinc Camus *plus pétulantes*. Deinceps scriptum *τἀναντία· θυμωδέστερα γὰρ καὶ ἀγριώτερα* Thomas vertit: *contraria: animosiora enim et siluestriora*. Sequens *πληκτικώτερον* Gaza vertit *mordacior*, Scaliger malebat *exprobrantior*. Gazam tamen sequitur Camus. Contra Thomas *et stupidior*, quasi *καταπληκτικώτερον* scriptum legisset. Hesychius: *πλήκτης, μάχιμος, ὑβριστής*. Idem: *πληκτικώτερον, ὑβριστικώτερον*. Idem: *πληκτίζεσθαι, μάχεσθαι, ὑβρίζειν*. Homericum *πληκτίζεσθ' ἀλόχοισι Διὸς* Il. 21, 499. *μάχεσθαι, ὑβρίζειν* interpretantur, vt in Aristophanis Eccles. 958. alii rectius *στασιάζειν* vel *ἐρίζειν*.

4. *ἔτι δὲ καὶ δύσθυμον*] Ita pro *ἔστι δὲ* ex Med. versione Thomae et Gazae scripsit Camus. Sequentia *καὶ ὀκνηρότερον* ex Camotiana inseruit Sylburg, et reddidit Gaza. Postea cum Scaligero *δὲ, καὶ ὥσπερ ἐλέχθη, ἀνδρειότερον* scripsit Camus, quoniam de *βοηθείᾳ* nihil antea fuerit dictum. Postremum membrum Athenaeus 7. p. 323. ita excerpsit: *λέγεται δὲ ὡς καὶ θηρευθείσης τῆς θηλείας τριόδοντι οἱ ἄῤῥενες ἐπαρήγουσιν ἀνθέλκοντες αὐτήν· ἂν δὲ οἱ ἄῤῥενες αλῶσιν, αἱ θήλειαι φεύγουσιν.*

CAPVT II. (vulgo adhuc CAP. I.)

1. *πρὸς ἄλληλα*] Vulgatum *ἄλλα* ex Canis. V. A. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Deinceps *κατα-*

βληθῇ habet Reg. pro ἐκβληθῇ. Postea διεδρίας καὶ συνεδρίας Thomas vertit *consensiones et dissensiones*, Gaza et Scaliger *dissidia et considia*. Aeschylus Promethei versu 490. καὶ δίαιταν ἥντινα ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ συνεδρίαι. Aelianus H. A. 3, 9. οἵ τε ἕδρας ὀρνίθων καὶ πτήσεις παραφυλάττοντες οὐκ εὐσύμβολον εἰς μαντείαν ὀττεύουσιν εἶναί φασιν, εἰ ὑπαντήσοιτο κορώνη μία. Denique εἰρηνοῦντα habet Med.

2. πρός τε τοὺς ἀνθρώπους ἂν ἔχειν] Vulgatum ἀνέχειν correxi, auctore Porphyrio de Abstinentia ab esu carnium 3. p. 243. ed. Rhoer. vbi hic locus ita excerptus legitur: οὔτ' ἂν ἔσχον ἀγρίως. Versio Thomae habet: *ad homines sustinendos in quiete nunc timentia ipsum et siluestria ab ipso et ad inuicem eodem modo.* Jam olim Casaubonus ἂν ἔχειν scribi voluit, deinceps vero φοβούμενα αὐτοὺς coniecit scribendum Sylburgius.

ποιεῖ τοῦτο] Ambr. πρὸς τοῦτο. Sequens διὰ τὰς ὠφελείας Gaza vertit *sui commodi ratione mansuescunt.* Scaliger: *beneficio enim mitescunt.* Postea ἡμεροῦσι. Med. Crocodilos in Aegypto a sacerdotibus nutritos et mansuetos narrant historiae. Denique μόρια τούτων pro αὐτῶν ex Med. Canis. Vatic. et versione Thomae dedit Camus.

3. δράκων] Pro omni serpente dici obseruat Scaliger; sequitur enim τοὺς ὄφεις. Atque hic est vsus vocabuli poetis frequens, qui comparationem ab hoc exemplo etiam frequentarunt ductam. φάλαγξ h. l. est pro phalangio. Thomae *fallax.* σφηξ est Linnaei sphex. Albertus: *Aquila, vt dicit Auicenna, pugnat cum dracone, vt comedat. Aristoteles tamen videtur dicere, quod vultur cum dracone pugnat, et hoc non est verum, nec etiam aquila omnis cum dracone pugnat. Sed quoddam genus est aquilae paruum, quod venatur quendam serpentem, qui draco generali vocabulo nuncupatur.* Idem Albertus pro ichneumone *cyemmona*, pro phalange *salangor* nominat, et aues esse ait.

ποικιλίδες—κορυδῶνες] Hesychio ποικιλὶς, ὄρνις ποιός

Scholia ad Theocriti 7, 141. *ἀκανθὶς δὲ ὄρνεόν ἐστι ποικίλον, — καλεῖται δὲ καὶ ποικιλὶς διὰ τὴν χροίαν.* Quae si vera sunt, Aelianus videri possit hinc duxisse illud 4, 5. *κορυδαλὸς δὲ ἀκανθυλίδι νοεῖ πολέμια.* Deinceps *κορυδωνες* malebat Gesner p. 81. Vno in hoc loco forma haec legitur, ita vt nescias, eadem sit auis cum *κορύδῳ*, an diuersa. Ceterum ante harum auium mentionem Albertus inserit haec, ducta, vt videtur, e versione Scoti vel Auicennae: *Hac eadem de causa animal vocatum habeninum, quod est animal habens foueas in campis, pugnando venatur animal vocatum pelagoz, quod Auicenna videtur vocare murem cecum, quem nos talpam vocamus: et quodcunque vicerit alterum, deuorat ipsum.*

πιπὼ καὶ χλωρεὺς] Vulgatum *πίπρα* reddidit Thomas *pipra*, vt ait Camus. Sed in Lipsiensi libro scriptum legitur: *Pikilides et koridones et pipro coloreus.* Canis. *πιπρὼς*, Med. dubia scriptura *πίπρα* vel *πίπραι*, Reg. a secunda manu *πίπων* habet, *πιπρῶ* Venetus, versio Gazae *Pipo cum lutea.* Albertus deinceps nominat *colidoz, sorodonem, chicho, glorior.* Infra cap. 21. idem *chyco* habet. De pipra et pipone dictum supra ad 8, 3. Plinius: *coruus et chlorio, noctu inuicem oua exquirentes.*

κορώνη καὶ γλαῦξ] Antigonus cap. 26. *τὴν δὲ γλαῦκα καὶ τὴν κορώνην πολεμίους εἶναι· τὴν μὲν κορώνην τῆς γλαυκὸς μεθ' ἡμέραν, διὰ τὸ μὴ βλέπειν τὴν γλαῦκα· τὴν δὲ γλαῦκα τῆς κορώνης νύκτωρ, διὰ τὸ τὴν κορώνην μὴ ὁρᾷν· διὸ καὶ κρατεῖν αὐτῶν τὴν μὲν νυκτωρ, τὴν δὲ μεθ' ἡμέραν.* Vides multa in medio excidisse verba librariorum culpa. Aelianus H. A. 3, 9. *ἐπεὶ δὲ ἡ γλαῦξ ἐστιν αὐτῇ πολέμιον καὶ νύκτωρ ἐπιβουλεύει τοῖς ᾠοῖς τῆς κορώνης, ἥδε μεθ' ημέραν ἐκείνην ταὐτὸ δρᾷ τοῦτο, εἰδυῖα ἔχειν τὴν ὄψιν την γλαῦκα τηνικαῦτα ἀσθενῆ.* Cf. idem 5, 48. Pro *κορώνη* Albertus monedulam nominauit. In versione Thomae deinceps est *deuorant et ista bubonis,* quasi *κατεσθίει καὶ ταῦτα* scriptum legisset.

ὀρχίλος] Vulgatum *ὄρχιλος* correxi. Aristophanis Aues versu 568. *κἂν Διῒ θύῃ βασιλεῖ κριὸν, βασιλεὺς ἐστ' ὀρχίλος ὄρνις.* Idem Vesparum 1513. *ὅσον τὸ πλῆθος κατέπεσεν τῶν ὀρχίλων.* Scholia graeca paruam et libidinosam auem volunt esse. Hesychius: *ὀρχίλος, ὀρνιθάριον τῶν εὐωνήτων· λέγεται δὲ ὑπό τινων σαλπιγκτής.* Idem auem aliquam vocari ait *σάλπιγγα* et *σαλπιγκτήν.* Photii Lexicon MS. *Ὀρχίλος, βασιλικός. σαλπιγκτὴς, ὄρνεον ὁμοίως σάλπιγγι φθεγγόμενον.* Antoninus Liberalis c. 14. ex Nicandro Alcandrum narrat mutatum in auem *ὀρχίλον.* C. Gesner eandem putabat auem, quae et *πρέσβυς* et *βασιλεὺς* et *τρόχιλος* dicitur, inprimis propter locum priorem Aristophanis. Sed coniectura haec nititur opinio admodum dubia. Philosophus etiam *βασιλέα* separatim nominauit. Arato versu 1025. signum tempestatis praebent *ὀρχίλος ἢ καὶ ἐριθεὺς δύνων εἰς κοίλας ὀχεάς.* quem locum interpretatus Auienus posuit: *infestus floricomis hymenaeis orchilus,* de augurio infausto nuptiis intelligens. Euphorion in Apollodoro apud Tzetzem ad Lycophr. p. 83. *ποικίλον οὐδὲ μέλαθρον ὀρχίλος ἔπτη Κύζικος, οὐδ' ἤεισε κακὸν γάμον ἐχθόμενος κρέξ.* qui locus opinionem de orchili augurio nuptiis infausto ab Auieno traditam confirmat.

περιπέτεται] Vulgatum *περιπέταται* ex emendatione Sylburgii et Scaligeri correxerunt Edd. recentiores. Deinceps verba *ὃ καλεῖται θαυμάζειν* desunt in R. A. et versione Scoti. Ex verbo *θαυμάζειν* duxit dulcissimam fabulam Aesopus de sapientia noctuae apud Dionem Chrysostomum Orat. 12. Tom. I. p. 373. cui similis ibidem Tom. II. p. 387. ed. Reiskii. Fabulam alia ratione tractasse videtur scriptor, vnde Seruius ad Georgica 1, 403. haec retulit: *Nyctimene postquam cum patre concubuit — conuersa in auem* (noctuam), *quae pro tanto facinore omnibus auibus est admirationi.* De aucupio per noctuam dictum ad Ixeutica Dionysii vel Oppiani et ad Palladium.

4. *πρέσβυς*] Thomae *presbis.* Gaza vertit: *Quin etiam*

qui rex auium appellatur, priuatas contra eandem inimicitias gerit. Mustela inimicus cornicis est, quippe qui eius oua et pullos violet. Legit igitur scriptum κατεσθίει, et verba πολέμιος — καλούμενος ad noctuam retulit, vt Plinius: *aquila et trochilus, quoniam rex auium appellatur: mustela et cornix.* Etiam Albertus: *Haec autem, quae dicta sunt, maxime faciunt aues cum eo, qui basit arabice, apud nos autem senecta vocatur. auis etiam fethis et gali, quorum vtrunque est species quaedam milui, et coroni, quod est coruus, pugnant ad inuicem, eo quod illa genera miluorum comedunt per insidias oua corui et suos pullos.* Hesychio πρέσβυς, ὄρνις ὁ τροχίλος.

καὶ πυραλὶς] Med. πυραλλὶς, Thomae versio *pyrallis.* Hesychio πυῤῥαλλὶς, ὄρνις ποιός. Plinio *pyralis.* Aelianus H. A. 5, 48. πολέμιοι δὲ ἄρα εἰσὶν ἰκτῖνός τε καὶ κόραξ, καὶ πυραλλὶς πρὸς τρυγόνα. Sed idem 4, 5. ex alio auctore retulit: τρυγόνι πρὸς πυῤῥαν διαφορά. Oppiani Ixeutica 3, 13. πυῤῥαι habent, sed Codex Gesneri ibi πυῤῥίαι habet.

κελεὸς καὶ λιβυὸς] Gaza *galgulus cum lybio.* Medic. κελεὸς habet καὶ κίβιος. Thomae versio *keleus et lybius.* κήβιος Canis. Venetus. κελίος καὶ λιβιὸς Ambr. κελεὸς καὶ λιβιὸς Reg. Alberti versio post superiora pergit: *Hanc etiam causam pugnandi cum coruo habent aleuz et linteuz et lartinoz, quae etiam sunt genera miluorum.* Hesychius κελαιὸν, ὄρνιν ποιὸν habet, vbi ordo κελεὸν flagitat.

ἰκτῖνός τε καὶ κόραξ] Cicero de Nat. deor. 2, 49. *miluo est quoddam bellum quasi naturale cum coruo. Ergo alter alterius, vbicunque nactus est, oua frangit.* Repetiit etiam Aelianus H. A. 5, 48. Sed causam vel effectum odii falsum edidit Cicero. Albertus: *Acrinoz autem, quod est paruum genus milui, quod vocatur apud nos miluus nisus, non accipit oua vel pullos coruorum, sed potius hoc, quod inuenit de cibo praeparatum a coruo, rapit et comedit, et*

ideo pugnat cum ipso. Fortiores enim habet vngues, quam coruus, et est velocioris volatus.

βρένθος] Gaza: *anas, gauia et harpa inuicem dissident.* Thomae versio *brentalus* habet. Plinius: *dissident aquaticae et gauiae, harpe et triorches accipiter.* Hesychius: βρένος — ὄρνεον, ὃ καὶ βρένθον. Aelianus H. A. 5, 48. καὶ βρένθος καὶ παγρος (πολέμιοι). vbi Philes βρένθος habet. Sed idem Aelianus 4, 5. inimicas commemorat ἅρπην καὶ ἐρωδιὸν πρὸς λαρον. Nostro infra cap. 11. βρένθος, vel, vt est in Med. versione Thomae et Gazae, βρένθος cum vpupa montes et syluas habitare, praeterea εὐβίοτος καὶ ᾠδικὸς dicitur. Quare hic βρένθος locum obtinere posse non videtur. In Alberti versione *bathyos, species merguli, latroz, auis marina alba melba dicta* nominantur.

Τριόρχης — αὐτούς] Gazae versio: *buteo in alio genere hostis ranae et rubetae et anguis est.* Thomae: *triorchus autem et frinus et cormarandus.* Camus ex suo libro posuit *cormaranda*, et suspicatur, pro ὄφις Thomam φρύνη scriptum legisse. Censor versionis et editionis Gallicae in Ephemeridibus Goettingensibus putabat, Plinium ita scriptum legisse hunc locum: βρένθος καὶ λάρος. Ἅρπη καὶ τριόρχης· τριόρχης δὲ καὶ φρῦνος καὶ ὄφις. Harpen enim esse auem montanam, non aquaticam, vti constet ex Oppiani Ixenticis. In Plinio 10. cap. 14. Editiones veteres omnes cum Vincentio habent: *Aquaticae anates et gauiae, harpe et triorches accipiter. Sorices et ardeolae inuicem foetibus insidiantes.* Harduinus vocem *anates* male omisit, cum in eius Codicibus deesset. De harpe res est nondum ad liquidum perducta; et si constaret vndequaque de ea, Plinii errorem nemo potest praestare. Aelianus H. A. 4, 5. ἅρπη καὶ ἐρωδιὸς πρὸς λαρον. Scholia Homerica Veneta p. 447. ad Il. Τ. 350. ἡ δ' ἅρπῃ εἰκυῖα ita docent: ἅρπη, τῷ ἐκτίνῳ· οἱ δὲ ζῶον θαλασσιον πολέμιον λάρῳ καὶ βρένθῳ. φιλεῖ δὲ τὴν τροφήν, ἣν ἂν συνάγῃ, φυλάττειν ἐπὶ τοῖς

γάμφεσι καὶ ταύτην ἐπιχορηγεῖν τοῖς νεοσσοῖς. — οἱ δὲ τὸν ἰκτῖνον, ὅτι ἐφ' ὕψους ἱπτάμενος εὐχερῶς, ὅπου θέλει, καταῤῥάσσει. Tzetzes Chiliad. V, 413. ἰκτῖνος ὄρνις τίς ἐστιν, ὅνπερ καλοῦμεν ἅρπην, ἁρπάζων τὰ νεόττια τὰ τῶν ἀλεκτορίδων. Τοῦτον ἐκ μόνων λέγουσιν ὑδάτων τῶν ὀμβρίων πίνειν, καὶ ῥῷ καταφύρας μόνῳ τῶν ὀμβρημάτων. Eustathius ad Homer. p. 1256. ed. Basil. οἱ δὲ ζῶον θαλάσσιον λάρῳ πολεμοῦν. Vnde patet, vulgarem huius loci distinctionem in libris etiam antiquissimis Philosophi fuisse; atque hac sola auctoritate nititur traditio de natura aquatica harpae. Ceteri enim scriptores omnes terrestrem et montanam faciunt harpen. Interpretationes recentiorum varias memorauit Camus Commentar. p. 411. Sed vnde duxit Thomas *cormarandum* vel *cormarandam*? Gallicum *cormoran* in eo facile agnoscas. Albertus etiam post larum posuit haec: *aliquando autem eadem de causa pugnant trichachyz et coronoz, quod est coruus aquaticus.* Hic ipse coruus aquaticus est, quem Galli vocant *cormoran*. Vnde igitur Thomas Albertusque habuerunt eius nomen et mentionem? Albertus autem post illa superiora haec subiunxit: *Tyrus autem aquaticum est animal, vocatum trihaur, comedit vtrunque istorum.* In vitioso nomine τριόρχης latere videtur.

τρυγὼν — ὁ χλωρεύς.] Gazae *turtur — luteus.* Aelianus H. A. 5, 48. πάλιν τε ὁ χλωρεὺς πρὸς τρυγόνα. Albertus: *similiter autem turtur inuenitur pugnare cum aue quadam rapace, quae cladem graece, latine autem glaro vocatur, et est de genere milui parui, et est causa pugnae, quod glaro nititur rapere pullos turturis de nido. — In tali itaque pugna glaro aliquando interficit turturem antiquum.* Scaliger suspicatur de aue, quae in Liguribus Taurinis *cloris* vocatur, turturi par aut fortasse maior, rostro longo, sed neque lutea neque viridis.

τύπανον] Vulgatum τανύνον ex Med. V. R. A. correxit Camus. In Regio manus secunda τύμπανον scripsit, quod

Gaza vertendo reddidit, et Canis. habet. Versio Thomae *tympanium;* in Lipsiensi libro *typanium* reperi. In Alberti versione legitur: *miluum, qui graece dicitur cochyne.* *κορωνη* ibi est *coruus abka.* Scaliger *tapynum* coniiciebat esse auiculam Italis *misellum* vocatam.

κολαριν] Gaza vertit *Colarem vlula*, Thomas *calapym autem.* Albertus posuit *balarcheos, species passeris,* et pro *αἰγωλιῷ colyeuz, genus accipitris parui.* Med. Reg. *καλαριν* habent, *κλαριν* Ambr. Conr. Gesner p. 266 malebat *κολλυρίωνα.* Scaliger monet, calarim autem esse debere nocturnam; aliter enim non posse ab aegolio interfici. Jul. Billerbeck, iterum nominandus infra ad cap. 23. motacillam albam Linnaei interpretatur, quae alibi etiam *κίλλυρος* id est *κίλλουρος* nominetur. Scilicet Hesychius *κίλλυρος* vel, vt recentior Editio habet, *κίλλουρος* interpretatur *σεισοπυγίς.* Sed eiusmodi vocabulorum similitudine res confecta videri non potest.

5. *πόλεμος δὲ*] Versio Thomae *πολεμεῖ* scriptum reddidit. Gaza *stellionem et araneum* vertit. Thomas *ἀράχνην araneam.* Albertus: *auis vocata ascolonitis aliquando comedit abachiez.*

πιπω δὲ ἐρωδιῷ] Vulgatum *ἵππῳ* ex versione Gazae, vbi est: *Pipo inimica ardeolae est:* et Hesychio, qui ex h. l. habet *Πιπὼ, ὄρνεον πολεμικὸν, ὡς τινες, ἐρωδιὸς,* vbi viri docti *ἐρωδιῷ* recte emendarunt, correxit, praeeunte C. Gesnero, Sylburg. Antoninus Liberalis cap. 14. ex Nicandro: *ἡ δὲ μήτηρ αὐτῶν ἐγένετο κνιπολόγος πιπώ· πρὸς ταυτην ἀετῷ πολεμός ἐστι καὶ ἐρωδιῷ· κατάγνυσι γὰρ αὐτῶν τὰ ὠὰ, κόπτουσα τὴν δρῦν διὰ τοὺς κνῖπας.* Vnde patet esse e genere picorum vel certhiarum culicilegarum piponem, et ardeam cum aquila, sine dubio minore aliqua, in arboribus nidificare, vbi oua nidis imposita pulsibus rostri piponis vitiari dicuntur. Plura de pipone dixi ad 8, 3. Scripturam Codicum nunc videamus. Ambr. cum Edd. antiquis *ἵππῳ* habet, quod etiam in Regio fuit, sed manus

secunda πίπω fecit, quod margo Basil. posuit pro varia lectione. In Med. dubia scriptura πίπω vel πίπον habet. Venetus πιπῶ δὲ ἐρωδιῷ, vnde vulgatum πίπῳ δὲ καὶ ἐρωδιῷ correxi. Thomas etiam *Pipo autem erodio*. Post νεοττοὺς Venetus φοβούμενοι insertum habet, sed punctis suppositis damnauit librarius, quippe ex sequenti loco male huc tractum. Plinius *sorices et ardeolae inuicem foetibus insidiantes* interpretatus, vel diuersam scripturam secutus est, vel errauit. Albertus nominauit *hyckyppo* et *arodycan*.

αἰγίθῳ] Gaza *Salo* vertit. Albertus: *achynoz graece, latine argicus dicitur, auis parua, sicut passer, aliquantulum ruboris habens super caput*. Antigonus cap. 63. καὶ τὸν ὄνον καὶ τὸν αἴγιθον πολεμεῖν ἑαυτοῖς· παριόντα γὰρ ξύεσθαι εἰς τὰς ἀκάνθας· διά τε οὖν τοῦτο καὶ ὅταν ὀγκήσαιτο, ἐκβάλλειν τὰ ᾠὰ τῆς αἰγίθου, καὶ τοὺς νεοττοὺς φοβουμένους ἐκπίπτειν· τὸν δὲ διὰ τὴν βλάβην ταύτην κολάπτειν τὰ ἕλκη αὐτοῦ ἐπιπετόμενον. Aelianus H. A. 5, 48. ὁ δὲ αἴγιθος τῷ ὄνῳ· ὁ μὲν γὰρ ὠγκήσατο, ῥήγνυται δὲ τῷ αἰγίθῳ τὰ ᾠὰ, καὶ οἱ νεοττοὶ ἐκπίπτουσιν ἀτελεῖς. Ὁ δὲ τιμωρῶν τοῖς τέκνοις ἐπιπηδᾷ τῶν ὄνων τοῖς ἕλκεσι καὶ ἐσθίει αὐτά. vbi ante Gronouium erat αἰγίθαλος et αἰγιθάλῳ. Plinius: *aegithus auis minima cum asino. Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos eius dissipat: quod adeo pauet, vt, voce omnino rudentis audita, oua eiiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans vlcera eius rostro excauat.* Pro ἐκπίπτουσι Aldina, Junt. Camotiana cum Codd. Med. R. A. habent ἐκτίκτουσι, quod vitium Scaliger etiam correxit, post eum Sylburg. Gaza: *pulli etiam metu labantur*. Thomas vertit: *trementes excidant*. Ineptam Pauwii emendationem videbis in eius annotatione ad Philen p. 117. Pro ὀγκήσηται est in versione Thomae verbum per compendium scriptum *pmat*, quod *premat* vel *perimat* potest significare.

λύκος δ' ὄνῳ] Scotus et Albertus *vrsum* nominant. Deinceps κίρκος Gazae *circus accipiter*. Plinius 10. s. 95.

Vulpes et nisi: angues, mustelae et sues. Ita enim vulgatum antea *vulpes et nili angues* correxit Harduinus, sed Vincentius 20. cap. 20. habet: *vulpes et milui.* Aelianus H. A. 5, 48. *μισεῖ δ' ἀλώπηξ κίρκον.* Idem diuersum a *κίρκῳ* facit 4, 5. et 58. Alberto *κίρκος* dicitur *yricos.*

ἕλκη ποιεῖ κόπτων] Vulgatum *λυπεῖ κόπτων* correxi e Medic. Sed versio Thomae *vlcera facit insidens.* Scriptum igitur *ἐπικαθήμενος* legit pro verbo *κόπτων.* Gaza: *vulpem inuadit et vulnerat.*

6. *κολάπτειν*] *laceret* Gaza vertit, *laedit* Thomas; hic igitur *βλάπτειν* scriptum legit. Deinceps pro aquila vulturem nominat Albertus: *vultur pugnat cum animali, quod graece arodyeuz, latine autem ardolatum vocatur.* Postea *ἐπιθνήσκει* Camotiana habet, quod pro *ἐπαποθνήσκει* positum interpretatur Sylburg.

αἰσάλων δὲ αἰγυπιῷ] Med. cum versione Thomae *αἰγυπτίῳ* habet, verum Venetus, qui statim *κρεξελεῷ* continue scriptum, sed a secunda manu correctum *κρὲξ ἐλεῷ* habet. Gaza: *crex cum galgulo.* Vulgatum *κολεῷ* ex Canis. Reg. in *κελεῷ* mutauit Camus. *γολεῷ* Juntina et Camot. habent. In Med. compendium scripturae impedit, quo minus *κολεῷ* aut *κελεῷ* agnosci possit. Sed versio Thomae habet *crex eleo*, vt est in Veneto. Aelianus H. A. 4, 5. *καὶ πελαργὸς καὶ κρὲξ πρὸς αἴθυιαν πολέμιοι.* Conr. Gesner p. 681. *κολιὸν* seu picum viridem intelligi censebat. De fabula chlorionis vide dicta infra ad 9, 22. In Codice Lipsiensi Thomae glossator adscripsit *Phoenix,* haud inepte originem vtriusque auis comparans. Albertus inimicitias anthi et equi, asini et colotae interserens, tum ita pergit: *Est enim opinio vulgi, quod auis vocata achelon pugnat contra quoddam genus coruinum vocatum craton est (et) contra auem, quam glorio, quam glarum quidam vocant latinorum, quam mendose quidam dicunt generari a flamma ignis, et causa pugnae est, quod cratoz coruinum comedit istarum auium pullos.*

σίττη] Gaza *sitta* tenuit: Thomas primo loco *sytha*, altero *sita* habet. Hesychius: *σίττη, ὄρνις ποιός· οἱ δὲ δρυοκολάπτης*. Idem: *σίττον, οἱ μὲν γλαῦκα ἢ κίσσαν ἢ ἱέρακα*. Tertio loco: *σίττας, ὄρνις ποιός· ἔνιοι δὲ τὸν ψιττακὸν λέγουσιν*. Vnde patet, qui potuerit Albertus h. l. ita vertere: *Similiter autem psyttaci auis et auis dicta graece troylos, quam trochylum dicunt latine vocari. Camulgum autem latine dicunt vocari psytaci graece: et hae duae aues cum vulture pugnant, quoniam camulgus frangit oua vulturis et sorbet ea.* Sequens *πᾶσιν* cum R. A. et versione Gazae omisit Camus. De *σίττῃ* dictum ad 8, 3. Postea pro *ἄνθος* Med. *ἄκανθος* ter habet, et Alberti versio *acontis*.

7. *ὁ ἵππος ἐκ τῆς νομῆς*] Vulgatum *τὸν ἵππον* ex Codd. et tribus versionibus correxit Camus. Idem deinceps vulgatum *ἐπινέμεται* ex Med. Veneto, Vat. correxit. Versio Thomae habet: *expellit enim ipsum equus a pascuo. herbam enim depascitur.* Is igitur *ἐξελαύνει γὰρ αὐτὸν ὁ ἵππος* auctius scriptum legit. Aelianus 5, 48. *καὶ ὁ ἄνθος τὸν ἵππον μισεῖ*. Albertus post magnam lacunam haec tantum posuit: *Similiter autem aues, quas ybos vel yrbes vocant graeci et nos ciconias nigras, manent in palustribus in marginibus fluuiorum, et est color eius varius ex albo et nigro, et vita ipsarum est boni moris. manent enim cum hominibus et impugnant ranas et mures et alia animalia palustria.* Sed postea rediit ad hunc locum ita: *Est auis quaedam, quam Auicena hyz, Aristoteles autem yboz vocat, et latine vocatur acontis, quae sicut anser comedit gramina et est valde debilis visus, et habet vocem fere sicut hinnitus equi, et pugnat cum equo, eo quod equus eicit ipsum a pascuis, pugnando autem vocat super equum imitando hinnitum equi, et sic terrendo stupefacit equum et fugat.*

μιμεῖται — φωνήν] Aelianus 6, 19. *καὶ ὁ μὲν ἄνθος ὑποκρίνεται χρεμέτισμα ἵππου*. Antoninus Liber. cap. 7.

καὶ οὐ γίνεται σύνεδρος οὗτος ὁ ἐρωδιὸς ἄνθῳ, καθάπερ οὐδ' ὁ ἄνθος τῷ ἵππῳ, ὅτι μέγιστα κακὰ ἔπαθεν ὁ ἄνθος ὑπὸ τῶν ἵππων· καὶ ἔτι νῦν ὅταν ἀκούσῃ φωνοῦντος ἵππου, φεύγει μιμούμενος ἅμα τὴν φωνήν. Plinius 10. s. 57. *Est quae equorum quoque hinnitus, anthus nomine, herbae pabulo aduentu eorum pulsa imitatur, ad hunc modum se vlciscens.* Plinius eundem cum Antonino scriptorem potius quam Aristotelem secutus est. Vocem equi imitatur etiam *ἰκτὶν* Juliani in Misopog. p. 366. vti supra ad 6, 6. annotaui.

ὅταν δὲ λάβῃ] Ad *ἵππον* retulit Gaza: *sed interdum excipiatur occidaturque ab equo.* Casauboni et Pauwii emendationes posuit Camus, quorum ille *ἔσθ' ὅτε δὲ ὁ ἵππος λάβῃ καὶ κτείνῃ αὐτὸν,* hic vero *ὅταν δὲ λὰξ ἔβῃ, κτείνει αὐτὸν* coniecit ad Philen p. 119. Equidem verba haec, *καὶ ἐξελαύνει, ὅταν δὲ λάβῃ, κτείνει αὐτὸν,* transposita alienum locum occupasse censeo. Repone igitur post illa superiora, *ἐξελαύνει γὰρ ὁ ἵππος ἐκ τῆς νομῆς, ὅταν δὲ λάβῃ, κτείνει αὐτὸν,* et omnia sana praesto. Vulgatum inepte Albertus interpretatur: *et aliquando sic lassando equum interficit. Est autem color huius auis valde pulcher et vita eius longa et manet iuxta ripas fluminum, sed apud nos hoc genus auium est ignotum.*

ὁ ἄνθος παρὰ ποταμὸν] Venetus a prima manu *ἄκανθος* habet, vt Med. Gaza: *Colit hic paludes et ripas.* Diuersam igitur scripturam secutus est, cuius nullum in Codd. vestigium repertum est. Sed *ποταμοὺς* scribendum esse recte monuit Sylburg. Sequens *εὔβιοτος* Gaza *victu facilis* vertit. Alberti versionem supra posui.

κωλώτῃ] Vulgatum *κωλωτῇ* correxit Sylburg. Nomen graecum tenuit Gaza. Colotes hic aut est diuersus ab ascalabote, aut duxit Aristoteles obseruationem aliunde, quod fecisse etiam in pluribus aliis videtur, vt statim in sequente de triplici ardearum specie. Scaliger memorat, aliquos colotem auis nomen interpretatos fuisse, ipse in-

sectum ex genere scarabaeorum esse putabat. Albertus ita: *Asinus etiam impugnat colotum, hoc est rattum, eo quod dormit in praesepe eius et mordendo nares eius vetat ipsum comedere pabulum, et ipse rattus cum sociis suis tunc comedit pabulum ipsius.*

8. εὐνάζεται καὶ ὀχεύει] Vulgatum εὐνάζει τε ex Med. Canis. Vatic. correxit Camus. Versio Thomae *incurnatur et coit* habet. Gazae: *Pellae coitus difficilis est.* Equidem verbum εὐνάζεται quam vim habeat hoc in loco, divinare non possum. Intelligerem, si ὀχεύεται esset, nam saepissime iunguntur ὀχεύεται καὶ ὀχεύει de vtroque sexu. Infra vero cap. 18. vbi repetit historiam ardearum, πέλλος dicitur χαλεπῶς ὀχεύειν; alba species dicitur ὀχεύειν ἀσινῶς, καὶ νεοττεύει καὶ τίκτει καλῶς. An forte in εὐνάζεται inclusa latet notio νεοττοποιΐας vel partus? Ceterum Thomas πέλλον *pullum*, ἀστερίαν *asturem* vocat. Albertus ita: *Genera vero ardearum siue ardiolarum, quas graeci arachyon vocant, tria sunt: et primo quidem genus quidam graecorum vocant kalahoz, alii autem suasper; secundum autem quidam vocant lantoz, alii autem leugon. Tertium vero quidam vocant astarien et alii iapeleon. Apud nos autem genera sunt quidem tria, quorum duo sunt cinerei coloris, magnum et paruum, et tertium est album sicut nix, maius vtroque dictorum genenerum. — quod coit difficulter, ita quod femina vociferatur, quando recipit semen, et opinantur quidam, licet non sit probabile, quod etiam sanguis ab oculis eius exit in coitu, et quando femina ouat, parit ouum valde grauiter.* Plinius breuiter 10. s. 79. *Ardeolarum tria genera, leucon, asterias, pellos. Hi in coitu anguntur. Mares quidem cum vociferatu sanguinem etiam ex oculis profundunt. Nec minus aegre pariunt grauidae.* Antoninus Liberalis c. 7. ex Boei Ornithogonia excerpsit fabulam de Autonoo cum filiis in aues conuersis: Αὐτόνοον μὲν τὸν ὄκνον (ἐποίησαν οἱ θεοί), ὅτι αὐτοῦ ὁ πατὴρ ὤκνησεν ἀπε-

λάσαι τοὺς ἵππους, filium *Ἐρωδιὸν* in cognominem auem conuerterunt, seruum filii Anthi in ardeam dissimilem fratri; minor enim est quam *πελλός*. Ita enim ibi scribitur vocabulum. Postrema est ardea alba; altera pulla vel fusca, *πελλός*, praecipue *ἐρωδιὸς* fuisse appellata videtur. Fabulae vestigia habet etiam Aelianus H. A. 5, 36. *ἀστερίας τιθασσεύεται ἐν τῇ Αἰγύπτῳ καὶ ἀνθρώπου φωνῆς ἐπαΐων τοσαῦτα· εἴ τις αὐτὸν ὀνειδίζων δοῦλον εἴποι, ὅδε ὀργίζεται· καὶ εἴ τις ὄκνον καλέσειεν αὐτὸν, ὅδε βρενθύεται καὶ ἀγανακτεῖ* et cet. Infra noster cap. 18. fabulam tangit, secundum quam *ἀστερίας ὁ ἐπικαλούμενος ὀκνὸς* ortum habere dicebatur ex seruo. Fabula igitur diuersa Autonoi seruum in ardeam stellarem conuersum tradiderat. Addo nunc locum e Scholiis Venetis ad Iliadem *K*, vers. 274. p. 254. vbi inter alia est: *ἔτι δὲ ὁ ἐρωδιὸς λέγεται ἀφροδισίων ἕνεκα αἷμα δακρύειν καὶ προπίπτειν αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ἀποθνήσκειν*. Sequitur paulo post sub nomine Zopyri ex *κτίσεως Μιλήτου* quarto libro: *Τρία δὲ γένη ἐστὶν ἐρωδιῶν καὶ τῇ χρόᾳ διαλλάσσοντα ἀλλήλων καὶ τῇ πράξει διαφορα ὄντα καὶ τῇ φωνῇ. Ἓν μέντοι γένος εἶναι ἐρωδιῶν τὸ καλούμενον πύγαργον, ὅπερ ἐστὶ πρὸς γάμον τῶν πάντων δυσαντητότατον· ἐν γὰρ τῷ συνουσιάζειν ἀπόλλυται μετὰ πόνου· προβάλλει γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ αἱμοῤῥαγεῖ. Ἄλλος ἐστὶν ἐρωδιὸς, ὃν καλοῦσιν ἀφροδίσιον· οὗτος δ' ἐν μὲν τῇ συνουσίᾳ ἁρμόζει*, (Scholion Victorianum *ἀορίζει* habet, quod Heyne ad Hom. p. 626. Vol. VI. in *ὀαρίζει* mutandum suspicatur.) *πρὸς δὲ γάμον καὶ συμφωνίαν βίου αἰσιώτατος. Τρίτος δὲ πέλλος ἐστὶ μελαγχρους, καὶ πρὸς λαθραίαν πρᾶξιν ἄριστος πάντων ἐστί. — Καλλίμαχος δ' ἐν τῷ περὶ ὀρνέων οὐ τὸν πύγαργόν φησιν εἶναι τὸν ἐν τῇ ὀχείᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς αἱμάσσοντα, ἀλλὰ τὸν πελλόν· γράφων δ' Ἀστερίας, ὁ δ' αὐτὸς καλεῖται ὀκνός· οὗτος οὐδὲν ἐργάζεται. Πέλλος· οὗτος ὅταν ὀχεύῃ, κραυγάζει, καὶ ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφίησιν αἷμα, καὶ τίκτουσιν ἐπιπόνως αἱ*

θήλειαι. Λευκός· οὗτος ἀκινδύνως ἐν ἀμφοτέροισιν ἀπαλλάγεται. Hic egregius locus illustrat etiam alia Grammaticorum commenta. Sic Etymologicum M sub voce *ἐρωδιός* habet hanc etymologiam: *παρὰ τὸ ἔαρ, ὃ σημαίνει τὸ αἷμα*, cum causa: *ἐν γὰρ ταῖς μίξεσιν, ὥς φασιν, ὁ ἐρωδιὸς αἷμα ἱδροῖ.* Alii ab *ἐρωτίδιος* deriuabant: *καὶ γάρ, ὥς φασιν, ἀφροδίσιόν ἐστι τὸ ὄρνεον.* Adduntur ibi haec: *Ἔστι δὲ εἰπεῖν πρὸς αὐτόν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ὅτι πολλὰ εἰσιν ἐρωδιοῦ εἴδη· δύναται οὖν τὰ μὲν αὐτῶν τῇ Ἀθηνᾷ κατακ[illegible]σθαι, τὰ δὲ τῇ Ἀφροδίτῃ. — Λέγεται δὲ ῥωδιὸς παρὰ Ἱππώνακτι· κνεφαῖος ἐλθὼν ῥωδιῷ κατηυλίσθην.* Callimachi locus e libro de Auibus addendus est reliquis libri fragmentis collectis a Bentleio. Verba ipsa fere omnia traducta sunt ab Aristotele. Alii tamen, quod hic de *πέλλῳ* tradiderat, ad *πυγαργον* transtulerunt. Addunt Scholia Veneta locum egregium Hermonis Delii, partim oratione prosaica excerptum, partim versibus contextum. Incipit ita: *ἐρωδιὸς ὁ πέλλος ἐν πεδίῳ φαινόμενος δαπέδου μεδέοντός ἐστι Ποσειδῶνος.* Sequuntur versus:

ἄρμενος εἰς πόλεμόν τε καὶ ἐν νήεσσι μάχεσθαι
ἐσθλὸς, καὶ πεζοῖσι καὶ ἱππήεσσιν ἄριστος
ἐν πεδίῳ θεμένοισι μάχην· ἐν ὄρει δέ τε χείρων
φαινόμενος· μάλα γὰρ πέλεται νικηφόρος ὄρνις.

Subiunguntur haec admodum vitiosa: *ἔς τε βρομίην ὁρμένω ἀπειλὴν, ἄρμενος, ὁπλίτα κεν ἄγων, οἴκονδε νέοιτο.* In postremo versus fragmentum *ὁπλίτας κεν ἄγων οἴκονδε νέοιτο* facile agnoscis; reliqua lacera redintegrare nisi e meliore Codice non licet. Initio alium versum agnoscere mihi videor hunc: *ἐν πεδίῳ δαπέδοιο Ποσειδῶνος μεδέοντος*, quem sequitur *ἄρμενος εἰς πόλεμον* et ceteri.

βλάπτουσιν, ἀετῷ] Versio Thomae *ἀετὸν* scriptum reddidit *laedentibus aquilam.* Sequens *κλέπτει* Sylburgius recte in *κολάπτει* mutandum censuit. Albertus post superiora pergit: *Adhuc autem cum vulpe pugnat mothyoz auis, et auis dicta forodoz foratur* (furatur) *oua praedi-*

ctae auis. Deinceps *τρέφονται* habet Reg. pro *ζῶσιν.* Totum membrum *ἀπὸ γὰρ τῶν αὐτῶν ζῶσιν* omisit Ambr. Sed ecce Thomas vertit haec ita: *cato quidem, quoniam cum in domo sunt ambo, ab eisdem viuunt.* Is igitur scriptum legit: *τῇ μὲν γαλῇ, ὅτι* (vel *ἐπεὶ*) *κατ' οἰκίαν ὅταν ὦσιν ἀμφότεροι, ἀπὸ τῶν αὐτῶν ζῶσιν.* Albertus *γαλῆν gali siue edum* vertit.

9. *αἰσάλων*] Albertus: *Auis etiam dicta latine aeselon cum vulpe pugnat.* Paulo postea vocat *aeseloz.* Aelianus 2, 51. *μάχεται δὲ καὶ ὄρνιθι ἰσχυρῷ, τῷ καλουμένῳ αἰσάλωνι, καὶ ὅταν θεάσηται ἀλώπεκι μαχόμενον, τιμωρεῖται· πρὸς γὰρ ἐκείνην ἔχει τινὰ φιλίαν.* Plinius 10. c. 74. *Aesalon vocatur parua auis, oua corui frangens, cuius pulli infestantur a vulpibus. Inuicem haec catulos eius ipsamque vellit. Quod vbi viderunt corui, contra auxiliantur, velut aduersus communem hostem.* Antigonus c. 64. *καὶ τὸν αἰσάλωνα δὲ πολέμιον εἶναι τῇ ἀλώπεκι· τὸν δὲ κόρακα καὶ τὴν ἀλώπεκα φίλους· πολεμεῖν δὲ καὶ τὸν κόρακα τῷ αἰσάλωνι· διὸ καὶ τυπτομένῃ τῇ ἀλώπεκι βοηθεῖν.* Hesychio *αἰσάρων εἶδος ἱέρακος* est. In Hygini fabula 20. *Pater Daedalion — conuersus in auem dardalionem, id est accipitrem.* Interpretes corrigunt *Aesalon — aesalonem.* Etymologicum M. *Αἴσακος — καλεῖται δὲ καὶ τὸ ζῶον ὁ αἰριθακὸς αἴσακος.* vbi videtur *ἐρίθακος* scribendum. Aesacum puerum in mergum mutatum habet Seruius ad Aeneid. 4, 254. et 5, 128.

αἰγυπιὸς δὲ] Canis. *ὁ ἀετὸς* habet; et vitii quid latere videtur. Supra enim sect. 6. fuit iam dictum: *καὶ αἰσάλων δὲ αἰγυπιῷ πολέμιος.* Albertus hic primo loco nominat *agotylon, quem nos caprimulgum vocamus: impugnat auem, quam vocant celeon, quam quidam latine trochylonem esse interpretantur: et ambae hae aues nocent vulpi: hae ambae aues sunt de genere aquilarum et sunt vncosorum vnguium. Agolfyez autem siue agofiloz, quem caprimulgum vocamus, pugnat cum vulture. Similiter autem*

vermis serpentinus, qui in herba latet, pugnat cum aliis vermibus sui generis, et comedit eos: plus enim omnibus aliis animalibus comedit ea, quae sunt sui generis: et hic vermis etiam pugnat cum vulture et saepe vincit vulturem et interficit ipsum. Deinceps Thomas scriptum verit *μάχεται δὲ καὶ κύκνος καὶ ἀετός.* Postea *καὶ ἀλληλοφάγοι* Vatic. Copulam inde inseruit Camus. Aelianus H. A. 5, 48. *καὶ αἰγυπιοὶ καὶ ἀετοὶ καὶ κύκνοι καὶ δράκοντες πολέμιοι.* Idem 2, 46. *τοὺς δὲ αἰγυπιοὺς ἐν μεθορίῳ γυπῶν ὄντας καὶ ἀετῶν εἶναι καὶ ἄῤῥενας, καὶ τὴν χρόαν περφυκέναι μέλανας.* vbi quaedam annotaui. Scholia Veneta ad Iliad. p. 388. *φησὶ γοῦν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος μετὰ βοῆς ἐπὶ πετρῶν ταῦτα μάχεσθαι.* Homerus Il. 7, 59. Apollinem et Mineruam *αἰγυπιοῖς* similes in quercu (*φηγῷ*) considentes facit. 16, 429. *αἰγυπιοὺς* facit inter se pugnantes cum clamore *πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ.* 17, 460. impetentem facit anseres aegypium. In Odysseae 22, 303. ex montibus proruentes et impetentes facit aues minores. Ibidem 16, 217. iuxta *φήνας* nominat *αἰγυπιοὺς* pullis ablatis lugentes. Homerici Interpretes antiqui ad aquilarum genus, alii ad vultures retulerunt. Aeliani *αἰγυπιὸν* definire conatus sum ad Friderici II. Reliqua p. 14. De Homerica aue dubius haereo. Arboribus enim nec aquila nec vultur insidet; nec vultur anseres vel alias aues impetit. De cycnorum *ἀλληλοφαγίᾳ* dicetur infra ad Caput 13, 2.

10. *ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν βιοτεύουσιν*] Vulgatum *βοητεύουσιν* iam olim Sylburgius correxerat, repetierunt tamen Edd. recentiores quaedam; hinc denuo corrigi iussit Bochart Hieroz. II. p. 147. Pro *ἐπὶ* Sylburgius e Gazae versione *ἀπὸ* assumsit, quem sequitur Camus. Gaza vertit: *victus enim spino a vepribus.* Plinius tamen, vt ipse admonuit Sylburg: *et acanthis in spinis viuit: iccirco asinos et ipsa odit, flores spinae deuorantes.* Versio Tho-

mae: *in spinis viuunt*, et ἁπλᾶς pro ἀπαλὰς reddidit. Alberti: *Asinus pugnat cum affonide.*

ἄνθος καὶ ἀκανθίς] Versio Thomae ἄκανθος reddidit Alberti: *habynoz et ydoz, quem supra accurtim* (i. e. acontim) *vocauimus.* Aelianus H. A. 10, 32. Ἄκανθον τὸν ὄρνιν ἐκ τῶν τρεφουσῶν ἀκανθῶν λαβεῖν τὸ ὄνομα — φασί· φθέγγεται δὲ ἄρα ἐκμελὲς καὶ ἄμουσον δεινῶς. Λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ἐὰν τοῦδε τοῦ ἀκάνθου καὶ μέντοι τοῦ καλουμένου αἰγιθάλου τὸ αἷμα εἰς ταὐτὸν ἀγγεῖόν τις ἀναμίξῃ καὶ κεράσαι θελήσῃ, τάδε μὴ συνιέναι μηδ' ἑνοῦσθαι εἰς μίαν κρᾶσιν· ἱερόν τε εἶναι τὸν ἄκανθον τῶν δαιμόνων τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν πομπευόντων καὶ ἀγόντων τοὺς ἀνθρώπους φασί. Noster infra c. 17. acanthin habere affirmat φωνὴν λιγυρὰν, vnde C. Gesner in Aeliano corrigebat ἐμμελὲς καὶ εὔμουσον. Plinius 10. s. 95. *Aegithum vero anthus in tantum odit, vt sanguinem eorum credant non coire, multisque ob id veneficiis infament.* Praeterea αἰγίθαλον Aeliani in αἴγιθον mutandum censeo, nisi is eundem auctorem secutus fuit cum Plutarcho de Invidia et odio p. 537. B. seu p. 187. ed. Hutten. πολεμοῦσι δ' ἀετοὶ καὶ δράκοντες, κορῶναι καὶ γλαῦκες, αἰγιθαλοὶ καὶ ἀκανθυλλίδες· ὥστε τούτων γε φασὶ μηδὲ τὸ αἷμα κίρνασθαι σφαττομένων, ἀλλὰ κἂν μίξῃς, ἰδίᾳ πάλιν ἀποῤῥεῖ διακρινόμενον. Videtur igitur is cum Aeliano in hoc loco αἰγιθάλου καὶ ἀκάνθου αἷμα scriptum legisse. Antigonus cap. 114. ἀπειθου δὲ λέγεται καὶ ἀκανθίδος αἷμα μόλις μίγνυσθαι. vbi Interpretes αἰγίθου scribendum esse viderunt. Etiam Antigonus ἀκάνθου h. l. scriptum legisse videtur. Albertus confuso ordine nominat *affachydoz, habynoz et ydoz, quem supra accurtim vocavimus.* Deinceps συμμίσγεται vulgatum ex Med. Vatic. correxit Camus.

σχοινίων καὶ κόρυδος] Gazae *iunco et alauda*, Thomae *scinium*, Camus *Skinium* e suo libro posuit in In-

dice. Scaliger eundem schoenionem et schoeniclum censebat esse.

λαεδὸς καὶ κελεὸς] Vulgatum *λιβυὸς* ex Med. Canis. V. R. A. versione Thomae et Gazae correxit Camus. *galgulus et laedus* Gaza vertit. Thomas: *et laedus. Keleus quidem enim.* Coniecturam tamen olim positam ad Eclogas physicas p. 42. nondum desero, scribendum potius *λαῖος* ex Capite 18. infra, ad quem locum plura dicentur. Deinceps pro verbis *παρὰ ποταμὸν* Gaza habet: *colit enim galgulus fruteta et nemora.* Thomas *λόχμας arbusta* vertit, pergens: *laedus autem circa petras et montes.* Idem pro *ποταμὸν arua* reddidit. Legit igitur scriptum *λαεδὸς περὶ πέτρας καὶ ὄρη.* Ceterum Sylburgius etiam hic *ποταμοὺς* malebat; sed Gaza et Thomas aliud vocabulum plurali numero scriptum h. l. legit et reddidit. Albertus multa turbauit et miscuit. Primum amicitiam memorat inter *coruum et cocodrilli genus, quod hardeoz siue hardon graeci vocant, amicantur, et cohabitant frequenter.* Pergit deinde: *fedeoz autem, qui sunt leopardi, manet frequenter apud fluuios in locis consitis arboribus, et maxime iuxta arbores camphorae: et dedoz serpens quidam manet in lapidibus et montanis, et est amicus vulpis, sicut sit de genere eius*, et cet.

πίφιγξ] Vulgatum *πίφηξ* ex Med. Canis. correxi. Versio Thomae *tifunx* habet. Antoninus Liberalis cap. 20. ex Boeo et Simmia Rhodio memorat auem *πίφιγγα.* Hesychio *πίφιγξ, κορυδαλός.* Idem: *πιφαλλίς, πίφιγξ.* Etymologicum M. *πίφιξ εἶδος ὀρνέου παρὰ τὸ πίω· χαίρει γὰρ τὸ ὄρνιον τοῦτο τοῖς ὕδασι.* Aelianus H. A. 5, 48. *καὶ λάρον τῷ καλουμένῳ κολοιῷ καὶ ἰκτίνῳ ἅρπην.* quae nescio hinc an aliunde sumserit. Albertus *πίφιγγα* omisit; sed harpen ita reddidisse videtur: *Archy vero et archytynoz animalia amicantur, et similiter tyrus et vulpes.*

τρωγλόδυτα] Vulgatum *τρωγλοδυτεῖ* ex Vatic. et versione Thomae correxi. Deinceps pro *κοττύφῳ* Albertus *folky-*

nos nominauit. Plutarchus de Solertia c. 31. *ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ φιλίας ἀλωπέκων καὶ ὄφεων, διὰ τὸ κοινὸν αὐτοῖς πολέμιον εἶναι τὸν ἀετόν.* Vnde haec? Videtur potius memoria lapsus esse Plutarchus. Addit enim ex eodem Philosopho de amicitia otidis et equi, quae hodie in libris nusquam tradita leguntur.

11. *ὁ θώς*] Gazae *lupus ceruarius*, Thomae *lupocervus*. Albertus ita: *lupus autem pugnat cum animali, quod tobos vocatur — tobos autem quidam estimant esse lincem.* Deinceps Albertus nomen *ἐλέφαντες* in *ἔλαφοι* conuertit, et pugnare ait *tempore coitus*, verba vero *τὴν τοῦ νικήσαντος φωνὴν* ita reddidit: *cervi autem timent gannitum vulpis.* Plinius 10. s. 95. *dissident thoes ac leones, et minima aeque ac maxima.*

διαφέρουσι δὲ καὶ τῇ ἀνδρίᾳ] Onesicritus, classis Alexandri praefectus, elephantos Taprobanae insulae maiores bellicosioresque quam in reliqua India gigni scripsit, teste Plinio 6. s. 24. Atque indidem, vt videtur, Aelianus H. A. 16, 18. *καὶ οἵδε νησιῶται ἐλέφαντες τῶν ἠπειρωτῶν ἀλκιμώτεροί τε τὴν ῥώμην καὶ μείζους ἰδεῖν εἰσι καὶ θυμοσοφώτεροι δὲ πάντα πάντῃ κρίνοιντο ἄν.* Ipsorum Indicorum primos magnitudine Praisios, secundos Taxilas facit idem 13. c. 8. Plinius 8. s. 9. *Indicum Afri pauent, nec contueri audent: nam et maior Indicis magnitudo est.* Idem tradunt Polybius 5, 84. Liuius 37. c. 39. Appianus Syriac. 31. Philostratus in vita Apollonii 2, 6. Nuper demum compertum, non solum animo et magnitudine corporis, sed forma et specie Libycos differre ab Indicis elephantos.

πολεμιστηρίοις] Versio Thomae *pugnatoribus*. Deinceps *εἰσὶ δὲ καὶ ἐλάττονες* scriptum vertit Thomas. Sequens *τοίχους* Gaza vertit *euertit aedificia;* itaque *οἴκους* scriptum legisse videtur Scaligero. Sed cum de vsu bellico elephantorum Philosophus mentionem fecerit, probabilius est eum *τὰ τείχη* scripsisse. Ctesias in Excerptis

Photii p. 144. narrat etiam *περὶ τῶν τειχοκαταλύτων ἐλεφάντων*, atque indidem Aelianus 17. c. 29. narrat in excercitu regis Indorum esse elephantos, *οἵπερ οὖν εἰσι πεπαιδευμένοι τὰ τείχη τῶν πολεμίων ἀνατρέπειν, ἐμπεσόντες, ὅταν κελεύσῃ βασιλεύς· ἀνατρέπειν δὲ τοῖς στήθεσιν.* Postea *προβάλλων* Juntina, Camot. Pro *καταβάλλει* versio Thomae habet *eiicit.* Palmas prosterni hac ratione ex Ctesia narrat Aelianus l. c. *ἰδεῖν δ' ἐν Βαβυλῶνι ὁ αὐτὸς λέγει τοὺς φοίνικας αὐτοῤῥίζους ἀνατρεπομένους ὑπὸ τῶν ἐλεφάντων τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐμπιπτόντων αὐτοῖς τῶν θηρίων βιαιότατα.* Differt tamen narratio Ctesiae in eo, quod muros pectore impellere et deturbare dicitur elephantus; contra Philosophus immissis dentibus aperire et disturbare muros ait. Vtrumque fieri puto; hoc vero prius; deinde pectore vel fronte disiunctos muros dejici. Aelianus 5, 53. *ὅταν τι τῶν δένδρων αὐτόῤῥιζον ἀναγκάζωσιν αὐτοὺς οἱ Ἰνδοὶ ἐκσπάσαι, οὐ πρότερον ἐμπηδῶσιν οὐδὲ ἐγχειροῦσι τῷ ἔργῳ, πρὶν ἢ διασεῖσαι αὐτό.*

12. *ἐπιπηδήσας*] Junt. Camot. *ἐπιδήσας*. Antecedens *ἐκλύσωσι* Thomas vertit *dissoluantur*, quasi *ἐκλύωνται* scriptum legisset. Plinius 8. s. 8. *Capiuntur autem in India vnum ex domitis agente rectore, qui deprehensum solitarium abactumue a grege ferum verberet; quo fatigato transcendit in eum nec secus ac priorem regit. — Elephantorum generis feminae multo pauidiores. δρεπάνῳ* Gaza *falce*, Albertus *flagro duro* vertit; *ἅρπην* vocat Aelianus H. A. 13, 9. et 22. vbi vide adscripta. Hesychius: *ἅρπη, σίδηρος, ᾧ τὸν ἐλέφαντα τύπτουσι.*

CAPVT III. (vulgo II.)

ἀγελάζονται δὲ οἱ μὲν κυοῦντες] Vulgatum *ἔνιοι μὲν οὖν ἀγελάζονται κυοῦντες* ex Codd. M. Canis. V. R. A. et versione Thomae correxit Camus. Sequentes *θυννίδες* Gazae *thunni*, *μαινίδες alleces*, *κωβιοὶ gobiones*, *βῶκες vocar*, *κορακῖνοι corvuli siue graculi*, *συνόδοντες dentices*,

σφύραιναι malleoli, ἀνθίαι sacri, ἀθερῖνοι aristulae, σαργῖνοι sargiaci, βελόναι omittuntur, *τευθοὶ lollii, μήκωνες papaueres, ἰουλίδες iuliae, πηλαμύδες limariae, κολίαι monedulae.* Horum piscium *κωβιοὶ* desunt in Codd. excepto Ambr. Omisit etiam Venetus et versio Thomae. *θυνίδες* habent Junt. Camot. *σινώδοντες* antea vulgatum cum Sylburgio correxerunt Editores recentiores. In Veneto est *συνοδοντες*. Pro *σφύραιναι* Med. Venet. *φύραιναι*, versio Thomae *firenae* habent. *ἐλεγῖνοι* aliunde ignoti non mutantur a Codd. sed *ἀθερῖνοι* in versione Thomae sunt *atherinae*. *βελόναι* in Regio, vt a Gaza, omittuntur. *μήκωνες* desunt in Veneto, Med. et versione Thomae, *μηκωναι* in Reg. vocantur. Rondeletius cum Gesnero in *μιξωνες* mutari voluit, Camus omisit, ego seclusi. Sequuntur *τεῦθοι* in Veneto et *ἰουλιδες*, postea *πηλαμύδες*, quod in locum vulgati *πηλαμίδες* inde et ex Junt. Camot. restitui. *σκόμβροι* Thomae sunt *scombriae*. *κολίαι* in Veneto a prima manu sunt *κοιλίαι*. Synesius Epistola 4. p. 167. *ἰούλους* et *κωβιοὺς* vt paruos littorales pisces, petras gregatim habitantes in littore Libyco nominat. *ἰούλους* cum Oppiano etiam Marcellus Sidetes versu 15. memorat: *πετρηεντες ἴουλοι*. Cf. Histor. litter. Pisc. p. 80.

2. *τὰ ὁμόγονα*] Gaza vertit *quae eiusdem generis sunt:* legit igitur scriptum *ὁμογενῆ*, quod praefero. Deinceps *κατεσθίεται* Med. Canis. *deuoratur* versio Thomae. Aelianus 5, 48. *λάβρακές γε μὴν κεστρεῦσι διάφοροι, μύραιναι δὲ γόγγροις καὶ ἄλλ' ἄλλοις.*

CAPVT IV. (vulgo III.)

ἄνοιαν] Vulgatum *ἄγνοιαν*, quod est etiam in Med. et Ambr. correxit Sylburg. Sequens *τότε* referri ad exemplum simile caprarum monuit Scaliger. Sequitur tamen in eo exemplo non *καὶ*, sed *δέ*. Statim abhinc *κάκιστον* Gaza vertit *ineptissimum*, rectius Scaliger *nequam*, Camus *le plus imbécille*. Deinceps *νιφετοῦ* Thomas *nubilo*

vertit, Albertus *sub pluuia*, qui in postrema narratione addit: *Tunc enim sequuntur arietes: propter quod etiam repulsae oues ab igne, quum ardent caulae, recurrunt in ignem: et similiter faciunt equus et mulus, sed non tantum sicut oues.* Plinius 8. s. 75. *Quam stultissima animalium lanata. Qua timuere ingredi, vnum cornu raptum sequuntur.* An voluit exemplum arietis adducti et verbum κομίσωσι exprimere? Idem 28. c. 20. *In incendiis si fimi aliquid egeratur e stabulis, facilius extrahi nec recurrere oues bouesque.*

2. ἠρύγγου] Vulgatum κρύγγου, quod est etiam in V. R. A. correxit Sylburg et egregie emendationem firmauit. Verum habet Med. Versio Gazae Plinium sequitur: Thomae vero habet: *Caprarum autem cum vnius cepit quis summitatem inflexionis tybiae, est autem velut palus, aliae stant velut infatuatae, respicientes ad illam.* Ego in libro Lipsiensi scriptum legi *summitatem implexionis tibiae — palus.* Sed voluit sine dubio *pilus* scribere. Albertus ita: *quando caprarum aliqua rapitur ab aliquo animali praedante, subito eriguntur aliae caprae et aspiciunt eam aspectu stolido, antequam fugiant.* Antigonus c. 115. τῶν δ' αἰγῶν ὅταν μία τὶς λάβῃ τὸ ἄκρον τοῦ ὀρυτίου, ἐστὶν δ' οἷον θρὶξ, τὰς ἄλλας ἱστάναι οἷον μεμωρωμένας, ἐμβλεπούσας εἰς ἐκείνην. Plinius 8. c. 1. *Dependet omnium caprarum mento villus, quem aruncum vocant. Hoc si quis apprehensam ex grege vnam trahat, ceterae stupentes spectant. Id etiam euenire, cum quandam herbam aliqua ex eis momorderit.* Scilicet Theophrasti narrationem ex libro de animalibus, quae inuida vocantur, excerpsit Photius: διὰ τί ἡ αἶξ, ὅταν λάβῃ τὸ ἠρύγγιον εἰς τὸ στόμα, μένει καὶ τὰς ἄλλας ἵστασθαι ποιεῖ; Hanc Theophrasti rationem secutus est Plutarchus Sympos. Quaest. 7, 2. de Sera numinis vindicta p. 250. ed. Hutten. vbi est: δι' ἣν αἰτίαν, αἰγὸς τὸν ἠρυγγίτην λαβούσης εἰς τὸ στόμα, ὅλον ἐφίσταται τὸ αἰπόλιον, ἄχρις ἂν ἐξέλῃ προσελθὼν ὁ αἰ-

πόλος. quem locum facile erat ex priore emendare, vbi vulgabatur: καὶ τὸ ἠρύγκιον, ὃ μιᾶς αἰγὸς εἰς τὸ στόμα λαβούσης, ἅπαν ἐφίσταται τὸ αἰπόλιον. Suidae enim ἠρυγγίτης, ἄρτης ἢ εἶδος βοτάνης, ex hoc vel simili loco vitioso sumtus est. Scholia ad Nicandri Theriac. 645. vbi est: ἠὲ σὺ ἠρύγγοιο — ῥίζαν λειήναιο, et Cod. Goett. ἠρύγκοιο habet, Eutecnius vero ἠρυγγίου interpretatur, ita tradunt: ὁ δὲ Ἀριστοτέλης διαλεγόμενος περὶ τοῦ ἠρύγγου φησὶ, νέας ἀγέλης αἰγῶν διαπορευομένων, καὶ αὐτὸς ἵστατο καὶ οἱ ἐπακολουθοῦντες. vbi Codex Goetting. habet νέαν ἀγέλης αἰγῶν διαπορευομένης ὁ αὐτὸς, quae non sunt meliora vulgatis. Eandem herbam Nicander Theriac. 850. ἠρύγγου nomine memorauit, quam alii ἠρύγγην etiam vocant. Duplex igitur narratio, ex ore pastorum accepta primum, inde est nata, quod alii ἤρυγγον herbam, quidam aruncum seu villum menti interpretabantur. Salmasius nostri locum de herba intelligendum censuit de Homonymis p. 77. G. cum quo facit Jo. Beckmann ad Antigonum, qui locum hunc ita scribendum censuit: τῶν δ' αἰγῶν ὅταν μία τις λαβῇ τὸ ἄκρον τοῦ ἠρύγγου. Sed si voluit vir doctus exaequare narrationem Aristotelicam Theophrasteae, tum λαβῇ εἰς τὸ στόμα scribendum fuerit; praeterea etiam docendum, a prosaicae orationis scriptoribus ἤρυγγον herbam fuisse appellatam, cum Theophrastus et antiquiores ἠρύγγιον vocent. Quod vero ait, emendationem confirmari Antigoni auctoritate, possum Plinii auctoritatem non leuiorem opponere Antigoni nomini, qui vulgatam scripturam fuit interpretatus. Quod attinet ad Antigoni ὀρυτίου, possit aliquis suspicari id ortum ex varia scriptura ὀρυγκίου vel ὀρύγκου. Ex hoc deriuare licet *runcum* in spica apud Varronem R. R. 1, 48. ex quo Bochartus Hieroz. T. II. p. 590. emendare volebat Aeliani οὐραχοὺς 6. H. A. 43. sed hos quidem rectius comparabis cum epithymi flosculis capillaceis, quos Dioscorides 4, 179. οὐραγοὺς vocat. Superest dubitatio

de Thomae versione, vnde illa duxerit *implexionem* vel *inflexionem tibiae*, vti vertit ἠρύγγου? Extat in Hesychio glossa vitiosa, vt videtur, haec: ἠρύγμεν. αἱ καμπυλότητες τῶν σκελῶν, καὶ πόας εἶδος. quam viri docti extricare non potuerunt. Nunc demum apparet, ἤρυγγος vel ἤρυγγαι scriptum fuisse a Grammatico, cuius interpretationi simillimam reperit in Lexico aliquo Thomas vel quisquis est auctor versionis ex graecis Philosophi factae. Denique μεμωρωμέναι vulgato μεμωραμέναι ex Med. substituit Camus, quod fieri voluit Sylburg, et confirmat Antigonus, qui videtur etiam antiquam scripturam μεμωρωμέναι βλέπουσαι confirmare, cui Sylburgius ex Junt. Camot. substituit καὶ βλέπουσι. Illam tamen veterem expressit versio Thomae.

ἐγκαθεύδειν] Gaza: *cubant difficilius oues quam caprae: magis enim caprae quiescunt.* Scaliger: *frigidioribus locis libentius cubant oues: caprae autem plus ruminant et facilius accedunt ad hominem et aegrius ferunt frigus.* In annotatione Gazae versionem et scripturam ἡσυχάζουσι, quam cum Med. Canis. V. R. habet etiam versio Thomae et Scoti, improbat, quoniam oues in septis quiescant, caprae autem totam noctem ea impetant fronte. Praeterea γὰρ in verbis αἱ γὰρ αἶγες tollendum censet. Nihil enim ruminatio valet ad cubationem, nec potuisse philosophum ita rationem reddere: neque quod sequitur προσέρχονται, sequi ad illud idem. Camus vertit: *Les brebis sont plus froides, quand elles dorment, que les chevres: leur repos est plus tranquille.* Albertus verbum ἐγκαθεύδειν praeteriit, reliqua ita cum Scoto vertens: *Oues tamen magis sunt quietae et magis pastoribus appropinquantes quam caprae et aliis hominibus similiter.* Atque hac Scoti auctoritate sola confisus Camus scripsit αἱ γὰρ ὄϊες μᾶλλον ἡσυχάζουσι. Sane ita veritati magis consentaneum est sequens ἡσυχάζουσι, quam si capris tribuatur. Sed superest, vt videamus, num in verbo ἡσυχάζουσι, substituto vulgari μηρυκάζου-

σι, siue in quiete ouium et tranquillitate causa manifestior sit praecedentis sententiae: ἐγκαθεύδειν ψυχρότεραι. Thomas vertit *in dormiendo.* Equidem si comparo locum Varronis de R. R. 2, 2, 3 *ouium semen tardius esse, quo hae sunt placidiores: contra caprile mobilius esse*, et Plinii 8. s. 76. *ideo fortasse anima his quam ouibus ardentior calidioresque concubitus,* non dubito, in nostro scriptum olim fuisse συγκαθεύδειν, i. e. *in coitu, concubitu frigidiores et tardiores sunt oues.* Neminem vero morabitur verbum συγκαθεύδειν de hominis coitu magis vsitatum; *concubitus* enim Pliniani homini magis etiam conueniunt quam pecudi. Quod si vera est haec emendatio, sequitur, vt etiam scripturam e versione Scoti receptam a Camo probemus αἱ γὰρ ὄϊες; quanquam Thomas vulgatam expresserit ita: *sunt enim caprae igitur minus vigentes ouibus.* Quam vero is praeterea diuersitatem scripturae secutus fuerit, difficile est ad coniiciendum.

ὅταν ψοφήσῃ] Intellige τις. Gaza: *facto strepitu.* Ridicule Albertus: *Habet autem hoc ouis, quod iocunde ambulat et melius pascitur ad auditum musicum fistulae: propter quod etiam pastores modulantur cum fistula et cornu in pastura ouium. Ad auditum autem tonitrus magni oues impregnatae aliquando abortiunt, praecipue si solae et non in grege sed sequestratae ambulant, quia tunc magis terrentur: sequestrantur autem oues ab inuicem, quando pastor aliis rebus familiaribus domi occupatur: tunc enim per se ambulant non coadunatae propter consuetudinem exitus earum, et tunc frequenter amittuntur, sicut et vaccae ab armentis separatae. Sequestratum enim animal patitur a bestiis insidias et deuoratur, quoniam se solum defendere non potest.* Plinius 8. s. 72. *Tonitrua solitariis ouibus abortus inferunt. Remedium est congregare eas, vt coetu iuuentur.*

ἀπόλλυνται δὲ καὶ οἱ ταῦροι] Totum hoc membrum omisit Gaza, et Scaliger, vt alienum ab hoc loco, ad ca-

put sequens transtulit. Camus e Regio codice τράγοι dedit. Equidem vt aliena seclusi. In sequenti etiam capite, si transtuleris eo, molesta erit copula καί. Nam de tauris ἀτιμαγέλαις narrauit noster supra 6, 18. non item de aliis pecoribus. Sed commodius ibi refertur καὶ ad praecedens membrum de vaccis aberrantibus e grege.

ἀθρόαι κατὰ συγγένειαν] *per cognationem* Gaza vertit. *simul cunctae in suo genere* Scaliger vel *per sua genera quaeque*. Albertus: *Oues autem et caprae licet sint diuersarum specierum, tamen pascuntur simul frequenter, et quando pascuntur, vt frequentius ad inuicem conuertunt facies et non in oppositum. Caprae autem minus pingues esse dicuntur omnibus aliis pascualibus animalibus.*

ὁ ἥλιος τραπῇ θᾶττον] Gaza vertit *cum primum sol conversus destiterit:* quem meritum reprehendit Scaliger, ipse interpretatus: *deuergente sole,* vel *cum sol conuertitur a summo meridie:* quem sequitur Camus. Plinius 8. s. 76. *Capras in occasum decliui sole in pascuis negant contueri inter sese, sed auersas iacere, reliquis autem horis aduersas et inter cognationes.* vbi Vincentius Spec. nat. 18. c. 27. habet *aduersas et inter se cognitiores.* vnde malim *aduersas, et inter se cognationes.* Albertus totum hoc postremum membrum omisit. Antigonus cap. 65. τοὺς αἰπόλους δέ φασι λέγειν, ὅτι ὅταν τάχιστα ὁ ἥλιος τραπῇ, ἀντιβλέπουσαι αὐτῷ αἱ αἶγες κατάκεινται. Qui si sua ex nostro duxit, φασὶ mutandum erit in φησί. Sed vix credibile alicui videbitur, hominem tum enormiter aberrasse a sententia philosophi, vt ἀντιβλεπούσας referret ad solem, negationem et sequentia ἀλλ' ἀπεστραμμένας ἀπ' ἀλλήλων negligeret, et verba ὅταν ὁ ἥλιος τραπῇ de solstitio interpretaretur. Quare aut aliunde duxisse narrationem censendus est, aut scribendum: οὐκ ἀντιβλέπουσαι αὐταῖς αἱ αἶγες κατακεινται. Posterior mihi ratio praeplacet. Diversa est narratio de capris Libycis ad solem conuersis, quando cum sole oritur sirius, apud Plutarchum de Solertia

animalium cap. 21. p. 177. Hutten. Aelianum H. A. 7, 8. quod de iumentis vniuersim Libycis Lycus Rheginus tradit apud Antigonum cap. 66.

CAPVT V. (vulgo IV.)

συνηθείας] Versio Thomae singularem reddidit. Gaza vertit *per societates atque consuetudines.* Scaliger *et sociatim et communi more:* et in annotatione ait, *ἑταιρίας* idem esse, quod supra *ἀγέλην* et *συγγένειαν;* per *συνήθειαν* autem voluisse dicere *κοινὸν ἦθος καὶ τὴν συννομὴν,* non autem consuetudines. Verum singularis esse debebat, si ratio Scaligeri vera esset.

ἐὰν μὴ εὕρωσιν] Vulgatum *ἐὰν μίαν μὴ εὕρωσιν* ex Med. correxi, qui *μίαν* omittit. Deest etiam in textu Scaligeri et Laemariana Editione. *nisi praeuenerit* vertit Gaza: *vnam si amiserint* Scaliger, qui *ἐπιζητοῦσιν* interpretatur dictum ita, vt *ἐπὶ* significet *ἐπ' ἄλλην τὴν ἀποπλανηθεῖσαν:* vertit: *omnes praeterea continuo peruestigant,* vel *recensent.* Idem verba praecedentis capitis, ibi seclusa, *ἀπόλλυνται δὲ καὶ οἱ ταῦροι, ὅταν ἀτιμαγελήσαντες ἀποπλανηθῶσι,* hic inserta posuit. Recte, vt puto.

αἱ στέριφαι] Vulgatum *στερίφαι* correxi. Hesychius: *στερίφη, στεῖρα, μὴ τεκοῦσα, μηδὲ τίκτουσα.* Idem: *στερίφοις — ἀγόνοις, στείροις.* Idem: *στεριφευομένη, παρθενευομένη.* Male igitur Thomas *imbecilles* vertit, quanquam etiam Hesychius *στερίφοις* interpretetur *ἀνισχύροις.*

ἀφαιρούμεναι τὰς μητέρας] Male Thomas vertit *ablatis matribus:* Albertus *pullos equarum morientium.* Deinceps *αὐταὶ στέργουσιν* Thomas vertit *ipsae diligunt.* Gaza etiam *quos ipsae amore prosequentes tueantur.* Vulgatum igitur *αὗται* correxi. Sequens *διαφθείρουσι* Gaza *deprauant* vertit, rectius Scaliger *perdunt.* Versio Thomae *διαφθείρονται* reddidit.

CAPVT VI. (vulgo V.)

παρὰ τὰς ὁδοὺς] Vide dicta ad 6, 29. Sequens *χορίον* versio Thomae *locellum* reddidit, igitur *χωρίον* scriptum legit, quod habet Juntina et Camotiana. Gaza *inuolucrum*, Scaliger *secundas* vertit. *την σέσελιν* ad Thomae versionem adscripta glossa *dragunteam* interpretatur, Albertus *draconteam* vertit. Alberti loco abusus est Harduinus ad locum Plinii 8, s. 50. *Feminae ante partum purgantur herba quadam, quae seselis dicitur, faciliore ita vtentes vtero. A partu duas* (*habent herbas* addunt Edd. antiquiores), *quae aros et seselis appellantur, pastae redeunt ad fetum: illis imbui lactis primos volunt succos, quacunque de causa.* Cum enim *ari et seseleos* nulla h. l. mentio fiat ita, vti factam alibi legerat Plinius, viri docti Plinium erroris accusarunt, qui verba Philosophi alienis permista confuderit. Harduinus contra ex Alberti versione demonstrare voluit, ari saltem mentionem a Philosopho fuisse factam. Verum Albertus pro seseli draconteam nominauit, nec separatim seselin posuit. Quare eo argumento vti non licet. Quid? quod ipse Plinius 20. s. 18. de sili herba ita: *Sunt et folia vtilia, vt quae partus adiuuent etiam quadrupedum. Hoc maxime pasci dicuntur ceruae parituræ.* Dioscorides 3, 60. seselis Massiliensis radicem et semen ita commendat: *δίδοται δὲ καὶ αἰξὶ καὶ τοῖς λοιποῖς κτήνεσι πρὸς εὐτοκίαν ποτόν.* Aelianus V. H. 13, 35. *λέγουσιν φυσικοὶ ἄνδρες τὸν ἔλαφον καθάρσεως δεόμενον σέλινα ἐσθίειν.* Permiscuit apium, vmbelliferam pariter, cum seseli propter similitudinem soni.

σταθμοὺς] Versio Thomae *praecipia*. Videtur *praesepia* voluisse dare. *Stabula* Gaza vertit. Albertus: *et aliquando absconditur cum partu in loco vmbroso iuxta vias vsque ad auroram, quando incipit apparere lumen solis: illo enim tempore minus mouentur nociuae bestiae, quia tunc colliguntur ad latibula sua. Hoc ergo tempore cum partu vadit cerua ad loca latentia* etc. Deinceps Med. πέ-

τρας habet; idem cum Canis. Reg. et versione Thomae ἤδη inserit ante φασὶν, et recepit Camus, sed supra in simillimo loco 6. c. 26. s. 2. Med. et versio Thomae idem vocabulum omittunt. Plinius 8. s. 50. *Editos partus exercent cursu et fugam meditari docent; ad praerupta ducunt saltumque demonstrant.* Antigonus c. 35. ex h. l. excerpsit haec: *Τὰς δ' ἐλάφους λέγει τίκτειν παρὰ τὰς ὁδοὺς, φευγούσας τὰ θηρία· ἥκιστα γὰρ ἐπιτίθεσθαι τοὺς λύκους ἐνθάδε· ἄγειν δὲ καὶ τὰ τέκνα ἐπὶ τῶν σταθμῶν ἐθιζούσας οὗ δεῖ ἀποφεύγειν· εἶναι δὲ τοῦτο πέτραν ἀποῤῥῶγα, μίαν ἔχουσαν ὁδόν.* Albertus: *vbi sunt fissurae et concavitates petrarum aut antra aliqua, quae non habent introitum vnum.*

ὁ ἄῤῥην — παχὺς] Plutarchus de Solertia animalium p. 170. ed. Hutt. vel cap. 16. *τῶν ἐλάφων αἱ θήλειαι μάλιστα τίκτουσι παρὰ τὴν ὁδὸν, ὅπου τὰ σαρκοβόρα θηρία μὴ πρόσεισιν· οἵ τ' ἄῤῥενες, ὅταν αἴσθωνται βαρεῖς ὑπὸ πιμελῆς καὶ πολυσαρκίας ὄντες, ἐκτοπίζουσι σώζοντες αὑτοὺς τῷ λανθάνειν, ὅτε τῷ φεύγειν οὐ πεποίθασιν.* quem locum cum exscriberet Aelianus H. A. 6, 11. in parte posteriore mala interpretatione narrationem corrupit: *καταπιανθεῖσα δὲ οὐκ ἔτι τίκοι παρὰ τὰς ὁδούς· οἶδε γὰρ, ὅτι δραμεῖν ἐστι νωθεστέρα· τίκτει οὖν ἐν τοῖς ἄγκεσι καὶ τοῖς δρυμοῖς καὶ τοῖς αὐλῶσι.*

ὀπώρας οὔσης] Haec verba omittunt Codd. *tempore fructuum* Gaza vertit: sed omisit etiam Albertus. Plinius 8. s. 50. *vbi se praepingues sensere, latebras quaerunt, fatentes incommodum pondus.* Sequentem copulam *καὶ* ante *τὰ κέρατα* omisit Thomas. Contra eandem post *ὅθεν* omittunt Edd. quaedam. Prouerbium versio Thomae ita memorat: *vade vbi cervi.* Auctiorem igitur locum legit. Pariter Albertus: *vade ad locum, vbi cervi eiiciunt cornua.* Sine verbo posuit Zenobius Prov. Centur. 5, 52. atque inde Suidas in *Οπου.* Postea *τὸ ἄριστον κέρας* Med. habet.

ἀποκρύπτει] Vulgatum *ἀποκρύπτειν* ex Med. V. R. cor-

rexit Camus, vti fieri iam olim voluit Sylburg. Deinceps αὐτὸς vulgatum ex Basil. correxerunt Editores post Sylburgium. Plinius 8. s. 50. *Cornua mares habent, solique animalium omnibus annis stato tempore amittunt: ideo sub ipsa die quam maxime inuia petunt. Latent amissis, velut inermes: sed et hi bono suo inuident. Dextrum cornu negant inueniri, ceu medicamento aliquo praeditum: idque mirabilius fatendum est, cum et in viuariis mutent omnibus annis: defodi ab iis putant.* Theophrasti etiam libri fragmentum de animalibus inuidis: καὶ ὁ ἔλαφος τὸ δεξιὸν κατορύττει κέρας. Ita etiam Aelianus H. A. 3, 17. Auctor θαυμασίων ἀκουσμ. cap. 76. τὰς ἐν Ἠπείρῳ ἐλάφους κατορύττειν φασὶ τὸ δεξιὸν κέρας, ὅταν ἀποβάλωσι, καὶ εἶναι πρὸς πολλὰ χρήσιμον. Vides, hos scriptores omnes vti verbo κατορύττειν; vnde suspicio mihi nata est, hoc etiam in nostro loco olim κατορύττειν fuisse scriptum pro ἀποκρύπτειν. Quo verbo posito, facilius etiam poterit indagari origo fabulae, de quo ad extremum caput dicam. Quod vero scriptor θαυμασίων factum ceruorum Epiri finibus circumscripsit, id eius errori equidem adscribo, simili ei, quo ceruos ἀχαΐνας in ceruos Achaiae mutauit, vt paulo postea monebitur.

2. παττάλους — παατταλίας] Gaza *subularum — subulones* vertit. Versio Thomae *brachium libē — passalios quasi rectos ad modum lancis librae* habet; in priore compendio *librae* latere videtur. Alberti: *vomer — cornua bimi cerui vomeralia.* Gaza Plinium secutus est, qui 11. s. 45. *Sparsit haec in ramos (natura), vt ceruorum: aliis simplicia tribuit, vt in eodem genere subulonibus ex argumento dictis.* vbi cum Salmasio Bochartus subulones interpretatur oryges, propter glossam, quae habet *Sublones*, ὄρυγες. Alia habet *Subulo*, αὐλητής, vti Festus: *Subulo Tusce tibicen dicitur.* vnde Harduinus dictos ait ceruos subulones, quoniam ex cornibus eorum tibiae fieri solitae sint; quo nihil poterat ineptius excogitari. Idem Plinius 28. s. 53, de

pulmone ceruino in medicina tractans: *Efficacior ad id subulo ceruorum generis.* iterumque s. 67. Vereor, ne Plinius ipse nomen graecum male acceperit, vt factum in nomine ἀχαΐνης deinde docebo. Thomas quid secutus sit, apparet ex Hesychii glossa: *Πασσάλιον, τοῦ ζυγοῦ τῆς κιθάρας τὸ μέσον.* Thomas in simili glossa additum τῆς κιθάρας aut non reperit aut neglexit. Eosdem cum πατταλίαις esse, quos alii σπαθίνας dixerunt, postea docebitur.

τοὺς γέροντας] Versio Thomae μὲν additum reddidit. Sequens ὅλως omittunt Codices; igitur seclusi. ἀμυντῆρας Gaza vertit *adminicula*, Plinius *ramos*, rectius Scaliger *propugnacula*, Camus *defenses.* Nostri vocant *Augsprossen.* Plinius 8. s. 50. *Indicia quoque aetatis in illis gerunt singulos annis adiicientibus ramos vsque ad sexennes. Ab eo tempore similia reuiuescunt, nec potest aetas discerni, sed dentibus senecta declaratur. Aut enim paucos aut nullos habent: nec in cornibus imis ramos, alioquin ante frontem prominere solitos iunioribus.*

τὰ προνενευκότα] Versio Thomae *tendentes in anterius* habet. Sequens αὐτοῖς omittunt V. R. A. Θαργηλιῶνα *Aprilem* interpretatur Gaza, *Martium* Albertus. Verum id in ceruis Sardis esse, vt et superius illud μέχρι ἓξ ἐτῶν, testatur *Cetti* Histor. natur. Sardiniae Tom. I. p. 128. vers. germanicae. De ceteris enim regionibus non item valere idem monuit. Albertus: *vsque ad sex annos: et tunc magis quam prius efficiuntur ramosa.*

3. ἀποβάλωσι] Vulgatum ἀποβάλλωσι correxi ex versione Thomae, vbi est *abiecerint*, ex auctore θαυμασίων ἀκουσμάτων c. 5. Male etiamnum in Aeliani H. A. 4, 5. vbi h. l. παραφράζει, legitur οἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλοντες εἰσδύονται παρελθόντες εἰς λόχμας, τοὺς ἐπιόντας σφίσι φυλαττόμενοι. Scribendum enim ἀποβαλόντες. Deinceps verba ἐν τοῖς δασέσι omittunt Med. V. A. Contra versio Thomae paulo postea verba ἐν τοῖς δασέσι νύκτωρ

omisit, vbi rectius absunt. Igitur eo in loco seclusi. Muscarum mentionem omisit cum Plinio Aelianus, et merito dubitabat Fr. Redi de causa in Experim. naturalibus, quia in silvis aeque atque in campis muscae et culices habitent. Albertus pro muscis lupos nominauit. Postea vulgatum *ἀμυνονται* cum Sylburgio correxi ex loco *ἀκουσμ. θαυμασ.* cap. 177. vbi haec ita narrantur: *Φασὶ τινὰς ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τούτους τοὺς τόπους ἔρχεσθαι, ἐν οἷς οὐκ ἔστι ῥᾴδιον εὑρεθῆναι· τοῦτο δὲ ποιεῖν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ᾧ ἀμυνοῦνται, καὶ διὰ τὸ πονεῖν τοὺς τόπους, ὅθεν* [*καὶ* omittit Codex Vindob.] *τὰ κέρατα ἀπέβαλον. Πολλαῖς δὲ κισσὸν ἐπιπεφυκότα ἐν τῷ τῶν κεράτων τόπῳ ὁρᾶσθαι.* Scriptor is omnia, quae Philosophus h. l. narrat, ad ceruos *ἀχαΐνας* retulit, quos inepte Achaicos interpretatur. Codex Vindobonensis ibi rectum *ἀμυνοῦνται* conuertit in peius *ἀμύνονται*, vt *ἀποβάλωσι* in *ἀποβάλλωσι*. Sed ibidem extat cap. 5. vbi haec paene iisdem verbis narrantur: *Φασί τινας ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τούτους — ἔρχεσθαι, ὥστε μὴ ῥᾳδίως εὑρεθῆναι. — ᾧ ἀ ύνωνται — ὅθεν τὰ κέρατα* etc. Versio Thomae *pugnent* vertit scriptum *ἀμύνωνται*. Totum locum Plinius ita conuertit 8. s. 50. *Erumpunt autem renascentibus tuberibus primo aridae cutis similia: eadem teneris increscunt ferulis, arundineas in paniculas molli plumata lanugine. Quamdiu carent iis, noctibus procedunt ad pabula: increscentia solis vapore durant, ad arbores subinde experientes: vbi placuit robur, in aperta prodeunt.* Plinius aut auctius exemplar habuit, aut aliunde addidit verba *Eadem teneris — lanugine*, quae equidem non intelligo. Idem verba philosophi *πρὸς δένδρα κνώμενοι* male interpretatus est; pertinent enim ad lanuginem detergendam. Recte etiam Albertus addit: *vt auferatur pellis a cornibus.*

ἀχαΐνης] Vulgatum *ἀχαΐτης* ex A. Reg. correxit Camus. In Med. est *ἀχαννὴς* vel *ἀχαυνὴς*. Dubia est enim scriptura.

E versione Thomae Camus apposuit *ceruus achainas:* in Lipsiensi libro est *akainas.* Idem Thomas *cissum* nominauit, et ante *χλωρὸν* copulam *καὶ* insertam reddidit vertendo. Accorambonus e Codice annotauit *εἴληπται καί τις ἔλαφος.* Antigonus Carystius cap. 35. post superiora pergit: *ἤδη δὲ διειλῆφθαι ἀχαΐνην ἔλαφον κιττὸν ἔχουσαν ἐπὶ τῶν κεράτων, ὡς ἂν ἐνύγρων ὄντων.* De vocabulo post Salmasium egregie disputauit Niclas ad Aristotelis *ἀκούσματα θαυμάσια* editionis Beckmannianae p. 20. Pertinet huc Hesychii locus: *ἀχαὶ νεβρῶν ἐλάφων ἡλικίαι:* sed inprimis Scholia ad Apollonii Rhodii 4, 175. *Ἀχαΐα ἐστὶ τῆς Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται ἀχαΐνεαι λεγόμεναι ἔλαφοι, αἳ καὶ σπαθιναῖαι καλοῦνται· οἱ δὲ κέρατα μεγάλα ἔχοντες ἔλαφοι κεράσται.* Eustathius ad Iliad. *ϑ.* p. 711. 38. ed. Basil. *ἐλάφων τὰ μὲν νέα, νεβροὶ, αἱ δὲ ἀρτίως ἐκ νεβρῶν ἐπ᾽ ἐλάφους μεταβάλλουσαι κεμάδες· τὰ δὲ τέλεια οὐκ ἄλλο τι ἢ ἔλαφοι, εἰ μὴ ἄρα (φησὶν) οἱ ἀχαΐναι καὶ οἱ σπαθίναι λεγόμενοι ἡλικίᾳ τινὶ διαφέρουσιν ἢ εἴδει καὶ κεράτων ἰδιότητι καὶ μεγέθει.* Hesychius: *σπαθήνης, τῶν ἐλάφων τὶς οὕτως καλεῖται, ἡ ἡλικία ἐλάφου.* Non dubium est, *σπαθίνην* veram esse scripturam, eundemque esse ceruum, qui Philosopho *πατταλίας* dicitur. Probabilis etiam Scholiastae Apollonii narratio, eundem ceruum a poetis aliisque *ἀχαΐνην* vocari. Galli *Daguet* vocant, nostri *Spiesser.* Plinius 8. s. 50. *Captique iam sunt edera in cornibus viridante ex attritu arborum, vt in aliquo ligno, teneris dum experiuntur innata.* Albertus: *Fertur autem in antiquo tempore captum esse ceruum, super cuius cornua creuit aliquid ederae et cucurbitae siluestris, et hoc non accidit, nisi quod cornua cerui primo mollia conceperunt radices, aut semina illarum herbarum interius in concauitate sui* etc. Videtur Scotus pro *ἀχαΐνης* scriptum legisse *ἀρχαῖος* vel simile quid. In Athenaei libro 8. p. 353. ineptus aliquis quaerit: *ποῦ δὲ εἶδεν ἐκ κέρατος ἐλάφου κισσὸν ἀναφύντα.* Ceterum cerui cornua mollia, quae in de-

liciis ciborum hodie expetuntur a gulonibus quibusdam, olim in vsu medico fuisse, ex Galeno docuit Redi in Experimentis natur.

4. τοῦτο πίνειν] Camus ποιεῖν coniecit ex versione Scoti: *et opinatur quod debeat ita facere:* sed ibi hominis mentionem fieri negat. Albertus habet: *Adhuc autem quando nocet ceruo superfluitas congregata in ipso venenosa, quae feyda vocatur, aut quando forte mordetur a serpente aut ab alio venenoso, congregat cancros et comedit eos pro medicina: et ideo opinantur quidam, cancros esse medicinam contra venenum, licet non conueniant aliquando.* Sequens ἀηδὲς cum negatione scriptum videtur Thomas reddidisse: *sed delectabile est.* Plinius 8. s. 41. *Cerui percussi a phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edendo sibi medentur.* Aelianus V. H. 13, 35. λέγουσι τὸν ἔλαφον — φαλαγγίων κνίσμασιν ἐχόμενον καρκίνους ἐσθίειν. Sed idem 1, 8. remedium hederae agrestis aliunde excerptum memorauit.

Αἱ δὲ θήλειαι — φάρμακον] Gaza: *exedunt inuolucrum, vt dictum est.* Quod h. l. Philosophus peculiariter de ceruis narrat, idem faciunt vaccae, sues et reliqua domestica quadrupeda, nisi id caueter a pastoribus. Quid? quod Samoyedarum feminae hodieque tostam secundinam post partum edere dicuntur?

καὶ κατακηλοῦνται] Vulgatum ὥστε καὶ ex Med. Vat. Ambr. correxit Camus. Deinceps pro vulgato antea κατακλίνονται cum Casaubono ex Camotiana receperunt κατακηλοῦνται Editores recentiores, idque habet Canis. Versio Thomae: *et inclinantur a delectatione.* Eadem postea ᾄδει καὶ συρίττει reddidit. Plinius 8. s. 50. *Mulcentur fistula pastorali et cantu; cum erexere aures, acerrimi auditus, cum remisere, surdi.* Antigonus cap. 35. ἁλίσκεσθαι δὲ ἐλάφους καὶ συριττόντων καὶ ᾀδόντων, ὥστε καὶ κατακλίνεσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Plutarchus de Solertia: κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς. Plura loca vide

posita in annotationibus ad Antigonum. Salmasius scripturam καταχλίνονται in Aristotele defendebat, alii contra καταχηλοῦνται, quibuscum equidem sentio, ita tamen vt simul praecedens ὥστε deleatur; quo recepto καταχλίνονται tenendum erat. Sed tum narratur res falsa. Ceterum Aelianus H. A. 12, 46. narrat, apud Tyrrhenos ceruos et sues agrestes, cum cassibus capiuntur, astare tibicinem modulantem, eoque cantu animalia delectata incurrere in retia. Albertus ita: *Adhuc autem quidam modus venationis ceruorum et maxime capriolorum est secundum hunc modum: Vadunt namque homines duo vel plures aut vnus solus, et folio sub lingua posito sibilat imitando vocem pulli, et ad hunc sonum prodit ceruus et praecipue capriolus et sequitur sonum illum, quod delectatur illo: et tunc traiicit illum sagitta aut venabulo. Dupliciter autem prodit de latibulo. Si enim prodit erectis auribus et porrectis anterius, fortiter audit, et iam deprehendit esse insidias, et quaerit fugere* etc. Denique καταβεβηκυῖα habet Editio Camotii, cui similem scripturam reddidit Thomae versio *deiectae existant.* In versione gallica Arabis *Eldemir* edita post versionem Gallicam Oppiani extat etiam hic locus p. 193. *Aristôte dit, qu'on prend cet animal en chantant. Tant qu'il entend chanter, il ne se laisse point aller au sommeil; les chasseurs se servent de ce moyen pour l'occuper et le distraire; ils s'approchent par derriere et lorsqu' ils le croyent tranquille et les oreilles pendantes, ils le prennent.* Plura ibi narrantur et falso Philosopho adscribuntur, quae referre nolui. Comparabit diligens lector cum praeceptis Philosophi praeter Mellinum in Historia naturali cerui damae Scripta Societatis amicorum naturae Berolinensium Vol. II. p. 170. et 397. vnde pauca tantum exempli causa excerpam. Narrationi enim de cornu cerui vel sinistro vel dextro defosso, quod inuidiae animalis tribuebant inepti homines, subesse fundamentum aliquod docet relatio testis ocularis ibidem p. 397. posita. Cerui nempe

biennes seu subulones cornu agitatum abiicere non valent' sed terrae infixum abrumpunt. Hinc fabula orta, et male ad omne ceruorum genus tralata est.

CAPVT VII. (vulgo VI.)

ὅταν φεύγωσι] Med. Vat. ὅταν τύχωσιν, Canis. Reg. contra habent ὅταν τέκωσιν. Deinceps simplex καταλαμβάνωνται expressit versio Thomae. Postea διαμασῶνται Junt. Camot. Albertus haec ad ceruos adhuc relata vertit et pro αἱ ἄρκτοι videtur τοὺς λύκους scriptum legisse: *Quum autem lupos fugiunt ceruae, partus suos secum ferunt, etsi venatorum aliquis deprehenderit ceruas currentes fugere lupos, nati saltant super herbas et arbores et latent ibi, quia tunc lupi fugiunt a praesentia venatorum. Cum autem cum partu iam perfecto exeunt de cauernis, primo comedunt aliquam de draconteis herbis diu masticantes, vt dentes per masticationem faciant acutos et incidentes.* Omisit igitur verba καὶ τὰ ξύλα — ὀδοντοφυοῦσαι, quae sola Plinius ex h. l. retulit 8. s. 54. *Exeuntes herbam quandam aron nomine laxandis intestinis alioqui concretis deuorant, circaque surculos dentium praedomantes ora.* quae vario tentarunt viri docti, cum graecis non respondeant. Praeplacet mihi Pellicerii coniectura: *dentium praedomant stuporem.* Excerpsit totum locum Aelianus H. A. 6, 9. ἐὰν διώκηται μετὰ τῶν αὐτῆς σκυλακίων, ἐπροωθεῖ αὐτὰ εἰς ὅσον δύναται· ὅταν δὲ συνίδῃ, ὅτι ἀπειπεῖ, τὸ μὲν κατὰ τοῦ νώτου φέρει, τὸ δὲ κατὰ τοῦ στόματος, καὶ δένδρου λαβομένη ἀναπηδᾷ· καὶ τὸ μὲν ἔχεται τοῦ νώτου τοῖς ὄνυξι, τὸ δὲ ἐν τοῖς ὀδοῦσι φέρεται ἀναθεούσης αὐτῆς.

αἶγας] Albertus *ibices* vocari ait. Deinceps δίκταμον Junt. Camot. τὸ ἄῤῥον Vatic. Albertus vertit: *quaerunt, vt dicit Aristotiles, polegium ceruinum siue agreste, quod Auicenna leluon arabice vocat, et applicant illud plagae, et tunc exit ferrum de corpore ipsorum. Aristotiles tamen dicit, quod comedunt ipsum et per virtutem herbae in corpore*

diffusam ferrum exit. Antigonus cap. 36. hunc locum excerpsit, ita tamen, vt τὴν δίκταμον poneret; igitur sequens τοῦτο omisit recte, et pro τοξευμάτων substituit βελῶν, omissis extremis ἐν τῷ σώματι, quae ferri aliter non possunt, nisi addito articulo τῶν ἐν τῷ σώματι. Sed inutili appendice facile caremus. Contra auctor θαυμασίων ἀκουσμ. cap. 4. αἱ ἐν Κρήτῃ αἶγες, ὅταν τοξευθῶσι, ζητοῦσιν, ὡς ἔοικε, τὸ δίκταμον τὸ ἐκεῖ φυόμενον· ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα. Eadem ad verbum repetit Caput 175. Vtraque igitur scriptura, τὸ δίκταμον et ἡ δίκταμνος, habet auctoritatem veterum librorum, qua possit defendi. In Orphicis Argonauticis versu 919. erat ψαφαρὸν δίκταμον, vbi metri causa δίκταμνον scripsi. Virgilius Aeneid. 12, 412. *Dictamnum genetrix Cretaea carpit ab Ida, puberibus caulem foliis et flore comantem purpureo.* vbi Edd. multae pariter *Dictamum* habent. In prosaica oratione equidem δίκταμος vel δίκταμον improbare plane non ausim. Potuit enim appellari a Dicta, antro montium Cretensium, in quo educatus Jupiter esse ferebatur. De natura et forma herbae consentiunt fere Interpretes, esse eandem aut conuenire cum origano dictamno Linnaei. Compara dicta a Jo. Beckmanno ad θαυμασ. ἀκουσμ. Antigonum et Heynium ad Virgilium. Aelianus V. H. 1, 10. τῆς δικτάμου βοτάνης διέτραγον. In versione Thomae est *pulegium dyctamnum.*

2. τι ποιῶσι — πόαν] Albertus: *comedunt radices herbarum et herbas diuersas notas ab ipsis. — Herba autem, quam saepius comedere videntur, est gramen.* Aelianus H. A. 5, 46. πόαν τινὰ nominat, et morbum indicat verbis: ὅταν δέωνται τὴν γαστέρα ἐκκαθᾶραι κενῶσαι; sed 8, 9. copiosius rem narrans addit: κύων ὑπὸ πλήθους ὀχλούμενος οἶδε πόαν ἐν ταῖς αἱμασιαῖς φυομένην. Plinius 25. s. 51. *Inuenerunt et canes canariam, qua fastidium deducunt, eamque in nostro conspectu mandunt, sed ita, vt nunquam intelligatur, quae sit: etenim depasta cernitur.*

πάρδαλις — παρδαλιαγχές] Albertus: *Eodem etiam modo animal, quod graeci ferdalie, quod Auicenna latine nominat leopardum, quando comederit herbam venenosam, quae fridalydon graece, latine strangulator leopardi vocatur.* Idem deinceps praeter leones nominat etiam *lupos* et quidem priore loco.

ἔκ τινος δένδρου] Versio Thomae: *ad aliquam arborem — vt non adscendat longe — saltans enim ad ipsum.* Aliter igitur scripta legit verba. Albertus: *vasa plena stercore squibalico hominis ponunt sub arboribus et occultantes se non longe rapiunt vel interficiunt leones, qui ad vasa illa gratia medicinae accedunt: et similiter faciunt lupis propter medicinam illuc venientibus.* Is igitur verba ὅπως μὴ ἀποχωρῇ aliter scripta ad venatorem retulit. Auctor Mirabil. auscult. c. 6. *ἐν Ἀρμενίᾳ φάρμακόν τι φασὶ φύεσθαι, ὃ καλεῖται παρδάλειον Τούτῳ οὖν, ὅταν ὀφθῇ πάρδαλις, χρίσαντες τὸ ἱερὸν ἀφιᾶσιν· ἡ δέ, ὅταν ἅψηται αὐτοῦ, ζητεῖ, ὡς ἔοικε, τὴν τοῦ ἀνθρώπου κόπρον. Διὸ καὶ οἱ κυνηγοὶ εἰς ἀγγεῖον αὐτὴν ἐμβάλλοντες ἔκ τινος δένδρου κρεμῶσιν, ἵνα προσαλλομένη καὶ ὑπέρκοπος γενομένη ὑπ' αὐτῶν παραλυθῇ καὶ ὑποχείριος γένηται.* vbi vulgatum *τοῦτο* cum Heynio correxi. Idem sequens *τὸ ἔριον* mutabat in *κρεάδιον*, Natalis de Comitibus scripturam Juntinae et Camotianae *τὸ ἱερεῖον* vertit. Pardalianches simpliciter herbam interpretatur Aelianus H. A. 4, 49. *ἐὰν γεύσηται ἀγνοοῦσα τοῦ καλουμένου παρδαλιαγχου, πόα δ' ἐστὶν, ἀποπάτημα ἀνθρώπου ποθὲν ἀνιχνεύσασα διασώζεται.* Contra Plinius 8. cap. 27. *Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor; quare pardalianches id venenum vocauere quidam. At fera contra hoc excrementis hominis sibi medetur, et alias tam auida eorum, vt a pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altius, quam vt queat saltu attingere, iaculando se appetendoque deficiat et postremo expiret; alioqui viuacitatis adeo lentae, vt eiectis intera-*

neis diu pugnet. Idem 27. c. 2. *Tangunt carnes aconito, necantque gustatu earum pantheras: nisi hoc fieret, repleturas illos situs. Ob id quidam pardalianches appellavere. At illas statim liberari morte excrementorum hominis gustu demonstratum.* Pollux 5. s. 82. pardalim capi etiam ait: *καὶ φάρμακον ἀκόνιτον παραμίξαντες σιτίοις· ἐξ ὧν τὸ θηρίον διαῤῥοίᾳ ἁλίσκεται, τοῖςδε πολλάκις καὶ ζῶν ἁλώσιμον.* Ita enim locus ille e Codice scripto corrigi debebat. Xenophon Cyneg. c. 11. memorat etiam hanc rationem: *ἁλίσκεται δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖς ὄρεσι φαρμάκῳ διὰ δυσχωρίαν ἀκονιτικῷ· παραβάλλουσι δὲ τοῦτο οἱ θηρώμενοι, συμμιγνύντες εἰς τὸ αὐτὸ, ὅτῳ ἂν ἕκαστον χαίρῃ, περὶ τὰ ὕδατα καὶ πρὸς ὅ,τι ἂν ἄλλο προσίῃ.* Nicander Alexiph. versu 38. aconitum ait ab aliis *παρδαλιαγχὲς* vocari, ad quem locum Scholia venationem pantherarum accuratissime narrant. Plura ad Auctorem Mirabilium dedit Jo. Beckmann.

λέγουσι δὲ καὶ] Vulgatum antea *λέγουσι δὲ ὅτι καὶ* primus correxit Sylburg. Sequens *ἀποκρύπτειν* in *ὑποκρύπτειν* mutarunt Antigonus c. 37. et Aelianus H. A. 5, 40. Ille enim ita h. l. excerpsit: *τὴν δὲ πάρδαλιν φάναι τινὰς κατανενοηκυῖαν, ὅτι τὰ ζῶα τῇ ὀσμῇ αὐτῆς χαίρει, ὑποκρύπτειν ἑαυτὴν καὶ οὕτως θηρεύειν τὰ προσπορευόμενα ἐγγύς.* Hic vero ita: *ἡ πάρδαλις τροφῆς δεομένη ἑαυτὴν ὑπαποκρύπτει ἢ λόχμῃ πολλῇ ἢ φυλλάδι βαθείᾳ, καὶ ἐντυχεῖν ἐστιν ἀφανής, μόνον δ' ἀναπνεῖ. Οὐκοῦν οἱ νεβροὶ καὶ δορκάδες καὶ αἶγες αἱ ἄγριαι καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ζώων* etc. vbi Apostolius Adag. p. 256. simplex *ὑποκρύπτει* habet. Theophrastus C. Plant. 6, 5. *διὸ καὶ θηρεύειν αὐτὴν, ὅταν καταγηράσκῃ, ταύτῃ προσαγομένην.* Senio igitur inualidam hac ratione pantheram vti voluit, quando saltu et viribus attingere praedam nequit. Alia ratione variat narrationem Plinius 8. s. 23. *Ferunt odore pantherarum mire solicitari quadrupedes cunctas, sed capitis toruitate terreri. Quamobrem occultato eo reliqua dulcedine inuitatas cor-*

ripiunt. Respicit idem 21. s. 18. Causam odoris quaerit noster Problem. 13, 4. Versio Scoti omisit hanc de pantherae odore narrationem, Albertus geminam de leopardis addit, sed plane diuersam. Versio gallica Arabis *Eldemir* post versionem Oppiani gallicam p. 174. haec habet: *Son haleine a une odeur agreable; en quoi il differe des autres bêtes féroces.* et p. 176. *L'odeur de sa cervelle corrompue est un poison infaillible, comme l'assure Aristote dans son histoire des animaux.* Vnde haec duxerit Arabs, diuinando assequi non potui.

3. *ἰχνεύμων — τὴν ἀσπίδα*] Ridicule Albertus: *Adhuc auis egyptiaca, quae graece anschycomon, latine autem ibis vocatur et est ciconia tota nigra in dorso, et inuenitur grisea, quando videt serpentem alatum, qui graece hasyos vocatur, et hanc auem vocat Auicenna thyamon.* Antigonus c. 38. h. l. excerpsit ita: *τὸν δὲ ἰχνεύμονα, οταν ἴδῃ ὄφιν τὴν ἀσπίδα οὐ πρότερον — πρὶν καλέσαι βοηθοὺς — πρὸς δὲ τὰ δήγματα καὶ τὰς πληγὰς — βρέξαντας γὰρ τὸ σῶμα κυλίεσθαι ἐν τῷ κονιορτῷ.* vnde nomen *τὸ σῶμα* assumendum censeo. Pro *καλινδοῦνται* Med. et A. *καλιδοῦνται* habere dicuntur. Aliunde pugnam eandem narrauit Aelianus H. A. 3, 22. ad quem ceteros scriptores laudaui, vti Jo. Beckmann ad Antigonum. Albertus: *tunc omnes similiter ponunt se in luto et postea in terra puluerulenta et harenosa, vt adhaereat viscositati luti: et tunc intrant in aquam, vt vndique ad corpora earum affluat eis lutum, et sic armatae congrediuntur cum serpente alte volantes ad eum in aera.*

ἵνα μὴ συνδάκῃ] Versio Thomae: *vt simul mordeat.* Antigonus cap. 40. *τῶν δὲ κροκοδείλων λέγει τοὺς τροχίλους ἐκκαθαίρειν τοὺς ὀδόντας, καὶ ἀπὸ τούτων τρέφεσθαι· τὸν δὲ ὠφελούμενον αἰσθάνεσθαι, καὶ ὅταν ἐξελθεῖν βούληται ὁ τροχίλος, τὸν αὐχένα κινεῖν, ἵνα μὴ συνδηχθῇ.* Vnde pro varia lectione *ἐκκαθαίρειν* et *συνδηχθῇ* haberi possint, sed saepe Antigonus variauit orationem. Auctor

Mirabil. c. 7. *καθαίρειν αὐτῶν τοὺς ὀδόντας τὰ σαρκία τὰ ἐξεσχόμενα* (*ἐξέχοντα* coniecit Heyne) *τοῖς ῥυγχεσιν ἐξέλκοντας*. Herodotus, primus auctor narrationis, 2, 68. *τὰς βδέλλας* exquirere trochilum ait; Plutarchus de Solertia *τὰ λείψανα, καὶ λεπτὰ τῶν ἐνισχομένων τοῖς ὀδοῦσι σαρκῶν* vocat. Herodotum sequitur Aelianus H. A. 3, 11. Idem 8, 25. trochilum ita describit: *ὁ μὲν τροχίλος ὄρνις ἐστὶ τῶν ἑλείων εἷς, καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν ἀλᾶται, καὶ ὅ τι ἂν τυχῃ παρεκλέγων, βόσκεται.* vbi semper *τροχίλος* scriptum rectius reperias, quam *τροχιλος*. Monuit de accentu interpres graecus ad Aristophanis Aues versu 79. vnde *τροχῖλος* scriptum posuit Suidas. Ceterorum scriptorum loca posui ad Aelianum et Jo. Beckmann ad Antigonum et Auctorem Mirabilium, qui de genere etiam auiculae disputauit. Sed nuper demum Gallus *Geoffroi* ex Aegypto redux alaudae genus esse testatus est, quod impune os crocodili ingrediatur atque ibi legat non hirudines, sed oestri alicuius laruas. Albertus ita: *aues qui latine strophilus siue strophili dicuntur, et est auis similis picae, varia, aquatica, habens rostrum, sicut est rostrum anatis — mouet collum quasi gargarizando, et tunc euolant.*

ἔχεως φάγῃ] Antigonus c. 40. *ὄφεως φάγῃ, ἐπεσθίειν ὀριγάνου· καί ποτε τινὸς παρατηρήσαντος καὶ ἐκτίλαντος τὴν ὀρίγανον, οὐκ ἔχουσαν ἐπιφαγεῖν, τελευτῆσαι.* Auctor Mirabilium cap. 10. *ὅταν ἔχεως φάγωσιν, ἐπεσθίειν τὸ ὀρίγανον· ἐὰν δὲ μὴ θᾶττον εὕρῃ, ἀποθνήσκειν. πολλοὺς δὲ ἀποπειράζοντας τῶν ἀγραυλούντων, εἰ τοῦτ' ἀληθές ἐστιν, ὅταν ἴδωσιν αὐτὴν τοῦτο πράττουσαν, ἐκτίλλειν τὸ ὀρίγανον· τοῦτο δὲ ὅταν ποιήσωσι, μετὰ μικρὸν αὐτὴν ὁρᾶσθαι ἀποθνήσκουσαν.* Aelianus H. A. 3, 5. et 6, 12. Priori loco est: *φαγοῦσα ὄφεως χελώνη καὶ ἐπιτραγοῦσα ὀριγάνου.* altero: *χελώνη διατραγοῦσα ὀριγάνου, παρ' οὐδὲν ποιεῖται τὸν ἔχιν· ἐὰν δ' ἀπορήσῃ, τοῦ πηγάνου ἐμφαγοῦσα, ὥπλισται πρὸς τὸν ἐχθρόν.* Pli-

nius 8, 27. *testudo cunilae, quam bubulam vocant, pastu vires contra serpentes refouet.*

καὶ ἐπειδὴ γευσαμένη — ἐπορεύετο] Vulgatum πορευομένην ex Ambros. correxi, qui tamen ὄφιν habet. Camus ex Med. Canis. καὶ ὅταν ἔσπασε recepit, quod factum nollem. Vat. καὶ ὅταν ἔκαψε, Reg. καὶ ὅταν ἔφαγε. Versio Thomae: *et cum accepisset de origano; iterum ad viperam progrediebatur — euellit origanum.* Deinceps vulgatum τὸ ὀρίγανον ex Med. correxi. *origanum agreste* vertit Albertus.

4. προεσθίει — πολεμία] Antigonus c. 41. *τὴν δὲ γαλῆν, ὅταν μάχηται μετὰ τοῦ ὄφεως, τοῦ πηγάνου προεσθίειν· πολέμιον γὰρ εἶναι τῷ ὄφει τὴν ὀσμήν. καὶ πρὸς τὰς πληγὰς δὲ τοῦ ὄφεως βοηθεῖν τὸ πήγανον ἐν ἀκράτῳ διηθηθὲν καὶ ποθέν.* Plinius 20, 12. *simili modo contra serpentium ictus; vtpote cum mustela dimicatura cum his rutam prius edendo se muniat.* Idem 8, 27. *mustela rutae, in murium venatu cum iis dimicatione conserta.* Quare re ipsa admonente ac Scaligero vulgatum ἐπεσθίει correxi. Malim etiam πολέμιον ex Antigono. Versio Thomae *rutham* et *catum* nominat. Albertus: *Adhuc autem auis vocata eptieches, quando cum vipera pugnat, comedit rutam* et cet. Sed idem post longum interuallum: *Gali etiam, quem nos vulpem vocamus, aliquando cum aliquo pugnat serpente: et tunc comedit rutam, eo quod, sicut diximus, odor rutae serpenti contrariatur.*

ὀπωρίζῃ] Gaza vertit: *cum per vsum pomorum nausea infestatur, syluestris lactucae succum exorbet.* Contra Aelianus 6, 4. H. A. *οἱ δράκοντες ὅταν ὀπώρας μέλλωσι γεύεσθαι — ὀνίνησι δ' ἄρα αὐτοὺς αὕτη πρὸς τὸ μὴ φύσης τινὸς ὑποπίμπλασθαι.* Plinius 8. s. 41. *draco vernam nauseam siluestris lactucae succo restinguit.* Albertus: *et caper agrestis montanus tempore fructuum, quando in eo superabundant humores crudi, medicatur sibi per comestionem herbarum amararum, vti dissoluatur visco-*

sitas, quae est in ipsis. Sed idem post canum et ciconiarum exemplum denuo ita: *Draco etiam cum infirmatur, comedit fructum plantae, quae thaytharscon graece vocatur.* Consuetudinem loquendi secutus optime sententiam interpretatus est Aelianus; sed fructus serpentes nostri caeli non magis gustant, quam lacertae. Multi tamen extranei iis vesci dicuntur.

τοῦ σίτου τὸ λῆϊον] Aelianus H. A. 8, 9. *ἑλμίνθων δὲ πεπληρωμένοι, τοῦ σίτου τοὺς ἀθέρας ἐσθίουσιν, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει.* Sed idem 5, 46. *εἰ δὲ ἕλμινθες αὐτὰς λυποῦσι, τοῦ σίτου τὸ λῆϊον ἐσθίουσαι ἐκκρίνουσιν αὐτάς.* *herbam tritici* vertit Gaza. Albertus cum Aeliano facit: *et canes, quum multum habent in ventre ex torsionibus vel humoribus pungitiuis, acutis, comedunt spicas tritici, vt lenificent ex illis.*

πελαργοὶ] Antigonus c. 42. *ἡ φάττα δὲ, ὅταν πληγῇ, τὴν ὀρίγανον ἴσαξεν εἰς τὸ ἕλκος, καὶ γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον ὑγιής.* Aelianus H. A. 5, 46. *Πέρδικές τε καὶ πελαργοὶ τρωθέντες καὶ φάτται τὴν ὀρίγανον, ὡς λόγος, διατρώγουσιν, εἶτα τοῖς τραύμασιν ἐντιθέντες ἀκοῦνται τὸ σῶμα.* Versio Thomae habet: *vlceretur aliā a pugna.* Albertus primum habet post capri montani mentionem: *Et animalia, quae halachalie arabice vocantur et sunt apud nos cerui et equicerui, vulneribus suis medicantur comestione origani montani, et hoc saepius visu experti sunt venatores.* Deinde post draconis mentionem addit: *Similiter autem ladach et aliae aues, quum pugnando ad inuicem vulnerantur, applicant vulneribus suis origanum agreste, et etiam comedunt ipsum et curantur ex ipso.*

τὴν ἀκρίδα] Aldina, Juntina, Camotiana *ἀσπίδα* nominant, Gazae vero versio et Thomae *locustam.* Scoti et Alberti hoc membrum totum omisit. Plinius 11. s. 35. de locustis: *Serpentem, cum libuit, necant singulae, faucibus eius apprehensis mordicus.* Philo de Opificio p. 39. *τὸν ὀφιομάχην καλούμενον· ἑρπετὸν δ' ἐστὶν ἔχον ἀνωτέ-*

φω τῶν σκελῶν, οἷς πέφυκεν ἀπὸ γῆς πηδᾷν καὶ μετέωρον αἴρεσθαι, καθάπερ τὸ τῶν ἀκρίδων γένος. Suidas: ὀφιομάχης, εἶδος ἀκρίδος, μὴ ἔχον πτερά. Hesychius: ὀφιομάχος, ἰχνεύμων καὶ ἀκρίδων γένος, μὴ ἔχον πτερόν. Cf. Bocharti Hieroz. T. II. p. 449. Hic est spoliator colubri et vermis aureus Auctoris de natura rerum apud Vincentium Spec. natur. 20. cap. 168. Fortasse eadem est, quae cum scorpione pugnare dicitur, ἀστέρακος dicta a Dioscoride 2, 57. cuius pugnam describit Auctor Mirabilium cap. 151. Verisimilitudinem narrationis facere potest epex lacerticida descriptus a Pallasio Itiner. Tom. I. p. 472.

χειροῦσθαι] Med. θηροῦσθαι habet. Versio Thomae *venari*. Eadem deinceps *strangulat enim sicut bapiones*. Postea diuersam scripturam hanc, μάχεται δὲ τοῖς ὄφεσι, μάλιστα δὲ καὶ τοῖς μυοθήραις, reddidit: *maxime autem et venatoribus murum*. Albertus: *Gali autem, quae est vulpes, non solum habet astutiam in medicamine sui nocumenti, sed etiam in capiendo aues, quum iacendo fingit se mortuam, et cum aues insident ei, degulat eas, sicut degulant lupi et arietes, quando abscindunt cannae gutturis eorum. Hoc autem genus animalis, licet cum quibusdam serpentibus pugnet, tamen maxime pugnat cum serpente, qui comedit mures: eo quod etiam vulpes mures comedit et haec pugna multotiens sensibiliter apparuit venatoribus.*

5. μεταμείβουσι] Vulgatum μετακινοῦσιν ex Med. correxi. Versio Thomae *permutant* habet; Gazae *commutent sua cubilia*. Sequens μεταβάλλουσι π. τ. τ. Gaza vertit: *ad parietes discedunt*. Sequens ὥστε in ὡς mutatum vertit Thomas *sicut in Byzantio*. Albertus: *quoniam ante hos* (ventos) *ingrediuntur cauernas et obstruunt os cauernae versus partem, vnde venit ventus, timentes laedi a vento. Cuius signum est, quod quidam ciuium Constantinopolitanorum fertur habuisse yricium, cuius absconsiones et proditiones ex cauerna ipse solus intellexit, alii autem non*

intellexerunt, et per illum praedixit ventos nautis. Plinius 8. s. 56. *herinacei mutationem aquilonis in austrum condentes se in cubile praesagiunt.* Idem de sciuris s. 58. *prouident tempestatem, obturatisque, qua spiraturus est ventus, cauernis, ex alia parte aperiunt fores.* Plutarchus de Solertia cap. 16. p. 170. ed. Hutten. *τὸ δὲ κοιταῖον (τῶν ἐχίνων) ὀπὰς ἔχει δύο, τὴν μὲν πρὸς νότον, τὴν δὲ πρὸς βορέαν βλέπουσαν· ὅταν δὲ προαισθῶνται τὴν διαφορὰν τοῦ ἀέρος, — ἐμφράσσουσι τὴν κατ᾽ ἄνεμον, τὴν δὲ ἑτέραν ἀνοίγουσι. Καὶ τοῦτό τις ἐν Κυζίκῳ καταμαθὼν δόξαν ἔσχεν, ὡς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὸν μέλλοντα πνεῖν ἄνεμον προαγορεύων.*

Μελιταῖον] Med *Μελιτταῖον.* Deinceps *κακουργίαν* esse pro *πανουργίαν* monet Sylburg. *astutiam* vertit Gaza. Posteriorem partem loci exscripsit Antigonus c. 116. *τὸ δὲ τῆς ἰκτίδος αἰδοῖον εἶναι μὲν ὀστοῦν· δοκεῖ δ᾽ εἶναι φάρμακον στραγγουρίας.* Idem antea cap. 73. *τῆς δὲ γαλῆς ὀστοῦν εἶναι τὸ αἰδοῖον.* Plinius 11. cap. 49. *Genitalia ossea sunt lupis, vulpibus, mustelis, viuerris; vnde etiam calculo humano remedia praecipua.* Idem 29. c. 4. *Mustelarum duo genera; alterum siluestre; Graeci vocant ictidas.* Paulo plura exscripsit Auctor Mirabilium cap. 11. *τὸ τῆς ἴκτιδος λέγεται αἰδοῖον οὐχ ὅμοιον τῇ φύσει τῶν λοιπῶν ζώων, ἀλλὰ στερεὸν διὰ παντὸς οἷον ὀστοῦν, ὅπως ἄν ποτε διακειμένη τύχῃ. φασὶ δὲ στραγγουρίας αὐτὸ φάρμακον εἶναι ἐν τοῖς ἀρίστοις, καὶ δίδοσθαι ἐπιξυόμενον.* Versio Alberti habet: *Est autem animal aliud, quod ankatinos graeci vocant, quod Auicenna katyz appellat, et est apud nos pullos comedens et inimicum pullis, quod gallice fissau vocatur; germanici autem illi bezzum vocant: et est animal longi corporis, sicut leporarius, quando est catulus, et membra eius inferiora sunt valde dura, et color facici eius et quod est sub gula et ventre praefert ruborem, sed in dorso est subnigrum, et in astutia simile est vulpi, et est libenter habitans in domi-*

bus hominum, eo quod cibus eius est in domibus eorum: diligit enim mel, et ideo corrumpit aluearia, et odit gallinas, et ideo degulat eas, et non comedit ex gallinis, nisi prius omnes aut multas ex eis degulauerit. Et haec ingenia etiam habet vulpes, et animal, quod dicitur feyton a quibusdam: et est quaedam alia species katiz, de quo diximus. Dicunt autem, quod virga maris horum animalium est ossea, dura valde, sicut os, sicut etiam dicitur de virga vulpis: et est opinio quorundam, quod rasura virgae illius in potu data medicina est contra venenum, et sicut dicit Auicenna, valet eiusdem virgae rasura contra scurriam (ischuriam voluit dicere). Vbi germanicum nomen *Iltizzum* scribendum esse monuit C. Gesner Histor. Quadrup. p. 864. Gallicum nomen, *fissau*, Thomae etiam versio in locum graeci *αἴλουροι* substituit; Camus in Indice *fissam* ex Codice suo retulit. Eustathius ad Iliad. 10. v. 335. p. 731. ed. Basil. *φασὶν οἱ ὑπομνηματισταὶ, ὅτι ἴκτις ἐστὶ ζῶον ὅμοιον κυνιδίῳ Μελιταίῳ, ὀρνιθοφάγον, τοῖς σμήνεσιν ἐπηρεάζον, ἔχον τὸ αἰδοῖον οἷον ὀστοῦν· καὶ ἰᾶται στραγγουριῶντας· — οἱ δὲ καὶ πανοῦργον τὴν ἴκτιν τὸ ζῶον ἱστοροῦσι, καὶ μεῖζον μὲν γαλῆς καὶ δασύτερον, ἄλλως δὲ παραπλήσιον· οἱ δὲ ἀγρίαν λέγουσιν εἶναι γαλῆν. Καὶ ἑτέρωθεν δὲ εἰκασμὸς τοῦ ζώου συνάγεται τοιοῦτος. Ταρτησία, φασὶ, γαλῆ ὅμοιόν τι ἴκτιδι· εἰ δὲ καὶ ταὐτὸν ἴκτις αὕτη βαρυτόνως, καὶ ἰκτὶς ὀξυτόνως ἡ παρὰ τῷ Κωμικῷ, μεμνημένῳ ἰχθυοφάγου ἰκτίδος, οὐκ ἀναγκαῖον ἄρτι ζητεῖν.* In Aristophanis Acharn. versu 880. legitur *ἰκτίδας ἐνύδρως.* In Scholiis Venetis ad eundem Iliadis locum p. 256. est: *ἴκτις ἐστὶ ζῶον ὀρνιθοφάγον καὶ πανοῦργον, μεῖζον μὲν γαλῆς, παραπλήσιον δὲ καὶ δασύτερον· οἱ δὲ τὴν ἀγρίαν γαλῆν εἶπον.* Sequitur alio auctore: *ἰκτίς ἐστι κατ' Ἀριστοτέλην ζῶον ὀρνιθοφάγον, ὅμοιον μικρῷ κυνιδίῳ, οὗ τὸ δέρμα φορεῖ.* Nicander Theriacorum versu 196. de ichneumone: *μορφὴ δ' ἰχνευταο κινωπέτου οἷον ἀμυδρῆς ἰκτι-*

δος, ἥ τ' ὄρνισι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετεύρων. ad quem locum Scholia: *ἴκτις δὲ ἡ λεγομένη ἀγρία γαλῆ.* Lexicon Kallianum MStum: *ἰκτιδέα, τὸ τοῦ αἰλούρου δέρμα. ἴκτις εἶδος ζώου, ὡς οἱ κάστορες, ἢ ἔνυδρον, ἰχθυοφάγον.* Italus *Celli* in Historia naturali insulae Sardiniae affirmat, peculiare viuerrae genus esse ictin, quod hodie Sardi *boccamele* vocent.

CAPVT VIII. (vulgo VII.)

τοὺς βίους τῶν ἄλλων ζώων] Verba *τῶν ἄλλων ζώων* vulgo post *μιμήματα* transposita huc retraxi, praeeunte versione Thomae: *circa vitas aliorum animalium.* In Regio plane omissa sunt. *διανοίας ἀκρίβειαν* Gaza *intelligentiae rationem* vertit. Scaliger *cogitationem exactiorem in minoribus quam in magnis.*

ἀχυρώσει] *lutariam paleationem* vertit Gaza. Scaliger *eodem ordine, quo lutum palea ad parietes subigitur. Lutum aceratum* et *paleatum* Romani dixerunt, quod Graeci *πηλὸν ἀχυρωτόν.* Deinceps vulgatum *αὐτὴν* ex versione Thomae correxi. Antigonus c. 43. *ὁ δ' οὖν Ἀριστοτέλης τὴν χελιδόνα φησὶν ἐν τῇ σκηνοποιΐᾳ συγκαταπλέκειν τοῖς κάρφεσι τὸν πηλὸν, κἂν ἐλλίπῃ πηλὸς, βρέχουσαν αὐτὴν κυλίεσθαι, καὶ ταῖς πτέρυξιν ἀναλαμβάνειν, στιβαδοποιεῖσθαί τε καθάπερ ἄνθρωπον, κάτωθεν ὑποτιθεῖσαν τὰ σκληρά.* Aelianus H. A. 3, 24. *ἡ χελιδὼν ὅτε εὐποροίη πηλοῦ, τοῖς ὄνυξι φέρει καὶ συμπλάττει τὴν καλιάν· εἰ δ' ἀπορία εἴη, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, ἑαυτὴν βρέχει καὶ εἰς κόνιν φύρει τὰ πτερὰ ἐμπεσοῦσα, καὶ τοῦ πηλοῦ περιπαγέντος ἐντεῦθεν ὑπαποψήχουσα τῷ ῥάμφει τὴν προκειμένην οἰκοδομίαν χειρουργεῖ.* Ex Antigono confirmatur scriptura Med. et Regii, quam vulgato *στιβάδα ποιεῖται* substituit Camus. Audi nunc Plutarchum de Solertia c. 10. p. 156. qui narrationem Philosophi mire et incrustauit et vitiauit: *ὡς εὖ τὰ στερεὰ κάρφη προϋποβάλλονται δίκην θεμελίων, εἶτα περιπλάττουσι τὰ κουφότερα· κἂν*

πηλοῦ τινος ἰχεκόλλου δεομένην αἴσθωνται τὴν νεοττιάν, λίμνης ἢ θαλάττης ἐν χρῷ παραπετόμεναι ψαύουσι τοῖς πτίλοις ἐπιπολῆς, ὅσον νοτεραὶ μὴ βαρεῖαι (δὲ) γίνεσθαι τῇ ὑγρότητι· συλλαβοῦσαι δὲ κονιορτὸν, ἐπαλείφουσιν οὕτως, καὶ συνδέουσι τὰ χαλῶντα καὶ διολισθαίνοντα· τῷ δὲ σχήματι τὸ ἔργον οὐ γωνιῶδες οὐδὲ πολύπλευρον, ἀλλὰ ὁμαλὸν, ὡς ἔνεστι μάλιστα, καὶ σφαιροειδὲς ἀποτελοῦσι.

ἐκπονεῖται] Med. ἐκποιεῖται. Deinceps ἑκάστῳ Reg. ex correctione habet; *pullis singulis* vertit Gaza. Postea τινὰ συνήθειαν vertendo Thomas reddidit. Denique μεταστρέφοντες Med. Ambr. Antigonus l. c. τοῖς τε νεοττοῖς την τροφὴν διδόναι κατὰ μέρος, παρατηροῦσαν, ἵνα μὴ δὶς τοῖς αὐτοῖς δῷ· τὴν δὲ κόπρον μικρῶν μὲν ὄντων αὐτὴν ἐκβάλλειν, αὐξηθέντων δὲ διδάσκειν ἔξω στραφέντα τὰ νεόττια ἀφοδεύειν. Vnde vulgatum in μεταστραφέντα mutandum esse suspicari possis. Accedit Plutarchus de Solertia cap. 4. p. 146. Hutt. αἱ δὲ χελιδόνες ἔξω στρεφομένους διδάσκουσι τοὺς νεοττοὺς ἀφιέναι τὸ περίττωμα. Aelianus hoc membrum omisit, contra, materiam στιβάδος vnde petat hirundo, enarrauit. Sed idem capite sequente 25. copiose narrat, quomodo hirundo aequas cibi portiones pullis distribuat, et primam quidem primo nato, et sic deinceps. Vnde efficere vult id, quod initio Capitis profitetur: δικαίους ἡ μήτηρ τοὺς ἑαυτῆς νεοττοὺς ἐργάζεται τὸ ἰσότιμον αὐτοῖς διὰ τῆς τροφῆς τῆς ἴσης φυλάττουσα. Atque hoc idem significare voluit Antigonus verbis κατὰ μέρος, quae tanquam ex Aristotele excerpta posuit. Sed nec ipsa verba hodie extant, nec eorum notio et vis inest vulgatis διατηροῦσά τινι συνηθείᾳ. Cur autem consuetudinem causetur Philosophus, non est intellectu facile, cum propositum habuerit sibi exempla vitae auium similia prudentiae humanae enarrare. Scaliger etiam vitium subodoratus esse videtur. Primum enim scribendum censuit διατηροῦντα διδόασι, deinde male ait consuetudinem in causa poni, cum ex instinctu

faciant, et prima quidem statim actione. Quid multa? In scriptura Thomae *τινὰ συνήθειαν* superesse puto vestigia veteris lectionis, quam expressit scriptor is, quem exscripsit Aelianus, *τινὰ ἰσοτιμίαν* vel *τινὰ δικαιοσύνην*. Nam de aue simpliciter *δικαιοσύνην* vel *ἰσοτιμίαν* ponere veritus est, igitur *τινὰ* adjecit, vt speciem justitiae significaret. Albertus: *Et cum habent oua, alternatis vicibus fouent ea et masculus et femina, et sunt multum diligentes, vti alternatim pascant pullos suos, et emundant nidum cum rostro, efferentes stercus pullorum, et docent pullos tempore egestionis posteriora ani extra nidum vertere, vt stercus cadat extra nidum.* Omisit igitur membrum medium de cibo pullorum.

2. *συνδυάζεσθαι*] Mira est librorum varietas. Med. Can. habent *συναυξάνεσθαι θέλουσι πλείοσιν.* Reg. *οὔτε γὰρ συναυξεσθαι.* Niphus ait, in quibusdam libris esse *συναπάλλεσθαι.* Gaza vertit: *neque enim cum pluribus adolescere aut coire patiuntur.* Vtrumque igitur *συναυξάνεσθαι καὶ συνδυάζεσθαι* scriptum legit. Antigonus c. 44. ex h. l. retulit: *τὰς δὲ περιστερὰς οὐ θέλειν πλείοσιν συνευνάζεσθαι.* *Copulari* vertit Thomas.

προαπολείπουσι] *prodeserunt* Thomae versio. Antigonus: *οὐδὲ προλείπειν τὴν συνουσίαν.* vbi Steph. Bernard *συνοῦσαν* corrigebat, non recordatus huius loci. Idem subdit: *ἐὰν μὴ χῆρος ἢ χήρα γένηται.* Deinde *ἔτι δὲ — συναναγκασις* scriptum reddit Thomas: habet enim *compulsio.* Sensum, non verba, reddidit Athenaeus 9. p. 394. *οὐκ ἀπολείπουσι δὲ ἕως θανάτου οὔτε οἱ ἄῤῥενες τὰς θηλείας οὔτε αἱ θήλειαι τοὺς ἄῤῥενας, ἀλλὰ καὶ τελευτήσαντος χηρεύει ὁ ὑπολειπόμενος.*

ἐάν τε ἀπομαλακίζηται] Med. Canis. *ἐὰν τόπῳ μαλακίζηται.* Similis in Reg. scriptura vix legi potuit. Voluerunt dare *ἐάν τε πω.* Thomae versio: *si enim negli-*

g re ingressum nidi — propter coitum. Legit igitur scriptum ἐὰν γὰρ ἀπομ. — διὰ τὴν ὀχείαν. Equidem non dubito verum esse ἐὰν γὰρ — διὰ την λοχείαν.

ἁρμοττούσης τροφῆς] Hanc vulgarem lectionem reddit Thomas: *sollicitatur de opportuno alimento, quod cum masticavit, inspuit.* Contra ex M Reg. V. A. Canis. versione Scoti, Gazae dedit Camus ἀλμυριζούσης μάλιστα γῆς διαμασσησάμενος. Plinius 10. c. 34. *Amor utrique sobolis aequalis, saepe et ex hac causa castigatio, pigrius intrante femina ad pullos. Parturienti solatia et ministeria ex mare. Pullis primo salsiorem terram collectam gutture in ora inspuunt, praeparantes tempestivitatem cibo.* Antigonus: τοῖς δὲ νεοττοῖς τῆς ἀλμυριζούσης γῆς διαμασσησαμένας εἰσπτύειν εἰς τὸ στόμα προπαρασκευαζούσας τροφήν. Athenaeus separatim h. l. ita excerpsit: Ὁ δ' Ἀριστοτέλης φησὶν, ὡς αἱ περιστεραὶ γιγνομένων τῶν νεοττῶν τῆς ἀλμυριζούσης γῆς διαμασησάμεναι ἐμπτύουσιν αὐτοῖς διοιγνῦσαι τὸ στόμα, διὰ τούτου παρασκευάζουσαι αὐτοὺς πρὸς τὴν τροφήν. Aelianus H. A. 3, 45. ex h. l. retulit: καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ κακοσίτους εἶναι τοὺς νεοττοὺς, πρώτην τροφὴν ἐνδιδόναι τοῖς βρέφεσι τοὺς γεναμένους ἁλμυρίδα γῆν· ἥπερ οὖν γευσάμενα εἶτα μέντοι καὶ τῶν λοιπῶν σιτεῖσθαι τὸ ἐντεῦθεν αὐτά. His igitur auctoritatibus moti viri docti certatim ἀλμυριζούσης restituerunt nostro, velvti Scaliger, Gesner, H. Junius Animadv. p. 342. et Abr. Gronov ad Aelianum: nec equidem his auctoritatibus tam multis et tam antiquis volui obniti, quare et ipse vulgatam scripturam deserui hanc: νεοττῶν, φροντίζει τῆς ἁρμοττούσης τροφῆς· ἧς διαμασσησάμενος εἰσπτύει. Fateor tamen, adhuc dubium me haerere. De salsa enim illa terra nihil aliunde constat, nec verum esse videtur. Verumtamen in recepta illa Codicum scriptura male Camus διαμασσησάμενος dedit, cum Edd. pr. διαμασησάμενος habeant. In Athenaeo etiam ex Codice optimo A. nuperus Editor eandem scripturam, διαμασησαμεναι tamen

diuerso genere et casu, restituit. Idem liber cum Editione Veneta et Basil. *λαμυριζούσης* scriptum habet. In varietate *διαμασησαμένας* cum Athenaeo facit Antigonus, ita vt tota sententia non ad solum marem, sed ad vtrumque sexum referatur. Sed miror, viros doctos manducationem columbarum ferre potuisse, cum dentibus careant. Nec potest id verbum commode ad emollitionem in prolobo factam referri; nusquam enim ea de re id verbi adhibuit nec adhibere potuit Philosophus. Quod tamen si in reliquo cibo facere voluisset, certe in terra salsa facere nullo modo potuit, quasi de granis emolliendis et ad digestionem pullorum praeparandis sermo esset. Accedit locus Plinii, vbi est *salsiorem terram collectam*, quod ex nostro in *colliquatam* mutatum voluit Pintianus. Sane id tolerabilius esset, quam *mansam* vel *manducatam*, quod graecum verbum significat. Sed nihil mutandum censeo. Expressit enim Plinius scripturam *διαμησαμενος* in illa vitiosa optimorum librorum *διαμασησάμενος* latentem. Atque hanc ipsam Philosopho restituere non dubitaui. Est ab *ἀμᾶσθαι, διαμᾶσθαι.*

εἰσπτύει] Vidimus Athenaei et Aeliani testimonia, vbi h. l. excerpserunt. At vnde dicam Athenaeum habuisse, quod in serie continua verborum Aristotelis posuit: *Ἐπωάζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστεροειδὲς γένος, καὶ γενομένων τῶν νεοττῶν ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ὡς μὴ βασκανθῶσι.* vbi *αὐτοῖς* ex duobus Codd. inseruit nuperus Editor. Locum istum Aelianus V. H. I. 15. ita exscripsit: *εἶτα τῶν νεοττῶν γενομένων ὁ ἄῤῥην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων τὸν φθόνον, φασὶν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δι' ἄρα τοῦτο.* Commentum hoc iis debetur, qui moralem interpretationem historiae naturali intulerunt atque ita eam plane peruerterunt. Apparet vel hinc, quanta fides Athenaei sit habenda, vbi Aristotelis praecepta refert.

5. *παροχεύονται*] Falso igitur Plinius l. c. *ab his columbarum maxime spectantur simili ratione mores iidem;*

sed pudicitia illis prima, et neutri nota adulteria. Coniugii fidem non violant, communemque seruant domum. Nisi coelebs aut vidua nidum non relinquit: et imperiosos mares, subinde etiam iniquos, ferunt, quippe suspicio est adulterii, quamuis natura non sit.

παραδύονται] Med. παραλύονται. *resoluuntur* versio Thomae. Sequens καὶ γὰρ ἂν esse pro κἂν γὰρ positum monet Sylburg. Gaza vertit: *nam etsi ex longinquo minus.* Mihi verbum ᾖ suspectum est vitii. Ceterum in h. l. vulgatum νεοττίαν correxi saepius.

συμβεβηκέναι] Cur non συμβαίνειν? Pro φαψὶ Thomas *fassis* dixit, et pro ἐὰν μὴ *antequam.* Plinius: *Proprium generis eius et turturum, cum bibant, collo non resupinare, largeque bibere iumentorum modo.* vbi Pintianus scribi voluit *ni large bibére*, resectis verbis postremis *iumentorum modo*, vtpote ineptis. Alexander Myndius Athenaei 9. p. 394. οὐ πίνειν φησὶ τὴν φάτταν ἀνακύπτουσαν ὡς τὴν τρυγόνα, καὶ τοῦ χειμῶνος μὴ φθέγγεσθαι, εἰ μὴ εὐδίας γενομένης. vbi antea erat ἀνακοπτούσας — ὥσπερ. Sed si Alexandrum cum Aristotele volueris conciliare, tum vero non ὡς καὶ τὴν τρυγόνα scribendum cum nupero Editore erit, sed potius ὡς οὐδὲ τὴν τρυγόνα. Ita tandem neutra auis ἀνακύπτειν bibens dicetur. Vides vero φάσσαν dici ab Alexandro, φαψὶ ab Aristotele. Ceterum πίνοντας h. l. habent Vat. Reg.

προσίεται] Vulgatum προσίενται monente Sylburgio correxi. Thomae versio *admittit.* Athenaeus: ἐπωάζει δ' ἐκ διαδοχῆς πᾶν τὸ περιστεροειδὲς γένος. quae repetiit Aelianus V. H. I. 15. Sequens ἀλλ' ἢ omisit Thomas, qui φάτται reddidit *fatgae.*

4. πολὺν χρόνον] Athenaeus πολυχρονιωτέρα δὲ εἶναι λέγεται τούτων ἡ φάσσα· καὶ γὰρ τριάκοντα καὶ τεσσαράκοντα ζῇ ἔτη. quae non repetiit Aelianus. Post ὄνυχες versio Thomae αὐτῶν additum reddit: Albertus vero no-

minat *pennas alarum, caudae et totius corporis.* Plinius: *Viuere palumbes ad XXX. annum, aliquos ad XL. habemus auctores, vno tantum incommodo vnguium, eodem et argumento senectae, qui citra perniciem reciduntur. — Columbae et turtures octonis annis viuunt.* Denique de perdicibus noster supra 6, 4. *καὶ αἱ πέρδικες δὲ πλείω ἔτη ἢ ἑκκαίδεκα.* Plinius 10. c. 33. *Perdicum vita ad sedecim annos durare existimatur.* Quare cum numerus non concordet, articulus *οἱ*, et locus et ordo alienus sit, fere suspicor, haec ab aliena manu fuisse inserta.

αἱ φάβες] Med. *φλάβες.* *flabes* versio Thomae. Pro *φάτται* dictum putabat Sylburg. Deinceps *τὰ ἄῤῥενα τῶν ὀρνίθων masculina auium* reddidit Thomas. Sequens *περιστερῶν* Thomas vertit *columbinis.* Postea vulgatum *στρουθίων* bis correxi, quod est genericum nomen, cum hic de specie certa dicatur. Plinius: *contra passeri minimum vitae, cui salacitas par. Mares negantur anno diutius durare, argumento, quia nulla veris initio appareat nigritudo in rostro, quae ab aestate incipit. Feminis longiusculum spatium.* Varie hic peccatum est. Albertus *πώγωνα* interpretatur *nigras maculas circa rostrum.* Camus *τὰ χείλη la bordure du bec, τὰ περὶ τ. π. μέλανα* vero *la barbe noire.* Scilicet *τὰ παρὰ* pro *τὰ περὶ* ex Med. Vatic. praefert Camus, vt olim Sylburg. Equidem vulgatam tenui. *quod apparet ex multa duritia rostrorum suorum* Albertus. Deinde verba *τοῦ δὲ χειμῶνος ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς* omittunt Med. Reg. versio Scoti et Thomae. Pro *σπίζαι* Med. *πίζαι, pistes* versio Thomae. Audi nunc de passere Auctorem libri de rerum natura apud Vincentium 16. c. 20. *Dicit autem Aristoteles, quod mas tantum vno anno viuit, femina vero diutius, quod de passere orientis credimus, nam et illa nigredo, de qua dicit, quod est in collo masculi, non est in eis, qui sunt apud nos, scilicet in Europa, sed alba quaedam in genis macula nigredine notata, et hi in vita perseuerant hieme et aestate, sicut et*

eorum feminae. Aetas passeris apparet in rostro, quia iuuenis habet illud tenerum et circa fauces croceum, senex vero durum et nigrum.

CAPVT IX. (vulgo VIII.)

ὅταν ποιήσωνται ἐν τῷ λείῳ κονίστραν] Gaza vertit: *facta in aprico area.* Thomas: *sed vbicunque facerent in sole in puluere.* Albertus: *vadunt ad loca plana mollia, in quibus est aliquid stipularum et sunt deuexa et fossa.* Med. Canis. *ἐν ἡλίῳ*, quam scripturam Thomas cum Gaza reddidit. Aelianus 3, 16. H. A. *πέρδικες — παρασκευάζουσιν ἑαυτοῖς ἔκ τινων καρφῶν τὴν καλουμένην ἅλω· πλέγμα δ' ἐστὶ κοῖλον, καὶ ἐγκαθίσαι ἐπιτήδειον· καὶ κόνιν ἐγχέαντες καὶ μαλακήν τινα οἱονεὶ κοίτην ἐργασάμενοι* et cet.

ἐπηλυγασάμενοι ἄκανθαν] Aelianus l. c. *καὶ ἐνδῦντες, εἶτα ἐπηλυγάσαντες ἑαυτοὺς ἄνωθεν κάρφεσιν, ὑπὲρ τοῦ καὶ τοὺς ὄρνιθας λαθεῖν τοὺς ἁρπακτικοὺς καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς θηρευτάς, κατὰ πολλὴν τὴν εἰρήνην κατακλίνουσιν.* Verbo similiter vtitur Synesius Caluit. p. 85. C. *ὁ μὲν γὰρ Φερεκύδης θοἰμάτιον ἐπηλυγασάμενος.* iterum Epistola 153. *πυκνὸν καὶ βαθὺ σκότος ἐπηλυγάσεται.* Plinius 10. s. 51. *Nec vero iis minor solertia, quae cunabula in terra faciunt corporis grauitate prohibitae sublime petere. — Perdices spina et frutice sic muniunt receptaculum, vt contra feras abunde vallentur. Ouis stragulum molle puluere contumulant.* Ita Plinius cum Aeliano *κονίστραν* interpretari voluerunt. Sed idem Aelianus 10, 35. narrationem aliunde ita variauit: *οἱ πέρδικες ὅταν ἐπωάζωσι, προβάλλονταί τινας θάμνους καὶ δάση ἕτερα ἀποκρύπτουσαι, ὑπὲρ τοῦ καὶ δρόσους καὶ ὄμβρον καὶ πᾶν ὅ τι ἂν εἴη νοτερὸν ἀποστέγειν αὐτῶν.*

ἐκλέψαντες] Vitiosam scripturam *κλέψαντες* versio Thomae reddidit *furantes.* Atque ex hoc vel simili vitio scripturae nata est narratio Eustathii in Hexaemero p. 29. de

perdice: *ἀλλότρια δὲ κλέπτων ᾠὰ νοσσοποιεῖ.* Sequens *ἐξάγουσι* Scaliger mutari volebat in *ἀπάγουσι*, quia nidum non habeant; quod verbum vel simile posuit Aelianus l. c. *νεοττεύοντες δ' ἐν χωρίοις ἑτέροις ἀπαίροντές τε αὖ τοὺς νεοττοὺς ὄντας ἁπαλοὺς ὑποθάλπουσι, καὶ τοῖς ἑαυτῶν πτεροῖς ἀλεαίνουσιν, οἱονεὶ σπαργάνοις τοῖς πτίλοις περιαμπέχοντες.* Ita enim vulgatum ibi *σπαργάνοις τισὶ πτηνοῖς* ex Vindob. Codice corrigi debet.

2 *προσεδρευόντων*] *longioris temporis mora* vertit Gaza. *ἐνεδρευόντων* malebat Scaliger, et tamen vertit *ne diutius sedentibus ipsis.* Ceterum haec superioribus *ἐνταῦθα τίκτουσι καὶ ἐπῳάζουσι* contraria esse ait Scaliger, et miratur, quomodo oua transferant, nisi vnguibus apprehensa. Sed audi tu Aelianum: *εἶτα τὰ ᾠὰ οὐ πιστεύουσι τῇ χώρᾳ τῇ αὐτῇ, ἀλλ' ἑτέρᾳ οἱονεὶ μετοικιζόμενοι ἐκεῖνά τε ἐπάγονται· δεδοίκασι γὰρ ἐν ταὐτῷ διατρίβοντες, μήποτε ἄρα φωραθῶσι.* qui *προσεδρεύειν* recte interpretatur *ἐν ταὐτῷ διατρίβειν.* Migratione et ouorum translatione nihil offensus fideliter verba Philosophi transtulit vel potius aliis commutauit. Et Plinius l. c. *nec in quo loco peperere incubant, neue cui frequentior conuersatio sit suspecta, transferunt alio.* Mutauit aliquid de Plinii narratione Solinus c. 24. *Ouis stragulum puluis est: ad quae clanculum reuertuntur, ne indicium loci conuersatio frequens faciat.* Aliter tanquam ex Aristotele rem retulit Athenaeus 9. p. 389. *Νεοττεύουσι δ' ἐπὶ γῆς οἱ ἄῤῥενες καὶ αἱ θήλειαι διελόμενοι ἕκαστοι οἶκον.* Plane sic noster supra 6, 8. *οἱ δὲ πέρδικες δυο ποιοῦνται τῶν ᾠῶν σηκούς, καὶ ἐφ' ᾧ μὲν ἡ θήλεια, ἐπὶ θατέρῳ δὲ ὁ ἄῤῥην ἐπῳάζει, καὶ ἐκλέψας ἐκπέμπει ἑκάτερος ἑκάτερα.* Ita apparet, Plinium cum Aeliano male interpretatos esse verba *οὐκ ἐν ταὐτῷ τίκτουσι καὶ ἐπῳάζουσι.* Aliter difficultatem tollere studuit Albertus vertens: *Non habent nidum certum et stabilem per annos multos, sicut gallina, sed vno anno ouant in loco vno et in alio loco in alio, et hoc*

ideo faciunt, ne venator cognoscat nidum eius. Narrationem ad palumbes nescio quo auctore transtulit Eustathius in Hexaemer. p. 24. *Αἱ δὲ φάσσαι οὐχ ἔνθα τίκτουσιν ἐπωάζουσιν, ἀλλὰ μεταστᾶσαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρευτῶν εἰς ἕτερον τόπον, ἐκτρέφουσι τοὺς νεοττούς. Καὶ ἐπειδὰν αἴσθωνται εἰς θήραν ἀφιγμένους τινὰς τῶν νεοττῶν, ἀνίπτανται καὶ τὴν τῶν θηρευτῶν σπουδὴν εἰς ἑαυτὰς περισπῶσι, καιρὸν φυγῆς τοῖς νεοττοῖς παρέχουσαι* etc.

προκυλινδεῖται] Diuersam scripturam versio Thomae reddidit: *prouolitat perdix coram venante.* Albertus: *mater fingit se non posse volare et volitando cespitat circa venatorem.*

ἐπισπᾶται] Ambr. *περισπᾶται*, quod possis fortasse ex Eustathii loco *περισπῶσι τὴν τῶν θηρευτῶν σπουδὴν* defendere, magis etiam ex Plutarcheo postea apponendo. Sequentia verba *ἐφ᾽ ἑαυτήν*, cum in Codd. desint, seclusi. Versio Thomae habet: *capturum se ipsam.* Is igitur *ἐφ᾽* tantum omisit. Postea vulgatum *κατὰ δὲ ταῦτα* ex Med. et versione Thomae correxi. Aelianus l. c. *ἐὰν δὲ πέρδιξ ἴδῃ τινὰ προσιόντα καὶ ἐπιβουλεύοντα καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς βρέφεσιν, ἐνταῦθα αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν πρὸ τῶν ποδῶν κυλίει τῶν τοῦ θηρατοῦ, καὶ ἐνδίδωσιν ἐλπίδα τοῦ δύνασθαι συλλαβεῖν εἰλούμενον· καὶ ὁ μὲν ἐπικύπτει ἐς τὴν ἄγραν, ὁ δ᾽ ἐξελίττει ἑαυτὸν καὶ διαδιδράσκει καὶ γίνεται πρὸ ὁδοῦ· ὅπερ οὖν συννοήσας ὁ πέρδιξ, θαῤῥῶν ἤδη τῆς ἀσχολίας τῆς ματαίας ἀπαλλάττει τὸν ὀρνιθοθήραν ἀναπτάς, καὶ τοὺς νεοττοὺς καταλαβὼν καὶ ἐάσας τὸν ἄνδρα κεχηνότα. Εἶτα ἐν ἀδείᾳ ἡ μήτηρ γενομένη καὶ ἐν καλῷ στᾶσα τὰ βρέφη καλεῖ.* Antigonus cap. 45. *τοὺς δὲ πέρδικας, ὅταν θηρεύῃ τις τοὺς νεοττούς, προκυλίεσθαι τοῦ θηρεύοντος, ὡς ἐπιλήπτους ὄντας, καὶ ἐπισπᾶσθαι, ἕως ἂν διαδρᾷ τὰ νεόττια.* Athenaeus 9. p. 389. *ὅταν δὲ γνῷ, ὅτι θηρεύεται, προελθὼν τῆς νεοττίας κυλινδεῖται παρὰ τὰ σκέλη τοῦ θηρεύοντος, ἐλπίδα ἐμποιῶν τοῦ συλληφθήσεσθαι,*

ἐξαπατᾷ τε, ἕως ἂν ἀποπτῶσιν οἱ νεοττοὶ, εἶτα καὶ αὐτὸς ἐξίπταται. Plinius l. c. *Si ad nidum auceps coepit accedere, procurrit ad pedes eius feta, praegrauem aut delumbem sese simulans, subitoque in procursu aut breui aliquo volutu cadit, [vt] fracta aut ala aut pedibus: procurrit iterum, iamiam prehensurum effugiens, spemque frustrans, donec in diuersum abducat a nidis. Eadem pauore libera ac materna vacans cura in sulco resupina gleba se terrae pedibus apprehensa operit.* Quae Plinius addidit vel potius interpres Aristotelis, quem is exscripsit, ducta videntur ex mala interpretatione verborum ὡς ἐπίληπτος οὖσα, aut verbi προκυλινδεῖται, quod rectius interpretatur Plutarchus, qui postremam etiam habet nescio vnde partem narrationis Plinianae, de Solertia cap. 16. vbi priorem ita tradit: *αὐταὶ δὲ τοὺς διώκοντας ὑπάγουσιν ἄλλῃ, καὶ περισπῶσιν εἰς ἑαυτὰς ἐμποδὼν διαπετόμεναι καὶ κατὰ μικρὸν ἐξανιστάμεναι, μέχρις ἂν οὕτως ἁλισκομένων δόξαν ἐνδιδοῦσαι μακρὰν ἀποσπάσωσι τῶν νεοττῶν.* Ceterum Scaliger verbum ἀναπτᾶσα male interpretatur *reuolans.*

πολλακις δὲ ἑκκαίδεκα] Haec verba omisit versio Thomae, et statim sequens δὲ post ὥσπερ. Deinceps κακόηθές τε τὸ ὄρνεον καὶ scriptum reddidit. Excerpsit Athenaeus hinc haec: Ἔστι δὲ τὸ ζῷον κακόηθες καὶ πανοῦργον, ἔτι δὲ ἀφροδισιαστικόν. Vtinam et reliqua, quibus inest difficultas non mediocris. Aelianus H. A. 10, 35. ἀθρόα δὲ καὶ πεντεκαίδεκα ᾠὰ ἀποτίκτει.

δι' ᾠδῆς καὶ μάχης] *per cantum et pugnam* Gaza vertit. δι' ὠδῖνος Thomam scriptum legisse suspicatur Camus e versione *propter partum.* Sed is praeterea ἐκκρίνεται scriptum reddidit, et sequentia vertit *coniugalis cum femella.* Albertus: *et in hyeme gregatim volat, tamen in tempore veris vna segregatur ab alia et combinantur mas et femina: et tunc pugnant pro nidis et coitu mares inter se, donec quilibet mas acceperit feminam suam, et ipsam sequitur coeundo saepius cum ipsa. Haec enim auis diligit coitum.*

Vides ᾠδῆς seu cantus mentionem omissam. Equidem tamen cantum minime mutandum h. l. censeo. Tempore enim libidinis instante mares omnes magis vocales fiunt; perdices etiam tum pugnare inter se incipiunt et feminam sibi quisque seligit vel occupat aduersario victo. Haec nimis breuiter Philosophus significauit. μετ' ᾠδῆς malebat Scaliger.

διακυλινδοῦσι] Gaza vertit *peruoluunt*. Scaliger: *prouoluta conterunt*. Albertus: *et ideo quando mas inuenit feminam super oua, coit cum ea et frangit oua, nisi femina sit sollicita circa oua cubanda; et ideo femina abscondit oua a masculo.* Antigonus l. c. διὰ δὲ τὸ εἶναι ἀφροδισιαστικοὺς, λυμαίνεσθαι τὰ ᾠὰ, ἵνα μὴ ἐπωάζῃ ἡ θήλεια· τὴν δὲ ἀντιμηχανᾶσθαι, καὶ διαδρᾶσαν τίκτειν. In nostro verba οἱ πέρδικες desunt in Med. et Ambr.

ἀποδιδράσκουσα] Athenaeus l. c. ἔτι δὲ ἀφροδισιαστικόν· διὸ καὶ τὰ ᾠὰ τῆς θηλείας συντρίβει, ἵνα ἀπολαύῃ τῶν ἀφροδισίων· ὅθεν ἡ θήλεια γιγνώσκουσα ἀποδιδράσκουσα τίκτει. Aelianus l. c. πέρδιξ δὲ ὠδῖνα ἀπολύειν μέλλων πειρᾶται λαθεῖν τὸν σύννομον, ἵνα μὴ συντρίψῃ τὰ ᾠά· λάγνος γὰρ ὢν οὐκ ἐᾷ τῇ παιδοτροφίᾳ σχολάζειν τὴν μητέρα. Plinius l. c. *illae quidem et maritos suos fallunt, quoniam intemperantia libidinis frangunt oua earum, ne incubando detineantur.* Haec vero narratio quomodo congruit cum illa superiore 6, 8. marem et feminam perdicem separatim vtrumque in nido excubare oua?

σώζηται ἄθροα, οὐκ ἔρχεται] Gaza vertit: *vt oua seruentur, nunquam ex eo, quo pepertit, loco discedit.* Is igitur οὐκ ἀπέρχεται scriptum legit; quod improbans Scaliger, quoniam mas praesens non verebitur oua frangere, vt in nido deposita frangit, corrigit antecedentia potius, et scribit: ἐὰν μὴ παρῇ ὁ ἄῤῥην. Quam equidem coniecturam probo. Itaque sequens οὐκ ἔρχεται πρὸς αὐτὰ Scaliger interpretatur: *ouis ibi positis occurrit mari atque abstrahit, neque accedit ad oua nisi capta occasione decipiendi*

ac relinquendi maris. Praeterea ἀθρόα cum Sylburgio in ἀθῷα mutandum censeo. Gaza omisit vertere. Albertus totum hoc membrum omisit.

ἀπάγει] Med. Vat. ὑπάγει habet non spernendum. Sequentia vertit Thomas: *importuna apparens homini, donec abducat.* Albertus: *circumuolat quasi non potens volare hominem illum, donec protrahat eum ab ouis, et tunc redit ad oua.* In Junt. Camot. et Vatic. est τὸν ἄνθρωπον ad sequens ἀπαγάγῃ referendum. Eaedem Edd. Junt. Camot. ὡς pro ἕως habent. Deinceps ἀποδράσῃ ἐπωάζειν Med. *cum diffugerit femina, vt incubet,* Thomas, quasi διαδράσῃ ἐπωάζειν scriptum legisset.

3. τούτους χήρους] Versio Thomae *has viduas.* Antigonus l. c. τοὺς δὲ χήρους μάχεσθαι πρὸς αὐτούς, τὸν δὲ ἡττηθέντα ἀκολουθεῖν ὀχευόμενον ὑπὸ μόνου τούτου. Aelianus 3, 16. ὅταν αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι εἶτα ἐπωάζωσιν αἱ θήλειαι, οἵδε ἐπίτηδες εἰς ὀργὴν [πρὸς deleo] ἀλλήλους ἐξάπτουσι, καὶ παίουσί τε καὶ παίονται πικρότατα· καὶ ὅγε ἡττηθεὶς ὀχεύεται ὡς ὄρνις, καὶ δρᾷ τοῦτο ἀνέδην, ἔστ' ἂν ὑφ' ἑτέρου καὶ αὐτὸς ἡττηθεὶς εἶτα εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐμπέσῃ. Athenaeus l. c. Μάχονται δὲ καὶ οἱ χῆροι αὐτῶν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὁ ἡττηθεὶς ὀχεύεται ὑπὸ τοῦ νικήσαντος. Ἀριστοτέλης δέ φησιν, ὅτι τὸν ἡττηθέντα πάντες ἐν μέρει ὀχεύουσιν. Ὀχεύουσι δὲ καὶ οἱ τιθασοὶ τοὺς ἀγρίους· ἐπειδὰν δὲ κρατηθῇ τις ὑπὸ τοῦ δευτέρου, οὗτος λάθρα ὀχεύεται ὑπὸ τοῦ κρατιστεύσαντος. γίνεται δὲ τοῦτο κατά τινα ὥραν τοῦ ἔτους, ὡς καὶ ὁ Μύνδιος φησιν Ἀλέξανδρος.

κρατηθῇ τις] Gaza vertit: *Sed si a comite principis aut quouis vulgari vincatur, clam a principe ac furto subigitur.* Omisit igitur τις et sequens οὗτος ante λάθρα, quod omittit etiam Med. Aelianus τις non legit, habet enim: ἔστ' ἂν ὑφ' ἑτέρου καὶ αὐτὸς ἡττηθεὶς etc. Is igitur scriptum videtur legisse: ἐὰν δὲ κρατηθῇ ὑπὸ (τοῦ omisso) δευτέρου ἢ ὁποιουοῦν οὗτος, λάθρα ὀχεύεται ὑπὸ τοῦ κρατιστευσαν-

τος. Sed ita non apparet ratio additi aduerbii λάθρα; nec id expressit Aelianus, qui potius in eius loco πάλιν vel simile vocabulum scriptum legisse videtur. Plinius 10. s. 51. post superiora: *Tunc inter se dimicant mares desiderio feminarum: victum aiunt venerem pati. Id quidem et coturnices Trogus et gallinaceos aliquando: perdices vero a domitis feros et nouos aut victos iniri promiscue.* Postrema duxisse videtur e sequenti loco Philosophi. Athenaeus vulgatam loci nostri scripturam habet, nihilque mutat nisi ἐὰν in ἐπειδὰν et κρατιστεύοντος in melius κρατιστεύσαντος. Verba vero illa, quibus separatim Aristotelem antestatur, aliunde duxit, aut nomen scriptoris falsum editur. Albertus vertit: *et si contingat, quod victor aliquando in pugna secunda vincatur ab eo, quem prius vicit, tunc ille, qui sustinuerat coitum, vice versa adscendit et coit cum ipso: sed hoc non semper fit, sed tantum tempore anni, quod est principium veris.* Aliam etiam Albertus scripturam secutus esse videtur, nec apparet vocabuli λαθρα vestigium. Consentit fere cum Aeliano. Scaliger vertit: *Quod si quis ab illo altero aut quouis alio superetur, is clam subigitur a superatore.* In annotatione monet, Gazam non δευτέρου, sed ἑταίρου scriptum legisse videri; ipse interpretatur: aut a secundo illo victo aut ab altero, comite illius primi victoris. Idcirco dixisse, victum primum a victore primo solo pati: alium postea victum a victo clam, non autem publice. Igitur in Gazae versione scribendum censet: *clam principe subigitur,* a secundo nempe victore. Equidem haereo dubius de vulgari lectione, quam equidem non intelligo. Camus vertit: *mais il est le seul que souffre le vaincu: et si ce dernier ou quelque autre qui accompagne le vainqueur, l'emporte lui-même dans le combat sur un troisieme, il le coche, sans être vû.* Scaligeri annotatio extrema coniecturam quandam meam prouocauit, annon vulgata scriptura ita distinctione possit iuuari et illustrari, vt scribamus: ἐὰν δὲ κρατηθῇ τις, ὑπὸ του δευτέρου ἢ ὁποι-

ουοῦν οὗτος λάθρα ὀχεύεται τοῦ κρατιστεύσαντος, omissa praepositione *ὑπό*. Ita significatur, victum a victore primo et publice iniri; a ceteris deinceps clam victore. Ita demum apparet, vnde Athenaeus duxerit verba: *ὅτι τὸν ἡττηθέντα πάντες ἐν μέρει ὀχεύουσιν*. Denique sequens *τοῦτο* ante *οὐκ ἀεὶ* omisit versio Thomae.

ἐν — τοῖς ἱεροῖς] Mire Albertus haec vertit: *Galli etiam faciunt hoc in locis, vt dicitur, qui sunt in regione, quam vocant leylychynie. In locis enim illis omnes galli iuuenes non vetusti appropinquant sibi et pugnant, et victor nititur coire cum victo, quoniam sunt sine gallinis.* Suspicor, nomen alicuius dei, velut Aesculapii, vocabulo *ἱεροῖς* additum fuisse in libro, quod Arabicus interpres corruperit. *εὐλόγως* Gaza vertit *non temere*. Scaliger *sane*, et in annotatione aduerbium hoc conuenire rei negat. *Quae enim*, inquit, *ratio haec aut a lege, aut a fine bono naturae?* Credo equidem, referri ad verba illa *ὅπου ἄνευ θηλειῶν ἀνάκεινται*. Mnaseas apud Aelianum 17, 46. H. A. refert, circa templa Herculis et Hebae separatim consecratos fuisse gallos, Hebae vero gallinas. Sed idem h. l. expressit 4, 16. *ἀλεκτρυόνες ἐν ἀγέλῃ οὔσης θηλειῶν ἀπορίας τον νέηλυν ἀναβαίνουσι παντες. Καὶ οἱ τιθασοὶ δὲ πέρδικες τον ἥκοντα πρῶτον καὶ οὔπω πεπραϋσμένον τα αὐτὰ δρῶσιν.*

ἐπικορίζουσι] Gaza vertit *spernunt contumelioseque tractant*. Thomas: *molestant et iniuriam inferunt*. Bochart Hieroz. Part. II. libri I. c. 13. malebat *ἐπικορρίζουσι*, quoniam *ἐπὶ κόῤῥης παίειν* graece dicitur. Vnde Hesychio *ἐπικόῤῥιστος* est *κατακονδυλιστός*. Eidem *ἀνεπικόῤῥητος* est *ἀνύβριστος*. Obtemperaui igitur Bocharto.

4. *ἀντάσας ὡς μαχούμενος*] Vulgatum *ἀντιάσας*, omissum in Ambr., correxi ex Aeliano H. A. 4, 16. cuius locum ex hoc nostro vel simillimo expressum totum ponam: *Ἀμειβόμενοι δὲ οἱ πέρδικες τοὺς τρέφοντας καὶ αὐτοὶ πελεύουσι τοὺς ἀφέτους καὶ ἀγρίους κατα τὰς περιστερὰς δρῶντες καὶ οὗτοι. Προσάγεται δ' ἄρα ὁ πέρδιξ, καὶ σει-*

ῥῆνας εἰς τὸ ἐφολκὸν προτείνει τῶν ἄλλων τὸν τρόπον τοῦτον. Κατῆκεν ᾄδων ὁ πρῶτος, καὶ ἔστιν οἱ τὸ μέλος προκλητικὸν, εἰς μάχην ὑποθήγον τὸν ἄγριον· ἐστήκει δ' ὁ λοχῶν πρὸς τῇ πάγῃ. Ο δη τῶν ἀγρίων κορυφαῖος αντια ας πρὸ τῆς ἀγέλης ὡς μαχούμενος ἔρχεται· ὁ τοίνυν τιθασσὸς ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ, δεδιέναι σκηπτόμενος· ὁ δ' επειτα γαῦρος, ὡς οἷα δήπου κρατῶν ἤδη, καὶ ἑάλωκεν ἐνσχεθεὶς τῇ πάγῃ. Καὶ ἐὰν μὲν ἡ ἄῤῥην ὁ τοῖς θηράτροις παραμένων etc. In nostro loco vulgatum ἀντιάσας otiosum est, posteaquam ὠθεῖται ἐπὶ τὸν θηρευτὴν πέρδικα ὡς μαχούμενος praecesserat, modus vero aucupii plane tacetur, qui verbo ἀντᾴσας planissime enarratur. Mas cantillans cicur prouocat ad pugnam ferum gregem, et singulos ad dolum illectos in potestatem venatoris redigit. Pluries in hoc ipso loco verbum ἀντιάζειν corruptum et vel a Plinio vel a Thoma in ἀντᾴδειν mutatum reperiemus. Quod attinet ad πηκτάς, vides Aelianum πάγην et θήρατρα interpretatum esse; Gaza *compagem* vertit, Scaliger *caueam vimineam*, cum quo sentit Bochartus Hierozoici Tom. II. p. 90. qui alio nomine καρτάλλους et κλωβοὺς vocatas fuisse putat. In loco Aristophanis Auium versu 528 πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς ἵστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους, ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς. Suidas πηκτὰς interpretatur ὄργανον θηρευτικὸν, Scholiastes graecus εἶδος δικτύου. Auctor Ixeuticorum 3, 7. οἱ πέρδικες θηρῶνται λίνοις τε καὶ πηκτίσιν ἢ φωνῇ πέρδικος ἢ παροξυνθέντες ἐς μάχην ἢ ἐλάφου δορᾷ. Sed modum capturae non explicuit. νευροτενεῖς παγίδας habet Epigramma Antipatri Sidonii XVII. 2. quas nomine πάγης accuratissime descripsit auctor Ixeuticorum 3, 13. Albertus *caueam* interpretatus est, quam interpretationem et ipse cum Bocharto probo, et intelligo κλωβὸν, qualem ad capiendos αἰγίθους, inclusa aue antea instituta ad dolum, descripsit auctor Ixeuticorum 3, 14.

τουτου δὲ ἀλόντος] Versio Thomae τουτου δ' ᾄδοντος scriptum reddidit: *hoc autem cantante*. Albertus totum

locum ita vertit: *Adhuc autem cubeth agrestis coit, cum domesticus coit cum agresti, et vociferatur ad eum et cognoscit eum: et ideo venatores volentes capere cubeth incarcerant in cauea feminam, et habeat cauea maculas, per quas videntur a mare: et habet receptaculum, in quod potest intrare in vna parte: et tunc cubeth mas agrestis intrat ad eam et capitur: et aliquando intrant plures per hunc modum. Sed haec auis habet hoc, quod habet rectorem, qui antecedit: sicut et facit grex perdicum: et cum ille intrat primus, tum post eum intrant alii. Aliquando autem videns feminam, vadit ad eam cum silentio* etc. Athenaeus ex h. l. retulit *ἐπὶ δὲ τὸν θηρεύοντα — ὠθεῖται ὁ τῶν ἀγρίων ἡγεμὼν μαχόμενος· ἁλόντος δὲ τούτου, ἕτερος ἔρχεται μαχούμενος· καὶ ὁπόταν μὲν ἄῤῥην ᾖ θηρεύων, τοῦτο ποιεῖ.*

ἐὰν μὲν οὖν ἄῤῥην — ποιοῦσιν] Nescio quo auctore subito Aelianus mutarit, ita tradens: *Καὶ ἐὰν μὲν ᾖ ἄῤῥην ὁ τοῖς θηράτροις παραμένων, πειρῶνται ἐπικουρεῖν οἱ σύννομοι τῷ ἑαλωκότι· ἐὰν δ' ᾖ θῆλυς, παίουσι τὸν ἐνσχεθέντα ἄλλος ἀλλαχόθεν, ὡς διὰ τὴν λαγνείαν εἰς δουλείαν ἐμπεσόντα.* Scilicet is verba Philosophi plane confudisse videtur et ad aliena transtulisse, seu quis alius Aeliano notitiae fuit auctor et fundus.

ἐὰν δὲ θήλεια — ἀντᾴσῃ δὲ ὁ ἡγεμὼν] Vulgatum *ἀντιάσῃ* correxi ex versione Thomae, vbi est: *contra cantabit dux ipsi, alii autem congregati.* Scriptum igitur legit: *ἀντᾴσει ὁ ἡγεμὼν αὐτῇ, οἱ δ' ἄλλοι ἀθροισθέντες.* Athenaeus: *ὅταν δὲ θήλεια ᾖ ἡ θηρεύουσα, ᾄδει, ἕως ἂν ἀπαντήσῃ ὁ ἡγεμὼν αὐτῇ· καὶ οἱ ἄλλοι ἀθροισθέντες ἀποδιώκουσιν ἀπὸ τῆς θηλείας, ὅτι ἐκείνῃ, ἀλλ' οὐχ ἑαυτοῖς προσέχει· ὅθεν πολλάκις διὰ ταῦτα σιγῇ προσέρχεται, ὅπως μὴ ἄλλος ἀκούσας τῆς φωνῆς ἔλθῃ μαχούμενος αὐτῷ· ἐνίοτε δὲ ἡ θήλεια τὸν ἄῤῥενα προσιόντα κατασιγάζει.* vbi antea legebatur *ἕως ἂν ἀπατηθῇ ὁ ἡγεμὼν αὐτῆς.* Laudo consilium Editoris, qui ex Philosopho reposuit contra fi-

dem librorum scriptorum, quod poterat intelligi; sed ex vitiosis non poterat vir doctus corrigere mendosum locum. Scribendum erat *ἕως ἂν ἀντᾴσῃ*. Aelianus post superiora addit: *Καὶ ἐκεῖνο δὲ οὐ παρήσω, ἐπεὶ καὶ ἄξιον ἀκοῦσαι αὐτό. Ἐὰν ᾖ θῆλυς ὁ παλεύων, ἵνα μὴ ἐμπέσῃ ὁ ἄῤῥην, αἱ ἔξω θήλειαι μέλος ἀντῳδὸν ἠχοῦσι, καὶ ῥύονται τὸν ἐμπεσούμενον εἰς τὴν πάγην, ταῖς συννόμοις καὶ πλείοσιν ἀσμένως συνδραμόντα.* quae sunt ducta ex male intellecto loco Aristotelis, in quo reddendo aberrauit etiam Athenaeus in verbis extremis supra positis.

οὐκ αὐτοῖς προσέρχεται] Athenaei *προσέχει* nostro loco restitutum voluit Schweighaeuser, cuius opinioni et ipse accedo. Ita statim, vbi in nostro est *τῇ θηρευούσῃ θηλείᾳ προσέχοντα τὸν ἄῤῥενα*, Athenaeus *προσερχόμενον* habet. Plinius pauca haec excerpsit: *Capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis, contra aucupis indicem exeunte in praelium duce totius gregis. Capto eo procedit alter, ac subinde singuli. Rursus circa conceptum feminae capiuntur, contra aucupum feminam exeuntes, vt rixando abigant eam.* quo in loco, etiamsi Pintiani emendationem admiseris: *Rursus circa concentum feminae, capiuntur feminae, contra aucupem exeuntes, vt rixando abigant eum,* Plinius tamen vel erroris vel obscuritatis crimine vix poterit absolui. Albertus post superiora haec tantum reddidit: *Aliquando autem videns feminam vadit ad eam cum silentio, ne alii audiant, vt solus coeat cum ipsa, et tum aliquando solus capitur.* Denique in loco nostro *μαχούμενος* debetur Sylburgii coniecturae, quam vulgato *μαχόμενος* substituerunt recentiores Editores.

τριγμὸν] Quae sint *ἄλλαι φωναὶ*, ex superioribus patet, vbi *κακαβάζειν* et *τιτυβίζειν* perdices narrauit, vt monuit Scaliger, qui *trigmum* retinere quam *stridorem* cum Gaza dicere maluit.

5. *ἀνίσταται*] Athenaeus l. c. *πολλάκις τε ἐπῳάζουσα ἐξίσταται, ὅταν προσερχόμενον ἐπαισθάνηται τὸν ἄῤῥενα*

τῇ θηρευούσῃ, ὑπομένει τε ὀχευθῆναι, ἵνα αὐτὸν ἀποσπάσῃ τῆς θηρευούσης. Male Camus deinceps ex Med. et Ambr. *ἀποσπασθῇ* recepit. Contra *αὐτὸν* ex Athenaeo recipiendum aut intelligendum est. Plinius l. c. *Adoque vincit libido etiam fetus caritatem, vt illa furtim et in occulto incubans, cum sensit feminam aucupis accedentem ad marem, recanat reuocetque et vltro praebeat se libidini.* vbi scribendum esse *ad feminam aucupis accedentem marem*, monentibus aliis non paruit ineptus Harduinus. Sed praeterea Plinius in loco nostro pro vulgato *ἀντιάσασα* scriptum legit et interpretatus est *ἀντᾴσασα recanat reuocetque*, quod tamen recipere dubitaui, cum vulgata scriptura satis commodum sensum exhibeat. Albertus: *Similiter autem femina agrestis cubans oua, audiens venientem marem, occurrit ei recedens ab ouis et sustinet coitum eius, ne frangat oua, et hoc idem facit femina pauonis et femina ortigometrarum.*

Οὕτω δὲ σφόδρα καὶ οἱ πέρδικες καὶ οἱ ὄρτυγες ἐπτόηνται περὶ τὴν ὀχείαν, ὥστ'] Haec verba exciderunt in Laemariana Editione, quae Athenaeus ita reddidit: *Ἐπὶ τοσοῦτον δ' ἐπτόηνται περὶ τὴν ὀχείαν οἱ πέρδικες καὶ οἱ ὄρτυγες, ὡς εἰς τοὺς θηρεύοντας ἐμπίπτειν, καθίζοντας ἐπὶ τῶν κεράμων.* Plinius post superiora: *Rabie quidem tanta feruntur, vt in capite aucupantium saepe caecae metu sedeant.* vbi de voce *metu* merito dubitauit Harduinus. Sed maiorem dubitationem habet Athenaei scriptura *ἐπὶ τῶν κεράμων*, quae vnde prognata sit, diuinando non potui assequi. Albertus ita: *In tantum enim istae aues diligunt feminas, quod aliquando absortae* (*absorptae?*) *deliciis cadunt in manus venatorum, quando sunt cum feminis in coitu.* Addo versionem Thomae: *Sic autem vehementer et perdices et coturnices ardentes sunt circa coitum, vt in venantes incidant — descendant in capita.*

CAPVT X. (vulgo adhuc VIII. et IX.)

[καὶ θήραν]] Haec verba seclusi, omissa in Med. versione Thomae et Gazae. Albertus: *Haec enim accidunt cubeth et dictis auibus post coitum, et tales sunt mores earum in coeundo et fouendo et ouando et pullificando.* Deinceps τῶν μὴ πτητικῶν reddiderunt versiones Gazae, Thomae, Scoti et Scaligeri, quanquam in annotatione dubitat Scaliger de negatione addita: *Nam,* inquit, *quaedam volaces, vt alauda, in terra nidificant.* De Scoti versione affirmanti credere oportet Camo. Albertus autem ita: *Nidi enim arroez et anatis et anseris et gruis et huiusmodi generum auium male volantium nidi sunt in terra. Non autem solum auium male volantium nidi sunt in terra, sed etiam quarundam, quae sunt boni volatus.* Atque omnino vulgata scriptura tentanda non videtur esse. Cum enim perdices et coturnices et galli, de quibus hucusque sermo fuit, sint ex genere auium grauium et μὴ πτητικῶν, inepte sane philosophus subiiceret, non solum has in terra nidificare, sed etiam *aliquas ceterarum auium grauium et minus volatu valentium.* Merito tamen miretur quis, inter aues τοιαύτας, id est πτητικάς, nominari post alaudam et scolopacem etiam coturnicem, quae potius ad graues et μὴ πτητικὰς pertinet, quanquam etiam ea nunquam arboribus insideat.

ἔτι δὲ τῶν τοιούτων] Nempe τῶν πτητικῶν. Deinceps κόρυδνος hic etiam Medic. habet. Pro scolopace in versione Thomae est *scorax.* Albertus ita: *et hac de causa aues, quae graece dicuntur kocoroz et scolopozoz et artogoz, non nidificant neque stant cum pullis suis super arbores, sed super terram.* Alauda Graecis hodie Cretensibus teste Belonio Observ. 1, 11. audit χαμοχίλαδι ab habitatione et victu humili. Perdicem autem graecam vel rubram, de qua Aristoteles vbique loqui intelligendus est, arboribus insidere, non solum Ouidii narratio in Metamorphosium libro testatur, sed Itineraria etiam virorum doctorum, qui his rebus

animum attentum habuerunt. Nostras enim perdices vel griseas nemo vnquam arboribus insidentes viderit.

2. δρυοκολάπτης] Versio Thomae *drykolaptis* habet, sed paulo postea *dryocolaptorum*. De notione vocabuli σκνιπῶν dictum ad 4, 8, 15. *culices* vertit Gaza et Scaliger. Deinceps πλατεῖαν Albertus linguam *longam et latam* interpretatur, et δρυοκολάπτης ita reddit: *aues, quae vocantur durae et kolokytes, quae sunt apud nos sicut picus et merobs et huiusmodi aues.* At picorum genus latam linguam non habet, sed potius longam et miram in longitudinem peculiari structura musculorum extendendam, nisi forte linguae formam spectauit Philosophus, dum contracta et veluti collecta maior et latior in gutture intus apparet. Ceterum in Vatic. haec breuiora leguntur ita: κόπτει δὲ τὰς δρῦς ὁ δρυοκολάπτης τῶν σκωλήκων etc. In Reg. et Ambr. lacuna est.

καὶ ὕπτιος] *resupinus* Gazae, *supinus* Scaligero. Auctor Mirabilium cap. 12. τὸν δρυοκολάπτην τὸ ὄρνεον ἐπὶ τῶν δένδρων βαδίζειν φασὶν, ὥσπερ τοὺς ἀσκαλαβώτας καὶ ὕπτιον καὶ ἐπὶ τὴν γαστέρα. νέμεσθαι δὲ λέγεται καὶ τοὺς ἐκ τῶν δένδρων σκώληκας, καὶ οὕτως σφόδρα κατὰ βάθους ὀρύττειν τὰ δένδρα ζητοῦντα τοὺς σκώληκας, ὥστε καὶ καταβάλλειν αὐτά. Inepte is de suo addidit καὶ ἐπὶ τὴν γαστέρα, quasi picus non semper super ventrem ingrediatur, sed interdum ventrem aëri, dorsum arbori aduertat. Plinius 10. s. 20. *Sunt et paruae aues vncorum vnguium, vt pici, Martio cognomine insignes et in auspicatu magni. Quo in genere arborum cauatores scandentes in subreptum felium modo: illi vero et supini, percussi corticis sono pabulum subesse intelligunt.*

βελτίους τῶν κολοιῶν, πεφυκότας] Gaza *commodiores* vertit, Scaliger *firmiores*; πεφυκότας, a natura comparatos, abundare censebat, referebat tamen ad verba πρὸς ἀσφάλειαν. Equidem βέλτιον πεφυκότας scribendum censeo. ἐφεδρείαν Gaza *reptationem arborum* vertit, Scaliger *qui-*

bus tutius in arboribus insistat. Albertus: *scansionis et transitus per arbores.* Deinde κολοιῶν *monedularum* vertit Gaza, *gracculorum* Scaliger, *kolois* Thomas. *habent vngues fortiores et acutiores, quam sunt vngues taleonum, quae est auis terrestris,* Albertus. Dubitatio superest, quidnam Philosophus ex omni auium classe κολοιοὺς comparet cum δρυοκολάπτῃ, quasi hic praecipue arboribus insideat ibique habitet, vt δρυοκολάπτης; quod tamen non facit; terrestris enim potius auis est, quanquam etiam in arboribus residere soleat. Sed vnguibus non vtitur ad reptandum, sed iis ramusculos in considendo amplectitur, vt reliquae aues. Quod si κολιῶν scribere velis et pici aliquam speciem interpretari, tum etiam δρυοκολάπτης erit intelligendus de peculiari specie aliqua picorum.

τῶν δρυοκολαπτῶν ἓν] Gaza vertit: *Sunt pici martii cognomine tria genera.* Male abusus est *Martii* cognomine, quippe quod speciem peculiarem significat, recte monente Scaligero. Martio enim natura *cirrhos dedit et grui Balearicae,* teste Plinio 11. s. 45. Supra 8, 5, 4. dixit Philosophus: ἄλλα δ' ἐστὶ σκνιποφάγα — οἷον πιπὼ ἥ τε μείζων καὶ ἡ ἐλάττων· καλοῦσι δέ τινες ἀμφότερα ταῦτα δρυοκολάπτας. Hoc vero in loco genericum nomen videtur esse δρυοκολάπτης, cuius species plures enumerat. Ita de Partibus 3, 1. τοῖς δρυοκόποις ἰσχυρὸν τὸ ῥύγχος καὶ πάνυ σκληρόν. Aristophanes Auium versu 580. δρυκολάπτην nominat tanquam auem rostro magno et forti armatam. Idem versu 979. δρυκολάπτης sine nota vlla nominatur. Picentinorum ducem vbi Strabo 5. p. 240. (182. Siebenk.) memorat δρυκολάπτην, addit: πῖκον γὰρ τὸν ὄρνιν τοῦτον ὀνομάζουσι καὶ νομίζουσιν Ἄρεως ἱερόν. Itaque δρυκολάπτην Picum Martium interpretatur. Hesychio καλοτύπος est ὁ δρυοκολάπτης. Eidem κραυγὸς, δρυοκολάπτου εἶδος, ab insigni scilicet clamore, quo siluae late personant. Aelianus H. A. 1, 45. δρυοκολάπτῃ tribuit ῥάμφος ἐπίκυρτον, *gibbum et eminens rostrum,* vt versio habet.

ὑπέρυθρα μικρά] Gaza: *cui rubidae aliquid plumae inest.* Scaliger vertit *cum maculis subrubris pusillis.* Is in annotatione censet, intelligi subluteum, subcinereum, quem infra Philosophus cap. 21. vocet cyanon, scandentem muros atque araneolos depascentem. Picum murarium vocare Taurinos. Sed in cyano comparando plane a vero aberravit vir egregius. Certhia enim muraria, quam Scaliger dicit, nec cum pico Aristotelis hoc, nec cum cyano vel magnitudine vel moribus conuenit. Addit idem post tertium genus haec: *Picus vero paruus et minor merula pedibus luteis, colore cetero viridi, pectore tamen albo, etiam eodem modo, quo picus, scandit arbores. Obseruat, vbi picus excauauit, ad ostiolum, vbi ascendit, congerit lutum, vt ostium angustius efficiat: tum ibi se condit. Ita aiunt rustici. — Hos igitur ab opere bardissonos vocant quidam Vascones, quia lutarios parietes bardissum dicunt; alii etiam tapissonos, quia tapiam idem opus appellant. Est in eodem genere et alia species longe minor, dorso nigriore. Eae excauant in arboribus, vt nidificent; sed non extruunt lutum, Scaletam vocant, quia non volatu scandunt, sed repant lacertarum more. Itaque male fecit Theodorus* (Gaza), *cum genus totum sub Martii cognomine insigniuit. Namque solius speciei est, vt apud Plinium libro X.* Quae de foramine luto obstructo narrat Scaliger, eadem vulgo narrantur de Sitta europaea Linnaei. Albertus hic omnia miscuit, vt, quid scriptum legerit Scotus, agnoscere nemo possit: *Inuenitur autem vnum genus dura siue pici, quod vocatur koduron graece, quod quidam vocant kafrahros cyboleth, sub quo et comprehenditur aliud genus, quod vocatur ruboz, quod visibiliter perforat ligna: et haec sunt apud nos tria genera picorum variorum maiora et minora: et aliud genus pici maius isto, quod apud nos Motol vocatur, et hoc efficacius est in perforando, cuius garritum et volatum obseruant augures. Tertium autem est apud nos nigrum maius omnibus praedictis, quod est modicum minus,*

quam gallina, et haec species nidificat super arbores et praecipue super oliuas in terris, vbi crescunt oliuae. In terris autem nostris omnia haec genera nidificant in arborum concauitatibus.

μεῖζον ἢ κόττυφος] Hoc alterum genus Scaliger ausus est definire ex sola magnitudinis nota. Putat enim esse insignem rubra torque, quem Martium Latini vocent, Taurini vero *viridarium*. Martium marem caput insigne diademate habere, feminam dilutiore. Tertium genus putat esse auem, quam Tusci *ghiandaia*, Galli *geay* vocant. Quae equidem omnia falsa coniectura niti censeo.

ἐπὶ τῶν δένδρων] Gaza vertit *nidulatur, vt dictum est, in arboribus cum aliis tum oleis.* Thomas etiam *in arboribus* vertit. Albertus tamen *super arbores et praecipue super oliuas.* Equidem Gazae et Thomae scripturam *ἐν τοῖς δένδρεσιν* praefero, propter sequentia *ἐν ἄλλοις τε καὶ ἐν ἐλαίαις*, vbi verba *τῶν δένδρων* abundare censeo. Nisi additum impediret *ὥσπερ εἴρηται*, prius illud *ἐπὶ τῶν δένδρων* tollendum putarem; sed sententia generalis ibi verba ista vel potius *ἐν τοῖς δένδρεσι* postulat. Nidulatur autem picorum genus totum semper in arboribus cauis, nunquam super ramis nidum construit, vt ad h. l. iam olim monuit C. Gesner.

βόσκεται] Thomas vertens *depascitur* videtur *καταβόσκεται* scriptum legisse. Deinceps Edd. veteres, excepta Camotiana, Med. V. A. habet *κατήσθιε τὸ μαλακόν. et comedit quod molle* Thomas vertit, *nucleum edit* Gaza et Albertus. Hic addit: *et hoc saepius experti sumus in ponendo nucem amigdali in foramine, quod fecit; rediit enim et perforauit eam nobis videntibus, et confregit cito et comedit nucleum, cum tamen non quaerat nuces amigdali in cibum; sed cum obstruitur foramen, quod fecit, redit et in auiditate quaerendi vermes deuorat nucleum amigdali et sub ipso quaerit vermes.* Jouis glandibus pullos pici martii seu nigri aliquamdiu sustineri annotauit

Bechstein qui coniicit inde, etiam parentes reliquorum picorum instar nucibus ali.

CAPVT XI. (vulgo X.)

νέφη καὶ χειμέρια] Ex vno Ambr. Camus *νέφη χειμέρια* omissa copula dedit. *Nubes tempestatemque* Gaza vertit. Albertus: *si obuia habent nebulas vel nubes obscuras et pluuias impedientes.* Antigonus cap. 46. *τὰς δὲ γεράνους ἐς ὕψος πέτεσθαι, ἵνα καθορῶσι μακράν· κἂν ἴδωσι νέφη καὶ συστροφήν, ἡσυχάζειν· ἔχειν δὲ καὶ ἡγεμόνα. Τὰς μὲν οὖν ἄλλας καθεύδειν ὑπὸ τὴν πτέρυγα τὰς κεφαλὰς θείσας, τὸν δὲ ἡγεμόνα γυμνὴν ἔχειν προορώμενον· κἂν αἴσθηται, σημαίνειν ταῖς ἄλλαις βοῶντα.* Vnde apparet ratio, cur vulgatam scripturam non mutauerim. Idem Camus *κατακουεσθαι* ex V. R. A. vulgato *ἀκούεσθαι* substituit. Deinceps *ὅταν αἴσθηταί τι, σημαίνει βοῶν* Gaza vertit: *et quod senserit, voce significat*, quasi ὅ τι ἂν scriptum legisset. Thomas: *prouidens sentit, quod significat clamans.* Hic igitur *προορῶν αἰσθάνεται, ὃ σημαίνει βοῶν*, scriptum legit.

καταπτᾶσαι ἡσυχάζουσι] Gaza: *conferunt se in terram et humi quiescunt.* Aelianus 7, 7. H. A. ex Aristotele posuit haec: *ὅτι γέρανοι ἐκ τοῦ πελάγους εἰς τὴν γῆν πετόμεναι χειμῶνος ἀπειλὴν ἰσχυρὰν ὑποσημαίνουσι τῷ συνιέντι· πετόμεναι δὲ ἄρα ἡσυχῇ αἱ αὐταὶ ὑπισχνοῦνται εὐημερίας τινὰς καὶ εἰρήνην ἀέρος. — ἐὰν δὲ καταπέτωνται καὶ βοῶσι καὶ ταράττωσί τε καὶ ταράττωνται, ἀπειλοῦσι κἀνταῦθα χειμῶνα ἰσχυρόν.* Idem repetit 3, 14. *κυβερνήτης ἰδὼν ἐν μέσῳ πελάγει γεράνους ὑποστρεφούσας καὶ τὴν ἔμπαλιν πετομένας, συνεῖδε δι' ἐναντίου προσβολὴν πνεύματος ἐκείνας ἀποστῆναι τοῦ πρόσω.* Idem 1, 44. *τῶν γεράνων αἱ κλαγγαὶ καλοῦσιν ὄμβρους.* Propius ad Aristotelis obseruationem accedit Aratus Dios. 299. *οὐδ' ὑψοῦ γεράνων στίχες αὐτὰ κέλευθα τείνονται, στροφάδες δὲ παλιμπετὲς ἀπονέονται.* vbi diuersam lectionem et quidem

meliorem secutus Scholiastes *γέρανοι μὴ εὐθυπορῆσαι ἱπτάμεναι* interpretatur. et paulo postea: *καὶ γέρανοι μὴ διαιρούμεναι εἰς ὕψος μηδ' ἐπ' εὐθείας ποιούμεναι τὴν πτῆσιν.* Legit igitur scriptum *εὐθυκέλευθοι.* Alter vero vulgatum interpretatur *τὰς αὐτὰς ὁδοὺς τείνουσαι.* Auienus in versione versu 442. dubium quam lectionem secutus sit. Habet enim: *si Threiciae per aperta sponte grues trepidant, nec se audacius aethrae committant pinnis vt longos saepe volatus formauere super.* Vulgatam tamen scripturam defendere licet ex contrario signo serenitatis versu 279. edito, cum grues *ἀσφαλέως τανύσαιεν ἕνα δρόμον ἤλιθα πᾶσαι.* Potes enim *αὐτὰ κέλευθα* interpretari *ἕνα δρόμον.*

ἐπὶ ἑνὸς ποδὸς ἐναλλάξ] Gaza vertit: *alternis pedibus insistentes.* Rectius Scaliger: *vno in pede stantes per vices.* Albertus vocem *ἐναλλάξ* non expressit: *et dormiunt continue stantes super vnum pedem, vt alte requiescat.* Plinius 10. s. 30. *Quando proficiscantur, consentiunt: volant ad prospiciendum alte: ducem, quem sequantur, eligunt · in extremo agmine per vices qui acclament, dispositos habent, et qui gregem voce contineat. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno et decidens indiligentiam coarguat. Ceterae dormiunt capite subter alam condito, alternis pedibus insistentes. Dux erecto prouidet collo ac praedicit.* Admiscuit Plinius aliunde lapilli mentionem, quem etiam narrauit Plutarchus de Solertia cap. 10. p. 158. atque Aelianus H. A. 3, 13. Ipse tamen Philosophus 8, 12. falsum esse ait, quod de lapide narratum audiuerat. Fridericus II. de Arte venandi p. 25. cap. 21. extremo: *Non est ergo,* inquit, *vero simile, quod scribitur ab Aristotele, quod vna semper sit dux aliarum, nam si esset hoc verum, non permutaretur dux, sed semper duceret.* Credo imperatorem versione Scoti falsum haec scripsisse. Sed ecce Cicero de N. Deor. 2, 49. *Illud vero ab Aristotele animaduersum, a quo pleraque, quis potest non mirari? Grues cum loca calidiora*

petentes maria transmittant, trianguli efficere formam: eius autem summo angulo aer ab iis aduersus pellitur: deinde sensim ab vtroque latere, tanquam remis, ita pennis cursus auium leuatur. Basis autem trianguli, quam grues efficiunt, ea tanquam a puppi ventis adiuuatur. haeque in tergo praeuolantium colla et capita reponunt; quod quia dux ipse facere non potest, quia non habet, vbi nitatur, reuolat, vt ipse quoque quiescat. In eius locum succedit ex iis, quae acquierunt: eaque vicissitudo in omni cursu con.r.atur. Testem alium locupletem narrationis Aristoteleae laudare non possum. Sed Plutarchus l. c. narrationem ita variauit, vt formam trianguli volatui gruum tribuat certo quodam tempore, *ὅταν ᾖ πνεῦμα πολυ καὶ τραχὺς ἀήρ.* Nam coelo sereno et aere tranquillo (*εὐδίας οὔσης*) proficisci *μετωπηδὸν ἢ κύκλῳ μηνοειδοῦς περιφερείας.* Contra Aelianus l. c. hanc postremam volatus figuram tribuit gruibus aquilam timentibus et defendentibus se: *ὅταν δὲ προσφερόμενον ἀετὸν αἱ γέρανοι θεάσωνται, γενόμεναι κύκλος καὶ κολπωσάμεναι* (*καὶ* addo) *μηνοειδὲς τὸ μέσον ἀποφήνασαι, ἀπειλοῦσιν ὡς ἀντιταξόμεναι.* Plinius hanc ipsam narrationem transtulit alio 10. s. 32. *Simili,* inquit, *ratione anseres quoque et olores commeant: sed horum volatus cernitur: liburnicarum modo rostrato impetu feruntur, facilius ita findentes aera, quam si recta fronte impellerent, a tergo sensim dilatante se cuneo porrigitur agmen largeque impellenti praebetur aurae. Colla imponunt praecedentibus: fessos duces ad terga recipiunt.* Albertus quaedam in vertendo hoc loco obscurauit, quae annotabo. Primum postremas *ἐπισυριττούσας* ita memorauit: *et quae magis regit alias posteriorat se, vt facilius ab omnibus postremis audiatur.* Deinde verba *ὅταν καθίζωνται* vertit: *et quando cadunt lassatae super terram, rector non dormit cooperto capite sub alis — sed potius dormit detecto capite et erecto, vt facilius audiat insidiantes.*

πελεκᾶνες] Versio Thomae *pellicani* habet. Sequentia

οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς inepte vertit Gaza *Platea fluuiatilis:* nec melius Scaliger *Plateae, quae in fluuiis degunt,* quasi sint et plateae terrestres. In annotatione censet intelligi onocrotalum eum, quem Italcrum nonnulli *tarabusum* vocent. Aristoteles addidit *οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς*, quod etiam terrestres *πελεκᾶνες* erant et appellabantur, pici nempe genus, vt ad Aeliani H. A. 3, 20. demonstraui. Hesychius: *Πελεκᾶν, ὄρνεον τὸ κολάπτον καὶ τρυποῦν τὰ δένδρα.* Aristophanes Auium versu 884. iuxta nominat *πελεκᾶντα καὶ πελεκῖνον* sine vlla morum nota. Sed ex versu 1155. *ὄρνιθες ἦσαν τέκτονες σοφώτατοι πελεκᾶντες, οἳ τοῖς ῥύγχεσιν ἀπεπελέκησαν τὰς πύλας,* clarissimum fit, picos intelligi, a caedendis lignis rostro in securis modum constructo. Mirum, vnde possessione nominis antiqui pici exciderint recentiore aetate, et onocrotalorum genus id occupauerit. Auctor Ixeuticorum, Dionysius, 2, 6. eadem quae noster narrauit de auibus, quas *πελεκίνους* nominat, simul gulam propendentem auis cum ratione piscandi describens. Aelianus H. A. 3, 20. nostri verba ita repetiit: *οἱ πελεκᾶνες* (*οἱ* ex Apostolio XV, 93. restituo) *ἐν τοῖς ποταμοῖς κόγχας περιχαίνοντες εἶτα καταπίνουσιν, ἔνδον δὲ καὶ ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάλψαντες ἀνεμοῦσιν· καὶ τὰ μὲν ὄστρακια ἐκ τῆς ἀλέας διέστη ὥσπεροῦν τῶν ἑφθῶν, οἱ δὲ ἐξορύττουσιν τὰ κρέα καὶ ἔχουσι δεῖπνον.* vbi culpam in verbis *ἐν μυχῷ τῆς γαστρὸς* admissam, quem sacco gulari propendenti substituit male, redemit quasi, cum verbo *πέψωσιν* interpretaretur *ὑποθάλψωσι.* Gaza graeca vertit: *quas vbi sua ingluuie coxerit, euomit.* Scaliger vero: *quas cum receperint eum in locum, cui ventriculus subest.* In annotatione *ἄκυρον* dictionis animaduertit; esse enim potius *πέμψωσιν εἰς τὸν τόπον.* Male igitur *πέμψωσι* scriptum aut legit aut voluit. Sane eandem scripturam expressisse videtur Auctor *Θαυμασ. ἀκουσμάτων*, cum c. 13. ista scriberet: *Φασὶ τοὺς πελεκᾶνας τὰς ἐν τοῖς ποταμοῖς γενομένας κόγχας*

ὀρύττοντας κατεσθίειν, ἔπειτα, ὅταν πλῆθος εἰσφρήσωσιν αὐτῶν, ἐξεμεῖν· εἶθ' οὕτως τὰ μὲν κρέα ἐσθίειν τῶν κογχῶν, τῶν δ' ὀστράκων μὴ ἀπτεσθαι. Sed is praeterea verba de auibus οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι ad conchas transtulit, quasi in Philosopho scriptum τὰς ἐν τοῖς ποταμοῖς γιγνομένας κόγχας, τὰς μεγαλας καὶ λείας καταπίνουσι legisset. Sed vulgatum praeter Aelianum tuetur etiam Antigonus c. 47. vbi haec extant excerpta ex h. l. τους δὲ πελεκᾶνας τὰς θηλείας κόγχας καταπίνειν ἱστορεῖ· ἔπειτα ὀλίγον κατασχόντας ἐν τῷ ἄνω τῆς κοιλίας, ἐξεμεῖν κεχηνυίας, εἶτα οὕτω τὰ κρέα ἐξαιροῦντας ἐσθίειν. Quanquam is non satis apertis verbis vsus sit, sed περιφράσει potius. Male vero idem verba ἐν τῷ πρὸ τῆς κοιλίας τόπῳ mutauit in ἐν τῷ ἄνω τῆς κοιλίας, itaque notam generis auis aboleuit. Aelianus pelecanas praeterea nominauit 3, 23. vbi postquam narrasset, ciconias pullis inopia ciborum laborantes, quos recentes iis afferant in nidum, hesternos cibos in gulam et rostrum reuocatos pullis apponere: οδε τὴν ἑαυτοῦ χθιζὴν ἀνεμέσας ἐκείνους τρέφει, addit haec: Καὶ τοὺς ἐρωδιοὺς ἀκουω τοῦτο ποιεῖν, καὶ τους πελικᾶνας μέντοι. Idem 5, 35. eadem plane de ardea narrat, quae antea de pelecane: ὁ ἐρωδιὸς τὰ ὄστρεα ἐσθίειν δεινός ἐστι καὶ μεμυκότα αὐτὰ καταπίνει, ὥσπεροῦν οἱ πελεκᾶνες τὰς κόγχας, καὶ ἐν τῷ καλουμένῳ προηγορεῶνι υποθερμαίνων ὁ ἐρωδιὸς φυλάττει τὰ ὄστρεα· τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἀλέας διΐσταται· καὶ ἐκεῖνος αἰσθανόμενος τὰ μὲν ὄστρακα ἀνεμεῖ, φυλάττει δὲ τὴν σαρκα καὶ ἔχει τροφὴν etc. hoc tamen discrimine, vt ardeas ostrea, pelecanes conchas deuorare dicat. Contra Plutarchus de Solertia c. 12. p. 158. ex eodem, vt videtur, fonte hausit. quae de ardea narrat: ὅταν γὰρ τὴν κόγχην καταπίῃ μεμυκυῖαν — μέχρις ἂν αἴσθηται μαλασσομένην καὶ χαλῶσαν ὑπὸ τῆς θερμότητος. Hoc auis exemplo didicisse ait homines ὀστρέου μεμυκότος ἀναπτύξειν. Hinc Aelianus finxisse videtur discrimen, vt ostreorum aperturam calore

factam ardeis, concharum similem pelecanibus tribueret, cum eandem rem de vtraque aue narratam legisset, nec animaduertisset scriptorem a Plutarcho excerptum ardeam nominare, quem alii pelecanem. Quarto denique loco Aelianus 6, 45. pelecanis inimicitias cum coturnice memorat: πελεκᾶνα δὲ μὴ νοεῖν φίλα ὄρτυγι, ita tamen vt nescias, de fluuiatili an de terrestri loquatur. Qui praeter eum has inimicitias commemorauerit, neminem equidem noui. Noster supra 8. c. 12. pelecanem bis cum auibus aquaticis nominauit, eiusque migrationes memorauit, nulla discriminis nota addita. Audi nunc Plinium 10. s. 56. *Platea nominatur, aduolans ad eas, quae se in mari mergunt, et capita illarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem cum deuoratis se impleuit conchis, calore ventris coctas euomit, atque ita ex iis esculenta legit, testas excernens.* Quae Plinius vel ex Cicerone vel ex communi auctore transtulit. Cicero enim de natura Deorum 2. c. 49. praefatus Aristotelis auctoritatem ita tradit: *Legi etiam scriptum, esse auem quandam, quae Platalea nominaretur; eam sibi cibum quaerere aduolantem ad eas aues, quae se in mari mergerent: quae cum emersissent piscemque cepissent, vsque eo premere earum capita mordicus, dum illae captum amitterent: id quod ipsa inuaderet. Eademque haec auis scribitur conchis se solere complere, easque cum stomachi calore concoxerit, euomere, atque ita eligere ex iis, quae sunt esculenta.* Originem latini nominis, diuerse scripti in Plinio et Cicerone, indagare hodie vix licet; videtur tamen ab ardea lati rostri ductum esse, et ipsa narratio ad hanc auem fuisse a pelecane translata. Altera id est prior Ciceronis narratio eidem aui, Plataleae vel Plateae appellatae, conuenire non videtur, sed diuersae, quam nescio qua similitudine nominis vel rei inducti scriptores cum πελεκᾶνι confudisse videntur. Eadem narrantur hodie de Laro parasitico Linnaei, vti admonuit Jo. Beckmann ad Aucto-

rem *θαυμασίων* p. 38. qui ibidem Theologorum graecorum fabulas de pelicano pullos sanguine suo nutriente vel mortuos ad vitam reuocante commemorauit, cuius prima initia vidisti in loco Aeliani supra posito. Denique Albertus ita h. l. vertit: *Est autem aliud genus aquaticarum auium, quod Aristotiles vocat falakynez, Auicenna autem appellat balazub, et haec habet astutiam naturalem deprehendendi, quod corpus alzum siue ostrei non facile separatur a testa crudum, sed decoctum separatur, eo quod tunc in se contrahitur, et transglutit ipsum primum cum testa: et postquam calore epatis sui fuerit decoctum, euomit ipsum, et tunc rostro separat ipsam carnem a testa et comedit eam dimittendo testam, eo quod illa non nutrit. Ostreum autem illud vocat Aristoteles conchos, quod sonat idem quod concha, et est ostreum valde magnum, et mollem habens carnem.* Vnde suspicari possis, Scotum in Philosophi libro non *κόγχας* sed *κόγχους* scriptum reperisse et vertisse. Versio Thomae vocabulum *λείας planas* reddidit.

CAPVT XII. (vulgo XI.)

χαράδρας καὶ χηραμοὺς] Vulgatum *χαράδρας, οἱ δὲ χηραμοὺς* ex Med. Canis. correxit Camus. Ita Gaza: *colunt aliae loca fragosa et saxa et cauernas.* Sylburgius corrigi vulgatum volebat *οἱ δὲ περὶ χηραμοὺς*: idque ipsum scriptum legit et vertendo reddidit Thomas *circa loca caua, haec autem circa speluncas.* Ceterum initium huius capitis excerpsit Porphyrius de Abstinentia pag. 238. ed. Rhoer.

χαραδριός] Gazae hic *charadrium, quasi hiaticulam dixeris.* Supra 8, 3. vbi cum laro albo, cepphо et *αἰθυίᾳ* nominatur, *rupex* a Gaza vocatur. Ibi versio Thomae *kalandus* habet, vel, vt e suo Codice annotauit Camus, *Kalandra.* Aristophanes similiter Auium versu 1110. *ὕδωρ δ' ἐφόρουν — οἱ χαραδριοὶ καὶ τἄλλα ποτάμι' ὄρνεα.* Se-

quens *φαῦλος* Gazae *praua auis et colore et voce.* Scaliger: *cui et color et vox minus bona est.* Annotat auem hodie ab Italis *Calandrinum* corrupta voce vocari, alium a calandra; et narrari mira de praesagio aegrotorum ab eo sumtis indiciis. Si allatus aegro eius rei ignaro eum auersetur, moriturum; si contra intueatur, euasurum. Vocem emittere acutam, noctu volare, colore subrauo. Aristophanis Auium versu 266. vbi epops conuocat voce missa aues ad concionem, quaerit Peisthetaerus ex Euelpide, num quam auem aduenientem viderit; quod cum hic negasset, ille pergit: *ἄλλως ἄρ' οὔποψ εἰς τὴν λόχμην ἐμβὰς ἐπῶζε χαραδριὸν μιμούμενος.* Ad quem locum Scholia, quae exscripsit Suidas in *χαραδριός*, verba *χαραδριὸν μιμούμενος* interpretantur *κρυπτόμενος* et narrant auem publice vendi obtecto capite, ne gratis aspectu suo ictero laborantes sanet, quod facere credebatur. Sed interpretatio loci Comici vera postulat voluntariam auis actionem, ita vt in moribus auis esse debeat in latebris se abdere, voce vel antea vel postea emissa. Locus eiusdem dramatis alius versu 1140. charadrium facit circa aquas versantem: *ὕδωρ δ' ἐφόρουν κάτωθεν ἐς τὸν ἀέρα οἱ χαραδριοὶ καὶ τἄλλα ποτάμι' ὄρνεα.* Aliud proverbium Plato habet Gorgiae sect. 107. p. 162. ed. Heind. *χαραδριοῦ τινα σὺ βίον λέγεις.* ad quem locum Scholia graeca edita a Ruhnkenio p. 121. voracem auem interpretantur, qui cibos ingestos mox excernat. Addunt de aspectu ictericos sanante fabulam, quam confirmant testimonio Hipponactis, Iambographi Ionici: *καὶ μὴν καλύπτεις. μῶν χαραδριὸν περνᾷς;* Eandem fabulam narrat Aelianus H. A. 17, 13. qui praeterea 6, 46. charadrium ait interfici asphalto. Plutarchus Q. Sympos. 5, 7. dum explicare fabulam de aspectu charadrii morbum ictericum sanante conatur, annotat auem auerti et oculos claudere, dum aegrotus intuetur eam, quod aliqui tribuebant inuidiae. Graeci seriores auem *ἴκτερον* vocasse videntur vt

morbum arquatum vel auriginem. Caelius Aurelianus Chronic. 3, 5. *Passio vocabulum sumsit secundum Graecos ab animalis nomine, quod sit coloris fellei.* Idem inter remedia posuit etiam hoc: *Alii aurum iugiter adspicere vel intueri aegros praeceperunt siue aureos colores, his denique etiam operimentis vtendum laudauerunt, si quidem similia (similibus) rapiantur.* Plinius 30. s. 28. *Auis icterus vocatur a colore, quae si spectetur, sanari id malum tradunt et auem mori. Hanc puto latine vocari galgulum.* Plinii interpretationi nemo, qui hominem nouit, confidet. Verum id manifestum fit ex comparatione icteri cum charadrio, et remedii ex vtroque sumti contra morbum arquatum, colorem auis vtriusque, vel eiusdem diuerso nomine appellatae, fuisse felleum vel aureum. Auctor Ixeuticorum 1, 14. fabulam a Plinio et Caelio memoratam repetit de aue *ἰκτέρῳ*. Nomen auis vitiosum legitur in libro Kyranidum p. 58. et 60. De natura et genere auis disputatum est diu, nec hodie res ad liquidum perducta est. Sunt qui charadrium hiaticulam Linnaei interpretentur, alii cum Gesnero charadrium oedicnemum comparare malunt, quorum equidem sententiae accedo. Mores enim auis colorque inprimis oculorum conueniunt, quos narraui in Promtuario Lipsiensi historiae naturalis anni 1786. p. 486. Timaeus in Glossario Platonico p. 273. refert, aliquos auem charadrium interpretatos esse et vocasse *αἴθυιαν*: credo, voracitate vtriusque auis permotos fecisse. Magnum momentum in disputatione de genere auis habet definitio accurata significationis, quae sit tribuenda verbis *φαῦλος τὴν χρόαν καὶ τὴν φωνήν*, vbi equidem dicere non possum, quo referendum sit vocabulum *φαῦλος*. Ingratum si cum Camo verteris, (*désagréable*) eadem renascitur quaestio de coloris genere et vocis. Addo Alberti versionem: *quaedam manent in lacubus, quaedam autem in fissuris et concauitatibus et antris lapidum in montanis altis, sicut auis quaedam, quam koradyriem vocant antiqui Graeci,*

et est quaedam species noctuae: est autem auis mali coloris, aliquando apparens de nocte et fugiens et latens de die. Haec enim ex naturali industria in fissuris habitat, ne ab aliis auibus deplumetur. Idem Libri 23. p. 228. nominat *Caladrium siue caladrionem*, addens, quosdam referre, esse auem Persidis totam albam, et morborum dispositiones omnes indicare obiectam aegrotis, quosdam etiam curare; plane vti Scaliger de Calandrino Italorum narrat, quem aliunde notum non habeo.

2. τὴν καρδίαν οὐ κατεσθίει] Contra Albertus ad h. l. *quia cor non infirmatur in aliquo animale viuo, — diligunt in cibum et illud libentius comedunt ex industria naturali, cognoscentes ipsum esse sibi cibum saniorem.* Aelianus cum philosopho facit 2, 42. καρδίαν δ' οὐκ ἂν φάγοι ποτὲ ἱέραξ. et Plinius 10. s. 10. *Accipitres auium non edunt corda.* Contrarium affirmat Scaliger ad h. l. cui assentitur Aldrouandus; atque ipse Aelianus H. A. 1, 9. accipitrum pullis adultis in cibo obiici narrat in Aegypto. κίχλη Thomae est *maninx.*

καὶ τοῦ χειμῶνος] Haec verba omittunt Codd. Med. Vat. vt Aldina cum versione Thomae. Albertus vertit: *Haec autem earum sagacitas aliam facit in eis diuersitatem, quoniam quaedam earum aliam praedam capiunt in aestate et aliam in hyeme, eo quod quorundam animalium melior et sanior est caro in aestate, et aliorum melior et sanior est caro in hyeme.* Mutationem alia ratione interpretatur Scaliger; non enim tam validos esse aestate, quia mutent pennas. Antigonus c. 107. accipitres ait quodam tempore, cum pullos habent, μηθὲν ἁρπάζειν, quia vngues eorum pervertantur. Sed id de aquilis tradiderat noster 6, 6.

τοῦτο Ἡρόδωρος] Aldina, Junt. Camot. Ἡρώδωρος ὁ τοῦ βρύσωνος. Basil. et Codd. Ἡρόδωρος. Gaza: *Herodotus Brysonis pater.* Versio Thomae: *Erodorus Brissonis.* Haec eadem post τοῦτο insertum λέγει vel φησὶ reddidit, et sequens ἔλεγεν omisit. Cum quo fa-

cit Antigonus c. 48. qui ex h. l. excerpsit haec: *γυπὸς δὲ λέγεται ὑπό τινων ὅτι οὐδεὶς ἑώρακε νεοττὸν οὐδὲ νεοττείαν· διὸ καὶ Ἡρόδωρον τὸν Βρύσωνος τοῦ σοφιστοῦ πατέρα ἀπό τινος αὐτοὺς ἑτέρας φάναι γῆς εἶναι μετεώρου· τίκτειν δ' οὖν ἐν ἀπροσβάτοις πέτραις.* Is recte omisit importunum illud *ἀλλὰ*, quod neglexit etiam Scaliger in versione. Gaza posuit: *et nimirum ob eam rem.* Supra etiam 6, 5. vbi eadem repetuntur, simpliciter est *καὶ διὰ τοῦτο.* Ceterum *ἀπὸ γῆς μετεώρου de situ eminentiore* interpretatur Gaza, Scaliger *a superiore quapiam terra*, et in annotatione *aquilonia* addit, in superiore loco dixerat *versus vrsam.* Albertus posuit *a terra remota.* Cf. dicta ad 6, 5.

μηδενὶ εἶναι δῆλον] Ex Junt. Camot. et versione Thomae Camus *μηδὲν* recepit, nostrum ex Basil. dedit Sylburgiana. Deinceps *Ἔστι δ' οὐδὲ* scriptum reddidit Thomas.

3. *βρένθος*] Vulgatum *βρίνθος* ex Med. Ambr. correxi, eamque scripturam in Codicibus reperisse profitetur Niphus. Versio Gazae etiam *brenthus* habet Thomaeque. Hesychius: *Βρένθος, ὄρνεον, ὅπερ ἔνιοι κόσσυφον λέγουσιν.* Albertus: *sicut illa quae graece vocatur kokoz, et ea quae vocatur bromos, quae est auis rapax bonae vitae et longae et dulcis et musici sibili siue garritus, et haec est ignota in terris nostris. Ex eadem etiam solertia ea, quae graece vocatur cokoyloz, hoc est merula, manet in locis spissis consitis arboribus et spinetis et in fissuris lapidum. Similiter autem auis dicta dereolirz, quam latine trochilum vocant, ex cautela naturali fugit aliquando, et aliquando remanet secundum diuersitatem temporis et sui cibi abundantia et ex sagacitate regiminis suae vitae vocatur a quibusdam artifex et a quibusdam senex propter sapientiam, et a quibusdam rex nominatur: et ideo etiam, licet auis sit multo debilior quam vultur vel aquila, tamen ex artis sagacitate pugnat cum eis et nocet eis frequenter.* Apposui totum locum, quo melius iudicet lector,

quot et quae nomina auium Scotus fuerit interpretatus. Thomas enim trochilum omisit, et scripturam *οἱ δὲ λόχμας* reddidit. Idem deinceps vocabulum *δυσάλωτος* mutatum in *δύσαλος* reddidit, quam scripturam habent Med. Canis. Reg. Ex versione Scoti Camus apposuit vocabulum *deceolur*, quo graecum *δυσάλωτος* reddi putabat. Sed Albertus trochilum vertit vocabulo simili *dereolirz* posito. Is praeterea mentionem merulae interserit, cuius nomen graecum *κόττυφος* forte in voce corrupta *cokoyloz* latet. An idem supplementum sit in versione Thomae, annotare omisit Camus. Suspicari licet, Albertum ex interpretatione vocabuli *βρένθος*, simili Hesychianae supra positae, mentionem merulae inseruisse. Camus *βρένθον* et *βρίνθον* distinguere maluit etiam nominibus diversis vsus; sed in Commentario rem iterum dubiam fecit.

καὶ τὸ ἦθος ἀσθενής] Gaza vertit *moribus infirmis*. Scaliger: *quod ad mores spectat, imbecillus*. In annotatione ait: *non est ἦθος, sed ἕξις τοῦ σώματος*. Camus Gazam secutus: *il est foible de caractere*. In Alberti versione nihil est, quod respondeat his verbis.

πρέσβυς καὶ βασιλεύς] Thomae *senex et rex*. Supra 9, 2. *ὁ καλούμενος πρέσβυς* inimicitias dicitur exercere cum *γαλῇ καὶ κορώνῃ*, atque hae oua pullosque eius depraedari dicuntur: vbi vide annotata. Fabulam de trochili bello cum aquila repetiit Plinius 10. s. 95. *dissident aquilae et trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur auium.* Consentiunt fere viri docti, trochilum esse, qui a Graecis recentioribus *τρωγλοδύτης* vocatur, quem ita describit Aetius 11. c. 11. cuius locum graece ex Codice Msto ponam. Loquitur ibi Philagrius medicus: *στρουθίον ἐστὶ σμικρότατον σχεδὸν ἁπάντων τῶν ὀρνέων πλὴν τοῦ βασιλίσκου καλουμένου· παρέοικε δὲ τῷ βασιλίσκῳ κατὰ πολλά, ἄνευ τῶν χρυσιζόντων ἐν μετώπῳ πτερῶν· ευμεγεθέστερον δ' ἐστὶ μικρῷ ὁ τρωγλοδύτης τοῦ βασιλίσκου καὶ μελάντερος, καὶ τὴν οὐρὰν ἐγηγερμένην ἔχει ἀεὶ, λευκῷ*

κατεστιγμένην ὄπισθεν χρώματι. Λαλίστερος δ' ἐστὶν οὗτος τοῦ βασιλίσκου, καί τις ὅτι ψαρώτερος ἐν ἄκρᾳ περιγραφῇ τῆς πτέρυγος· βραχείας δὲ τὰς πτερύσεις ποιεῖται, καὶ δύναμιν ἔχει φυσικὴν ἀξίαν θαυμασμοῦ. — ἄφθονον οἶμαι τὸ γένος αὐτῶν πανταχοῦ κατὰ τὸν χειμῶνα φαινόμενον.

CAPVT XIII. (vulgo XII.)

κίγκλος] Med. *κίγχλος*, Vat. *κίχλος*, Ambr. *κόχλος*, versio Thomae *Kinkhlus*, Alberti *chichylus*, quem *melbam magnam* interpretatur. Deinceps verba *ἔστι δὲ τὸ ἦθος ὁ κίγκλος* omittunt Med. Ambr. et versio Thomae. Postea *τιθασσηταστος* Iunt. Camot. Isingr. habent. Sequentia *ἀκρατης γὰρ τῶν ὄπισθέν ἐστι* Gaza vertit: *incontinens enim parte sui posteriore.* Scaliger: *partes enim posteriores minus valentes habet.* In annotatione ait imbecillum significari, vt anserem, cui digitus pro calcaneo minor sit, quam vt surrectum sese possit continere. Camus omnium pessime: *Le cincle est mal conformé, sa partie posterieure ne pouvant conserver l'equilibre.* Meliorem rationem suppeditat Aelianus H. A. 12, 9. *ὁ δὲ κίγκλος ζῷόν ἐστι πτηνὸν, ἀσθενὲς τὸ κατόπιν· καὶ διὰ τοῦτό φασι μηδὲ ἰδίᾳ μηδὲ καθ' ἑαυτὸν δυνάμενον αὐτὸν νεοττιὰν συμπλέξαι ἐν τοῖς ἄλλοις τίκτειν. ἔνθεν καὶ τοὺς πτωχοὺς κίγκλους ἐκάλουν αἱ τῶν ἀγροίκων παροιμίαι. κινεῖ δὲ καὶ* (*δ' οὖν* Apostolius habet rectius) *τὰ οὐραῖα πτερά.* Pronerbium *πτωχότερος κίγκλου* ex Menandro comico laudat Suidas in *κίγκλος*, qui auem ait esse valde macilentam, (*σφόδρα λεπτόν*) *πολλὰ τὴν ὀσφὺν κινοῦν*, (*ὄρνεον*) *ὅ τινες σεισοπυγίδα καλοῦσι.* Idem in *Ἡμερινὰ* inter aues marinas cum alcyone, cerylo, aethya, laro, charadrio, catarrhacte nominat cinclum. Hesychius *κίγκλον* interpretatur *ὄρνεον πυκνῶς κινοῦν τὴν οὐρὰν· ἀφ' οὗ καὶ τὸ κιγκλίζειν, ὅ ἐστι διασείεσθαι. Τινὲς δὲ σεισοπυγίδα.* Eadem fere leguntur in Scholiis ad Theocriti 5, 117. et in Etymologico

M. sub voce *κιγκλίς*. Supra 8, 5, 7. inter aues, quae fissos et diuisos pedum digitos habent, et iuxta aquas habitant, nominantur post ciconiam et larum *σχοίνιλος καὶ κίγκλος καὶ ὁ τρύγγας*. Additur: *οὗτος δὲ μέγιστος τῶν ἐλαττόνων τούτων· ἔστι γὰρ ὅσον κίχλη· πάντες δὲ οὗτοι τὸ οὐραῖον κινοῦσι. Ἔτι ὁ καλίδρις*. Verum ibi Gaza post cinclum inserit *albiculam*, et Codices quidam similiter *πύγαργον* nominant, omisso tamen trynga. Hae tres vel quatuor aues omnes aquas amare et caudam motitare dicuntur. De calidri an vtrumque, an prius tantum valeat, incertum est. Omnes praeterea tres vel quatuor hae aues paruae vocantur, maxima vero earum est quae tryngas dicitur. Vnde Buffonus tryngam interpretatus est Linnaei tringam ochropodem, quem ipse vocauit *Le becasseau ou Cul- blanc.* Schoenili (vulgo Schoeniclus scriptus legebatur) et cincli nomen ad tringam hypoleucon Linnaei, (ipse vocat *la Guignette*) et tringam cinclum (ipse dicit *l'Alouette de mer*) refert. Calidris nomen Linnaeus Scolopaci alicui assignauit nullis argumentis certis motus, vti recte monuit Buffonus in historia eius, quam vocat *Le chevalier commun.* Idem valet de] tringa calidri Linn. De sturno cinclo Linnaei ne cogitandum quidem censeo; tam parum ei conuenit cum Aristotelica aue. Pygargus, dubium est, reliquis tribus addendus sit, an tryngae locum obtinere debeat. Reliquae tres aues a Buffono comparatae omnes caudam motitant, sed nidum vel omnino non construunt, sed in arenis littorum oua deponunt, vel nullam eius notitiam adhuc habemus. De cincli nido narratio Aeliani, etiamsi locupletis testis fide nitatur, dubia tamen est; neque enim apparet, quid significent verba *ἐν τοῖς ἄλλοις τίκτειν*. Si nidum sibi suum construere cinclum voluit negare, tum *ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις* expecto, vt significet, in alienis nidis cinclum parere, videlicet desertis et vacuis. Sed nihil simile annotatum reperi de scolopacibus vel tringis Linnaeanis, quae possint cum his Aristotelicis auibus

comparari. Ceterum iam olim Scaliger schoenilum cum alauda marina, tryngam, a sono vocis vocatum, vt putat, cum gallineta Taurinorum, cinclum dubitans cum Vasconum becudello comparauit. Albertus verba plura, nempe *τυγχάνει — ὄπισθέν ἐστι*, plane omisit.

ἡ γὰρ φύσις αὐτῇ] Vulgatum *αὕτη*, quod post Sylburgianam mutarunt recentiores Edd. reddidit Scaliger: *eiusmodi namque natura amat victum parabilem.* In annotatione το *πρόσφορον* interpretatur *εὐπόριστον*, et *φύσις αυτη* ad pedum structuram refert, quae efficit, vt *στεγανόποδες* neque currere possint, neque multum volent. Gaza *αυτῇ* vertit. Albertus: *Natura enim vnicuique dat id quod sibi conuenit. Multae autem, quae sunt fissorum digitorum, habent conuenientiam ad tenendos ramos arborum: et ideo manent in locis nemorosis multarum arborum: et quaedam illarum aliquando etiam venantur in aquis non natando, sed peditando, sicut ardea, et quaedam aliae, sicut auis quae anton a Graecis vocatur: haec enim manent iuxta fluuios: et est auis haec pulcri coloris et bonae vitae.* Pro *ἄνθος* in Vatic. est *ἄνθους*. Gazae *florus.* Idem *εὐβίοτον* reddidit *vita commoda*, Scaliger *victu facilis*, Camus *qui se nourrit bien.*

καταῤῥάκτης] Med. *καταράκτης*. Supra 2, 17. *νῆττα δὲ καὶ χὴν καὶ λάρος καὶ καταῤῥάκτης καὶ ὠτὶς τὸν στόμαχον εὐρὺν καὶ πλατὺν ὅλον ἔχουσι.* Gazae *cataracta* dicitur. Albertus: *et similiter ea auis, quam vocant aratharyz graece, quae mergus magnus vocatur latine; manet in littore maris, et submergit se in aqua et manet tunc temporis sub aqua, quantum homo potest ire per milliare ambulando aequali passu inter velocem et tardum: et quantitas huius auis minor est quantitate accipitris, et in mergendo habet magnam venandorum piscium industriam.* Scaliger primum recte annotauit, Plinii et Iubae aues Diomedeas, quae catarractae item vocentur, esse plane diuersas, et quidem fabulosas. Quod hic catarractae tribui-

tur, in mergo reperiri. Nam *σχιζόποδα* esse. Mergum autem in octauo Philosophum diuerso nomine memorasse, vti regulum auem, quam et senatorem et trochilum vocarit. Fortasse *καταῤῥάκτην* mergi cognomen esse *παρα τὸ καταῤῥαίνεσθαι*. Denique pro *περὶ θάλατταν* potius *ἀπὸ τῆς θαλάττης* dicendum fuisse monet. Vnicus et classicus locus est de catarracte aue Ixeuticorum Dionysii 2, 2. vbi inter aues amphibias secundo loco describitur ita: *ὡς οἱ τῶν λάρων ἐλασσονες, ἰσχυρὸς δὲ καὶ την χρόαν λευκὸς, καὶ τοῖς τὰς φάσσας ἀναιροῦσιν ἱέραξι προσόμοιος. Τῶν νηχομένων γάρ τινας τηρησας ἰχθυων, ορᾷ δὲ καὶ μέχρι τοῦ τῆς θαλάσσης βυθοῦ· πρὸς ὕψος ἑαυτὸν αἴρει, καὶ τὰ πτερὰ παντα συστείλας εἰς τὸν πόντον οἷα πίπτων οἴσεται, διατεμων τὸν ἀέρα, παντὸς ἂν εἴποις βέλους ὀξυτερον, καὶ καταδύεται μέχρι ὀργυιᾶς ἢ καὶ πλέον, ἔσθ᾿ ὅτε συλλαβὼν τὸν ἰχθυν ἀνασπᾷ καὶ ἀνιπτάμενος ἔτι πάλλοντα κατεσθίει. Τοῖς σκοπέλοις δὲ καὶ τοῖς αἰγιαλοῖς ἐφιζάνει καὶ ταῖς χοιράσι πέτραις, αἳ μικρὸν ὑπερκυπτουσι τῆς θαλάσσης, καὶ πρὸς τὸν πότον οὐ κατὰ τοὺς ἄλλους ὄρνεις χρῆται ποταμοῖς ἢ πηγαῖς, ἀλλ᾿ ὕδατι θαλασσίῳ, καὶ βρυα ἐπὶ τῶν πετρῶν τοῖς ᾠοῖς ἐπιστρωννυσιν οὔτε θάλπων, καὶ τοῖς ἀνέμοις αὐτὰ διὰ παντός ἐπιτρέπων. Καὶ ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς τοιόνδε τι δρῶσιν οἱ καταῤῥάκται. Οἱ μὲν ἄῤῥενες καταλαβόντες, οἷς ἔνεστιν ἄῤῥεν, αἱ θήλειαι δὲ ὁμοίως τὰ θήλεα, καὶ τοῖς ποσὶν ἐπισφίγξαντες, πρὸς τὸν ἀέρα ἀνίπτανται, καὶ κατὰ πελάγους ἀφιᾶσιν, εἶτα πρὸς τὸ ὕδωρ ἑπόμενοι θᾶττον ἁρπάζουσι τοῦ πελάγους αὐτὰ, συνεχῶς τοῦτο ἔν τισι ποιοῦντες ἡμέραις. Οὕτως ἡ φορὰ θερμήνασα τῶν ᾠῶν προφέρει τοὺς νεοττους· οἱ δὲ τὸ φῶς ἰδόντες, εὐθὺς ἐπὶ τῶν καλιῶν οὐκ ἀνέχονται διατρίβειν, ἀλλὰ τῇ τῶν τεκόντων ἕπεσθαι πτησει φιλονεικοῦσιν· εἶτα οἱ γονεῖς ὑπολαβόντες αὐτους ἀφιᾶσι παλιν εἰς τὸν βυθὸν, καὶ παλιν ἁρπάζουσιν ἠπειγμένως, ἐλαφρίζοντες τὸν πόνον αὐτοῖς· οὕτω γαρ ἂν εἰκάσειας αὐτοὺς παισὶν — Οἱ καταῤῥάκται δὲ

νέοι μὲν ὄντες τοὺς βραχεῖς ἁρπάζουσι τῶν ἰχθύων, καὶ οὐδὲ τῶν ἀκτῶν ἵπτασθαι πόῤῥω θαῤῥοῦσιν, αὐξηθέντες δὲ τοῖς μείζοσιν ἐφοπλίζονται, καὶ τῶν ἀμφιβίων πάντων κάκιον τελευτῶσιν ὀρνέων. Ὑπὸ γήρως γὰρ αὐτοῖς τῆς ὄψεως ἀμβλυνθείσης ἡγοῦνται μὲν ἐπὶ τὸ πέλαγος φέρεσθαι, τῆς ἄγρας ἐφιέμενοι τῆς συνήθους, πέτραις δὲ ἢ κρημνοῖς περιῤῥηγνύμενοι διαφθείρονται. Ex quo loco argumentis ductis satis idoneis Pelecanum bassanum Linnaei intelligi demonstrauit Oedmann in Actis Academiae Stockholmiensis anni 1786. Tomo VII. Coniecturas Bocharti Hieroz. II. p. 278. et Cami in Commentario p. 430. ponere h. l. non erat operae pretium.

2. *καὶ βιοτεύουσι δὲ*] Abesse malim *δὲ*, quod sensum turbat; particula *δὲ*, quae praecedenti *μὲν* respondet, sequitur in illo membro, *εὔβιοτοι δὲ* etc. Deinceps verba *καὶ εἰη* omisit versio Thomae. Sequentia vertit Gaza: *probitate victus morum, prolis senectutis vacant.* Scaliger: *facili victu, et moribus innoxiis et foecundi et senecta prospera.* Gazam tamen secutus Camus interpretatur: *il vit bien, est de bon caractere, aime ses petits et jouit d'une belle vieillesse.* Albertus: *Cignus etiam, quem chokuz antiqui Graecorum vocabant, est de genere illarum auium, quae corium habent inter digitos, et manet in ripis lacuum, vbi etiam arborum sunt vmbrae: et mansuetae vitae et bonae naturae in moribus, et pullificant bonos pullos ad vsum hominum hutiles, et viuit diu ita, quod efficitur magnae senectutis. Et habet hoc proprium, quoniam, si aliqua auium rapacium, sicut vultur vel aquila, incepit pugnam cum eis, defendunt se fortiter, sed non incipiunt pugnam cum talibus auibus, ita, quod aliquando vincunt et aliquando vincuntur. Temporibus enim nostris multis videntibus ex nostris sociis pugnauit aquila cum cigno, et eleuabatur tam cignus quam aquila ita in altum, quod invisibiles facti fuerunt nobis, et nobis iam contemplantibus quasi post spatium duarum horarum deciderunt: et*

aquila fuit super cignum et vicerat eum et proiecit in terram et stetit super eum, et accurrens famulus noster cepit cignum, et aquila fugit.

ᾠδικοὶ – ᾄδουσιν] Albertus: *Est autem haec auis musici et dulcis sibili, sed raro cantat nisi in obitu alicuius eorum: tunc enim musicas voces ita alte leuant, quod ad distantes audiuntur maris et fluuiorum extremitates. Hoc enim iam tempore Aristotilis expertum est, quod quidam homines iuxta mare voces dolorosas huiusmodi audierunt auium, et post modicum quasdam illarum mori viderunt. Ego autem expertus sum, quod huiusmodi voces dant in qualibet tribulatione existentes.*

ἀναπέτονται — εἰς τὸ πέλαγος] Gaza vertit: *Volant etiam in pelagus longius.* Scaliger: *auolant enim etiam in altum mare.* Annotat praeterea γάρ hic abundare. Athenaeus hunc locum ita excerpsit libri 9. p. 393. Ὁ κύκνος εὔτεκνός ἐστι καὶ μάχιμος· ἀλληλοκτονεῖ γοῦν ὁ μάχιμος. Μάχεται δὲ καὶ τῷ ἀετῷ, (αὐτῷ Veneta cum Codice) αὐτὸς μάχης μὴ προαρξάμενος. Εἰσὶ δ᾽ ᾠδικοί, καὶ μάλιστα περὶ τὰς τελευτάς. Διαίρουσι δὲ καὶ τὸ πέλαγος ᾄδοντες. Ἔστι δὲ τῶν στεγανοπόδων καὶ ποηφάγων. Vides ποηφάγων aliunde vel ex integriore Codice additum. De ἀλληλοφαγίᾳ duxit ex capitis 2. s. 9. vbi est: μάχεται δὲ καὶ αἰετῷ αἰγυπιὸς καὶ κύκνος· κρατεῖ δὲ ὁ κύκνος πολλάκις· εἰσὶ δὲ οἱ κύκνοι ἀλληλοφάγοι μάλιστα τῶν ὀρνέων. Plinius 10. s. 32. *Olorum morte narratur flebilis cantus, falso, vt arbitror, aliquot experimentis. Iidem mutua carne vescuntur inter se.* Aelianus V. H. 1, 14. dubium Aristotelem an Athenaeum secutus, ita tradit: Λέγει Ἀριστοτέλης τὸν κύκνον καλλίπαιδα εἶναι καὶ πολύπαιδα. (Ita interpretatur vocabulum εὔτεκνος.) Ἔχει γε μὴν καὶ θυμόν· πολλάκις γοῦν εἰς ὀργὴν καὶ μάχην προελθόντες καὶ ἀλλήλους ἀπέκτειναν οἱ κύκνοι. Λέγει δὲ ὁ αὐτὸς καὶ μάχεσθαι τοὺς κύκνους τοῖς ἀετοῖς, ἀμύνεσθαί γε μὴν αὐτούς, ἀλλ᾽ οὐκ ἄρχειν ἀδίκων. Ὅτι δ᾽ εἰσὶ φιλῳδοί, τοῦτο

μὲν ἤδη καὶ τεθρύλληται· ἐγὼ δ' ᾄδοντος κύκνου οὐκ ἤκουσα, ἴσως δὲ οὐδὲ ἄλλος. Πεπίστευται δ' οὖν, ὅτι ᾄδει, καὶ λέγουσί γε αὐτὸν μάλιστα ἐκεῖνον εἶναι τὸν χρόνον εὐφωνότατόν τε καὶ ᾠδικώτατον, ὅταν ᾖ περὶ τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου. Διαβαίνουσι δὲ καὶ πέλαγος καὶ πέτονται καὶ κατὰ θαλάσσης, καὶ αὐτοῖς οὐ κάμνει τὸ πτερόν. vbi vulgatum *ἀμύνασθαι—πεπίστευται οὖν* correxit egregius Coray. Addit Athenaeus, quod in primis ad rem pertinet: *Ὁ δὲ Μύνδιός φησιν Ἀλέξανδρος πολλοῖς τελευτῶσι παρακολουθήσας οὐκ ἀκοῦσαι ᾀδόντων.* Quae verba Aelianus sua fecisse videtur l. c. Eadem etiam transtulit Eustathius ad Iliad. p. 193. ed. Basil. vbi ita: *Ἀριστοτέλους εἰπόντος ᾠδικοὺς εἶναι τοὺς κύκνους μάλιστα περὶ τὰς τελευτὰς καὶ διαίρειν τὸ πέλαγος, Ἀλέξανδρος ὁ Μύνδιος* et reliqua.

παρὰ τὴν Λιβύην] Hinc Aelianus H. A. 10, 36. *Ἀριστοτέλης λέγει ἐν τῇ θαλάττῃ τῇ Λιβύων φανῆναί ποτε κύκνων ἀγέλην, καὶ ἀκουσθῆναί τι μέλος αὐτῶν ὡς ἐκ χοροῦ τινος ὁμοφωνίας πάνυ μὲν ἡδύ, γοερόν γε μὴν καὶ οἷον εἰς οἶκτον ἐπικλάσαι τοὺς ἀκούοντας, καί τινας ἐπὶ τῷ μέλει φησὶ φανῆναι τεθνεῶτας αὐτῶν.*

3. *Ἡ δὲ χαλκὶς*] Cum Codd. et versione Thomae Camus *κύμινδις* scribere ausus est, et sane cum Plinius 10. s. 10. tum Eustathius et auctor Scholiorum Venetorum nomen *κύμινδις* h. l. scriptum legisse videntur. Plinius quidem ita: *Nocturnus accipiter cymindis vocatur, rarus etiam in siluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, cohaerentesque saepe prehenduntur.* Multo tamen certius ex hoc loco colligitur, Plinium hybridis nomen in suo libro scriptum non legisse, quam cymindin vbique, chalcidem nusquam a Philosopho nominatam esse. In Vaticano libro nomen *κύβινδις* vbique scriptum reperitur, idque in vetustis etiam Homeri libris fuisse videtur Iliadis 14. versu 291. vbi Somnus in abietis cacumine residens comparatur cum cymindi: *ἔνθ' ἧστ' ὄζοισι πεπυκασμένος εἰλατίνοισι, ὄρνιθι λιγυρῇ ἐναλίγκιος,*

ἥν τ' ἐν ὄρεσσι etc. Vnde colligere licet, ipsam cymindin residere in abietibus earumque vmbra occultari solere. De scriptura κύβινδις colligo ex Scholio Veneto hoc: κρύπτει δὲ ἡ χαλκὶς ἀεὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς κλάδους. Alterum Codicis B. ita: Ὁ κύμινδις οἰκεῖ μὲν ὄρη, ἔστι δὲ μέλας χαλκίζων τὴν χροιὰν καὶ μέγεθος ὅσον ἱέραξ φασσοφόνος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Παρὰ δέ τισι θηλυκῶς ἡ κύμινδις, εὐπίφορον εἰς ὕπνον τὸ ὄρνεον. Κύμινδις δὲ λέγεται διὰ τὸ ἀεὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς κλάδους κρύπτειν. Voluit ergo κύμινδις dictam quasi κρύβινδις, plane vti auctor Etymologici M. qui tamen auem ait caput abscondere solere εἰς τὰς σήραγγας τῶν δένδρων καταδύνουσαν. Quae sunt tam inepta, quam altera ratio, quam addit: ἢ διὰ τὴν τῆς φωνῆς ομοιότητα ταύτης ἔτυχε τῆς ὀνομασίας. Praeclare vidit Heynius ad Homerum p. 587. Grammaticum debuisse potius aut voluisse, si per librarios licuisset, vocabuli originem deriuare ex verbo κύπτειν. Hanc viri egregii coniecturam confirmat libri Vaticani scriptura κύβινδις; vbi meminerit lector, saepissime litteras β et μ in vocabulis graecis permutatas esse. Est etiam locus Cratini comici apud Hesychium: Κύβηλις. τινὲς τὴν τυροκνῆστιν φασίν. ἔπαιξε δὲ ὁ Κρατῖνος παρὰ τὸ Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. qui huc trahi possit; sed comica parodia potuit formam potius spectasse dicendi quam vocabulum κύμινδις. Insolentius vocabulum κύβηλις erat, quo μάχαιρα, ᾗ τοὺς βοῦς τραχηλοκοπεῖ, significabatur, testante Photio; alii alio vocabulo appellabant.

Redeo ad locum Scholiorum, qui ex nostro aperte ductus est, ita tamen, vt quaedam omissa sint, alia addita, quae hodie non comparent. Primum legit in nostro Ὁ κύμινδις οἰκεῖ μὲν ὄρη, omissis verbis ὀλιγάκις μὲν φαίνεται. Contra Eustathius ad h. l. Homeri p. 978. cuius locum iam olim comparauit egregius ille Conr. Gesner p. 55. habet: ὁ κυμινδις ὀλιγάκις φαίνεται, οἰκεῖ γὰρ ὄρη, μέ-

γεθος ὅσον φασσηφόνος ἱέραξ, τὴν ἰδέαν λεπτὸς καὶ μακρός. Κύμινδιν δὲ καλοῦσιν Ἴωνες αὐτόν. Οὗτος ἡμέρας μὲν οὐ φαίνεται, διὰ τὸ μὴ βλέπειν ὀξύ, τὰς δὲ νύκτας θηρεύει, ὡς οἱ ἀετοί. Καὶ μάχεται πρὸς τὸν ἀετὸν οὕτως σφοδρῶς, ὥστε πολλάκις ἄμφω λαμβάνεσθαι — νομέων. Νεοττεύει δ' ἐν πέτραις etc. Deinde subiungit verba: λέγει δὲ ἡ ἱστορία καὶ ὡς μέλας ἐστὶ χαλκίζων τὴν χροιάν, ὅθεν καὶ χαλκὶς λέγεται. Haec Eustathiana pleniora esse in Scholiis Victorianis admonuit Heyne p. 651. sed verba ipsa apposita optassem, vt de postremo loco certius iudicium fieri posset. Sane si scriptura κύμινδις, quam omnes etiam Codices a Camo comparati tenent cum versione Thomae, praeferenda erat, tum praeeunte auctore Scholii Veneti Ὁ κυμινδις scribendum erat, ita enim sequens μέλας, deinde μακρὸς καὶ λεπτὸς cum eo genere conuenient. At enim vero, si κύμινδις statim ab initio nominatur, nec alterum, χαλκὶς, subiicitur, tum non apparet ratio, cur Philosophus subiecerit verba κυμινδιν δὲ καλοῦσιν Ἴωνες. Ineptum profecto est varietatem appellationis annotare in aue, cuius vulgare et vsitatum nomen omiseris. Quod si dicas, membrum hoc appositum propter sequentem Homeri versum, cuius interpretationem obiter ponere voluerit Philosophus, possum respondere, consilium hoc minime apparere. Tolle enim verba ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται — κυμινδιν, et videbis, nihil ad sensum deesse, nec flagitari mentionem Homerici versus ab antecedente sententia. Quod si vero Philosophus Homericum versum interpretari voluisset, tum membrum illud κύμινδιν δὲ — αὐτὴν demum post versum subiungi debebat. Accedit etiam altera difficultas. Si primo statim loco Philosophus dixit Ἡ δὲ Κύμινδις, tum non solum inepte sequitur μέλας, deinde μακρὸς καὶ λεπτὸς, sed demum etiam sexu mutato αὐτήν. Quanquam hanc offensionem tollat scriptura apud Eustathium posita αὐτόν. Compara nunc haec verba, Ἡ δὲ κυμινδις — κυ-

μινδιν δὲ καλοῦσιν Ἴωνες αὐτήν, quae si vertas cum Gaza: *Cymindis — Iones cymindem eam appellant*, statim ineptias orationis intelliges. Debebat enim potius esse: *τοῦτο δὲ καλοῦσιν Ἴωνες αὐτήν, hoc eum nomine Iones appellant.* Has igitur ob rationes Codicum scriptura deserenda erat; quam si recepissem et ex Scholio Veneto *ὁ κύμινδις* scripsissem, multo facilius procedebat oratio vsque ad illa verba *κύμινδιν δὲ* etc. quae nullo modo cum prioribus congruere videntur: nisi dicas, ea ab aliquo grammatico olim apposita immigrasse deinde in locum alienum. Laboranti mihi propter has difficultates succurrit Eustathii locus postremus, cuius auctorem Codex Victorianus teste Heynio confirmat, vnde verba *χαλκίζων τὴν χροιάν, ὅθεν καὶ χαλκὶς λέγεται*, post illa *μακρὸς καὶ λεπτὸς* inserui, et vulgatum *αὐτήν* mutaui in *αὐτὸν* cum eodem Eustathio. Nam in articulo *ὁ* ante *κύμινδις* consentit etiam Scholium vtrumque Venetum. Ita tandem explicata et constituta scriptura loci, leuiores Codicum varietates subiungo. Versio Thomae Lipsiensis primo loco habet *Cymindis autem rara quidem*, altero *Ciminde*, tertio *kymyndem*. Deinde pro *λεπτὸς* Med. V. R. *λευκὸς* habent, quam scripturam ex suo Codice, Aldino puto, memorauit etiam Scaliger. Scoti versionem iudicare licet ex his Alberti: *Auis autem, quam conydez vocant, raro valde videtur. Est autem auis manens in montanis et desertis locis, nigri coloris, et habet fere quantitatem accipitris, et est quaedam alia, quae fahymekon vocatur, quae est similis illi, sed non eadem; et sunt istae aues longae et graciles respectu aliarum auium. Aliqui autem hominum vocant manidem eam, quam nos konidem vocauimus. Homerus autem vocat eam hakydaz, vulgariter tamen vocatur conides.* In his, vti vides, nihil est subsidii ad vulgatam emendandam scripturam aut ad supplementum Eustathianum confirmandum. De ipsa aue nihil affirmare licet, nec alibi memoratur, nisi quod Scholia ad Aristophanis Aues versu 262. interpretantur

γλαῦκα, ἐπειδὴ χαλκίζει τῷ χρώματι. Addunt διὰ τὸ χαλκῶδες ἔχειν τὸ πτερόν. Hinc Suidas: *Χαλκὶς, εἶδος ὀρνέου, ἢ γλαύξ*. Simpliciter *εἶδος ὀρνέου* interpretatur Hesychius. In Etymologico M. est: *Χαλκὶς, τὸ ὄρνεον, ὅτι ὑποχαλκίζει κατὰ τὴν χροιὰν τῆς πτήσεως*. Ipsam cymindin noster iterum obiter nominauit infra c. 32. vbi libri omnes: *φαίνεται δ' ὀλιγάκις, ὥσπερ ἡ καλουμένη κύμινδις*. nisi quod Vatic. etiam ibi *κυβινδις* habet, Canis. *κυβίνδος*.

[*Η δὲ ὕβρις — τῷ πτυγγί*]] Haec est vulgata librorum editorum scriptura, quam deserendam non censui, cum verba ipsa admodum dubia et suspecta faciat auctoritas Plinii, et auctoris Scholii ab Eustathio exscripti. Accedit versio Gazae et Codex Ambr. vbi verba *ἡ δὲ ὑβρὶς* omissa sunt. Propter auctoritatem Plinii et Gazae expunxit etiam Scaliger. Contra habent Med. Vat. Ambr. versio Thomae et Scoti. Hesychius etiam ex h. l. duxisse videtur glossam: *Ὑβρὶς, ὄρνεον νυκτερινόν*. Juntina tamen et Camot. *ὕβρις* scriptum habent. In versione Thomae est *Tdris*, Scoti *obris*. Niphus ait, in pluribus Codicibus a se visis, excepto vno, hybridem a cymindi distingui. Albertus ita: *Et alia adhuc istius generis inuenitur, quae oblirus vocatur: et quidam dicunt, hanc esse similem alii, quam cokyz vocant: et hoc non apparet de die: cum tamen acuti visus sit, sicut et vultur: venatur autem de nocte et pugnat cum vulture et bubone: et aliquando tam acriter sibi cohaerent, quod leuantur a pastoribus, qui vident eas pugnare nocte. Conueniunt autem cum magnis auibus rapacibus in hoc, quod non ouat nisi duo ad plus oua et quod nidificat in lapidibus et cauernis.* Vnde suspiceris, Scotum scriptum legisse et vertisse: *οὐ φαίνεται, ὀξὺ μέντοι βλέπει ὥσπερ οἱ ἀετοί· τὰς δὲ νύκτας θηρεύει.* Sed vel sic manet dubitatio Scaligeri de comparatione cum aquila, ad *θηρεύει* an ad *νυκτας* referatur? Nam si cum aquila pugnat, aut interdiu quoque apparet,

aut aquila etiam noctu venatur. Pro πτυγγὶ Med. πωγὶ, versio Thomae *pogi* habet; ex Reg. Ambr. πτογγὶ recepit Camus, qui eandem scripturam in versione Thomae ait esse. πτύγγιγι Canis. quae scriptura proxime abest a πώϋγγι, quam veram puto esse; de qua aue dicetur infra ad cap. 18.

καὶ μάχονται] Praefero scripturam Eustathii μάχεται, quam praefert etiam versio Gazae *et pugnat vero cum aquila*: qui praeterea plura in Codice suo scripta legisse videtur. Vertit enim: *adeo acriter, vt saepius ambae implexae deferantur in terram et viuae a pastoribus capiantur.* Vocabulum πολλάκις omisit versio Thomae. Deinceps ἐν πέτραις σπηλαίοις habet Med.

ὑπομένουσι γάρ·] Gaza vertit: *hominem enim expectare potius quam pugna desistere patiuntur.* Scaliger breuius: *restitant enim.* Camus: *elles se laissent prendre, sans cesser de se battre et sans s'envoler.* Sed ecce Thomas, qui non solum sequens καὶ omisit, sed plura etiam aliter scripta legit et vertit: *vt et ambae capiantur viuentes et ipsae a pastoribus pugnantes.* Legit igitur scriptum ὥστε καὶ ἄμφω λαμβάνεσθαι ζώσας καὶ αὐτὰς ὑπὸ τῶν νομέων μαχομένας. Quam scripturam equidem vulgatae praeferre non dubito. Nimis enim breue languet et a re alienum est illud vulgatum ὑπομένουσι γάρ post superiora ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι μαχομένας. Idem etiam addendum fuerat in narratione pugnae hybridis vel cymindidis cum aquila, vbi similiter est: ὥστ' ἄμφω πολλάκις λαμβάνεσθαι ζῶντας ὑπὸ τῶν νομέων. Totus locus in Editionibus vulgo ita scriptus legebatur: ὥστε καὶ λαμβάνεσθαι μαχομένας· ὑπομένουσι γάρ· τίκτει etc. Silentium Cami miror. Ceterum pugnam gruum nemo alius memorauit. Albertus ita h. l. vertit: *Similiter autem et grues tam acri pugna aliquando pugnant ad inuicem, quod aliquando ab accurrentibus acceptae deprehenduntur. Haec pugna remanet inter eas longo tempore propter memoriam mali illati. Haec*

enim auis sagacitate naturae memor est malorum. Ouant autem duo oua, sicut in antecedentibus diximus. Vides etiam Scotum pro vulgato *ὑπομένουσι γὰρ* aliud verbum scriptum legisse, veluti *ἀπομηνίουσι* vel *ἀπομνησικακοῦσι γὰρ*, vel *ἀπομνημονεύουσι* vel *ἀπομιμνήσκονται γάρ*. Si verbum graecum *ὑπομηνίουσι* constaret, hoc fuisse olim in loco vulgati *ὑπομένουσι* coniicerem.

CAPVT XIV. (vulgo XIII.)

κίττα] Versio Thomae *κίσσα* reddidit, quanquam Camus in Indice nominum ex eo *Pica* et *Kitta* annotauit. Sequens *περὶ ἐννέα ὠὰ* transtulit Plinius 10. s. 79. *Pica nouenos parit.* Idem s. 50. *Picae cum diligentius visum ab homine nidum sensere, oua transgerunt alio.* Quod vnde transtulerit, ignoramus. Sed videtur ad varias picas pertinere, de quibus idem s. 41. *Nuper et adhuc tamen rara ab Apennino ad vrbem versus cerni coepere picarum genera, quae longa insignes cauda variae appellantur. Proprium his caluescere omnibus annis, cum seruntur rapa.* Quae sunt vulgares nostrae picae, Galli *pies* vocant, quo nomine Camus vsus est, cum Scaligero sentiens, qui Philosophi narrationem in pluribus reprehendit. Sed de pica glandaria *κίτταν* recte iam olim interpretatus est C. Gesner, de qua Plinius 10. s. 59. *expressior loquacitas generi picarum est. — nec vulgaris illis forma, quamuis non spectanda* (vt in psittacis) — *Verum addiscere alias negant posse, quam quae ex genere earum sunt, quae glande vescuntur, et inter eas facilius, quibus quini sunt digiti in pedibus.* Cum Gesnero sentit etiam Harduinus, qui Gallorum *Geay* recte comparauit, et Cetti in Histor. nat. Sardiniae Tom. II. p. 77. qui picam variam ab Aristotele nusquam commemorari annotauit. Hodieque in Graecia pica glandaria vetus nomen retinet, *Κίσσα* vocata, teste Gallo Sonini Itiner. Graec. Tom. II. pag. 181. Albertus h. l. *kyche* nominauit, Vincentius 16, 5. *kyke*, cap. 100. *kikes.* Vocis variatio-

nem copiose enarrat auctor Ixeuticorum 1, 15. In Kyranide Riuini pag. 124. *Κίσσα gaia vel galandria auis est sagax, imitans vocem hominis.* vbi fortasse *glandaria* scribendum est.

ὅταν ὑπολίπωσι] Gaza: *cum deficiunt.* Albertus: *cum cadunt glandes, aggregat ex eis in nidum suum, quod sibi sufficit per hyemem.*

ἀντεκτρέφονται] Med. ἐκτρέφονται. Versio Thomae *enutriuntur.* Albertus pro ciconia nominauit *lalath*, cum hoc additamento: *cibat in autumno parentes — sicut in vere cibata est ab eis. Quidam tamen dicunt, quod non cibat haec auis parentes nisi in senectute, quando virtus earum deficit, sicut superius diximus de ciconiis.* Deinceps φασὶ δὴ Junt. Camot. Narrationem transtulit Aelianus H. A. 11. cap. 30. ὁ μέροψ ὄρνις ταύτῃ τοι δοκεῖ δικαιότερος εἶναι τῶν πελαργῶν· οὐ γὰρ ἀναμένει γηράσκοντας ἐκτρέφειν τοὺς πατέρας, ἀλλὰ ἅμα τῷ φῦσαι τὰ ὠκύπτερα τοῦτο ἐργάζεται. Plinius 10. s. 51. *Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens, pallido intus colore pennarum, superne cyaneo, primori subrutilo. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine.* Aeliani loco inepte abusus est Pauw ad Philen p. 341. ad tentandam vulgatam huius nostri loci scripturam.

ὥσπερ τῆς ἀλκυόνος] Versio Thomae post ὥσπερ insertum μὲν reddidit, κυάνεον *fuscum* interpretatur, et verba sequentia aliter scripta habuit. Reddidit enim *quae autem circa alas rubea.* Legit igitur in libro suo τὰ δὲ περὶ τὰς πτέρυγας ἐρυθρά. Gaza ἄκρων πτερυγίων vertit *postremae pinnulae rubrae habentur.* Plinius *primori subrutilo*, omissa alarum mentione. Camus: *l'extremité de ses ailes est rouge.* Structuram verborum duram emollire conabatur Sylburg scribendo τῇ δὲ ἰδίᾳ — ὠχρὰ — κυάνεα.

ὑπὸ τὴν ὀπώραν] Vulgatum ὑπὲρ iam olim corrigi voluit Sylburg ita, vt monstrante Med. Canis. fecit Camus. Versio Thomae: *tempore fructuum.* κρημνοῖς μαλακοῖς

praecipitiis mollioribus vertit Gaza. Albertus totum locum ita vertit: *Sed de aue vocata marochos referunt, quod non tantum in senectute cibat parentes, sed omni tempore, postquam accepit virtutem volandi et industriam quaerendi cibum, tunc statim recedentibus filiis a nido parentes intrant in nidum et manent in eo sine labore procuratae a filiis. Et femina quidem huiusmodi auis tempore fructuum primitiuorum pullificat sex vel septem pullos, et dum ipsa cubat, cibatur a mare, et faciunt sibi nidos in altissimis locis praeruptis mollibus, quae cauari possunt, ita quod intrant in antrum per quatuor cubitos aut plures, et ibi faciunt nidum sicut hyrundines terrestres.* Mirum coloris mentionem omitti ab Alberto; sed is libro 23. ita: *Merops est auis de picorum genere, cuius garritum augures multum obseruant, et aliquantulum viridis, et ideo picus viridis vocatur Habet tamen etiam in dorso aliquantulum coloris kyani, in pectore subrutilus est et in ventre pallet caliditate naturali. Fodit autem in terra ad altitudinem sex pedum et ibi nidum construit, et pullos vsque ad perfectionem nutrit.* Seruius ad Georgic. 4, 14. *meropes sunt virides et vocantur apiastrae, quia apes comedunt.* Ibidem Philargyrius: *Meropes rustici barbaros appellant.* Plurimi fere interpretes meropem apiastrum Linnaei a Bellonio Observ. 1, 10. in insula Creta repertum, vbi μελισσοφάγο audit, interpretantur, a quo tamen colore diuersum censuit Scaliger. Colore quidem, praecipue remigum apice rubro, melius conuenit Merops congener Linnaei, ceterum satis ignotus. De nidificationis tempore paucarum specierum satis constat. Insolitum certe tempus editur ab Aristotele ὑπὸ τὴν ὀπώραν, id est versus illud tempus calidissimum, quod sequitur θέρος, et quod Graeci ab exortu caniculae vsque ad exortum Arcturi numeratum dicunt ὀπώραν, vt docuit Mercurialis in Obseruationum libro. Κρημνοὶ possunt etiam intelligi ripae et littora fluuiorum

et maris, in quibus ad Danubium etiam nidificantes meropes vidit Kramer.

2. ἐστὶ μὲν] Versio Thomae ἐστὶ δὲ reddidit. Deinceps Med. κόρυδνος habet, Albertus auem nominat *coratoz.* Postea vulgatum ἕλοῦσα ex Med. Canis. mutaui. Gaza vertit: *nidum sibi ex alo herba euulso stirpitus facit.* Thomas: *a conli trahens a radicibus.* In compendio scripturae fortasse *connaturali* latet. Albertus: *Est et alia auis hobariz vocata, quae est citrina: eius enim inferiores partes sunt declinantes ad citrinitatem: et quantitate aequalis fere est aui, quae coratoz vocatur, et ouat V vel VI oua, et nidificat in plantis quibusdam, quae ceomokoron graece vocantur, et sunt arbusta quaedam, et ingeniose componit sub eis lanam et pilos.* Scaliger: *ex symphyto radicitus extirpato.* Camus: *il fait son nid avec de la consoude, qu'il arrache jusqu' à la racine.* Aelianus H. A. 4, 47. χλωρὶς ὄνομα ὄρνιθος, ἣ πεσοῦν οὐκ ἂν ἀλλαχόθεν ποιήσαιτο τὴν καλιὰν ἢ ἐκ τοῦ λεγομένου συμφύτου· ἔστι δὲ ῥίζα τὸ σύμφυτον εὑρεθῆναί τε καὶ ὀρύξαι χαλεπή· στρωμνὴν δὲ ὑποβάλλεται τρίχας καὶ ἔρια. *Καὶ ὁ μὲν θῆλυς ὄρνις οὕτω κέκληται, ὁ δ' ἄῤῥην, χλωρίωνα καλοῦσιν αὐτόν.* ad quem locum annotatio turpem Aeliani errorem de chloride et chlorione permutatis coarguit. Quid in nostro loco scriptum legerit pro ἕλοῦσα et πρόσριζον, difficile est coniicere ex eius paraphrasi. Magis tamen ea conuenit scripturae ἕλκουσα et vocabulo πρόῤῥιζον, quod cum Gaza vertit etiam Scaliger. Contra Camus πρόσριζον magis reddidit. Albertus vel Scotus aliud quid quam ἕλοῦσα vel ἕλκουσα πρόσριζον vel πρόῤῥιζον interpretatus esse videtur.

καὶ ἡ κίττα] Versio Thomae: *et merula et kissa et in stercora nidi. ex his faciunt. Ex his autem habet nidus acanthilliulni.* Med. pro ἐντὸς habet ἐκτὸς et ἀκανθιλλίδνος. Diuersam scripturam secutus est Thomas. Scaliger in hoc loco reprehendit Philosophum, quod in pica frustra repetat, de merula vero male differat. Nec esse verum ταὐτὸ

τοῦτο; neque enim ex symphyto construere nidos. Itaque putat melius fuisse dicere τὰ γὰρ ἐντὸς, quam καὶ τὰ ἐντός. Videri enim et symphytum componere et consternere pilos. Gaza: *Solerti porro ingenio argathylis in ripariarum genere suum instruit nidum; filis enim lineis intexit specie pilae.* Albertus post superiora: *et facit nidum fere similem nido cocokoz: haec est auis quae nutrit gugulum, et sicut auis, quae graece vocatur cycatha, quam latini chynomolgum vocant. Componunt istae aues nidos suos sphaerice: chynomolgus autem facit nidum sphaericum et facit introitum valde paruum.* Gazae errorem iam olim coarguit Scaliger ex Plinii scriptura praua et male intellecta huc illatum. Plinius enim 10. s. 50. *In genere vitiparrarum est, cui nidus ex musco arido ita absoluta perficitur pila, vt inueniri non possit aditus. Acanthyllis appellatur eadem figura ex lino intexens.* Ita scilicet edidit locum Harduinus ex fide Codicum, cum Editiones antiquissimae haberent *In genere viteriparum*, vnde Rhenanus, H. Barbarus et Gaza *ripariarum* effecerunt. Deinde libri antea editi habebant *argatilis*, Codices autem scripti plurimi *Agatillis.*

σφαῖρα λινῆ] Gazae versionem antea posui et Alberti. Scaliger ita: *textus enim est perinde atque pila linea.* In annotatione lini surculis textum interpretatur. Peius Camus: *Les parties sont entrelacées les unes avec les autres; on diroit une pelotte de filasse.* Acanthyllidem auctore Belonio gallice *Serin* vocat Camus. Aelianus H. A. 4, 5. κορυδαλὸς δὲ ἀκανθυλίδι νοεῖ πολέμια. Athenaeus 2. p. 65. ἀκανθυλλίδας vocat, ex Boeo Antoninus Liberalis cap. 7. ἄκανθον et ἀκανθυλλίδα iuxta nominat vt diuersas aues. Prior aliis ἀκανθὶς audit, sed in nostro Codices etiam plures ἄκανθον nominant. Sed idem Boeus filiam Autonoi, quae in ἀκανθυλλίδα mutata dicitur, ἀκανθίδα vocat, vt merito dubitari possit, an diuersa sit acanthyllis.

3. τὸ κινναμωμον] Juntina et Camot. simplice, non ge-

minata litera 'ν vocabulum scriptum exhibent. Verba *ὄρνεον εἶναι οἱ — καὶ τὸ καλούμενον κιννάμωμον* omissa sunt in Med. Ambr. versione Thomae et Scoti. Gaza ita vertit: *In Arabia cinnamomus auis appellatur, quam surculos cinnamomi portare ac nidum ex his conficere aiunt. nidificat excelsis arboribus et ramis* etc. Pessimo is exemplo Plinii verbis abusus est, qui 10. s. 50. *In Arabia,* inquit, *cinnamologus auis appellatur: cinnami surculis nidificat. Plumbatis eos sagittis decutiunt indigenae mercis gratia.* Ad Indiam locum nostrum retulit Aelianus H. A. 2, 34. *Ὁμώνυμον τῷ φυτῷ κινάμωμον ὄρνιν ἔγωγε τοῦ παιδὸς τοῦ Νικομάχου λέγοντος ἤκουσα, καὶ τὸν ὄρνιν κομίζειν ἐκεῖθεν* (*ἐκεῖνον* scribo) *τὸ φερώνυμον τοῦτο δὴ τὸ φυτὸν εἰς Ἰνδοὺς, εἰδέναι δ' ἄρα τοὺς ἀνθρώπους, ὅπου γε καὶ ὅπως φύεται, οὐδέν.* Locum nostrum excerpsit etiam Eustathius ad Dionysii Periegesin versu 939.

ἐφ' ὑψηλοῦ δένδρου] Vulgatum ex Med. Canis. Vatic. et versione Thomae, vbi est *ὑψηλῶν δένδρων,* corrigere non sum ausus. Similiter Gaza: *nidificat excelsis arboribus et ramis.* Albertus: *construit nidum suum ex ipso, et construit hunc nidum in altissimis arboribus et colligat in cacumine ad ramos arborum, vt inaccessibilis sit ab hominibus volentibus colligere cynamomum.* Versio Thomae *ἐν τοῖς θαλλοῖς in ramis* reddidit. Verum inepta tautologia *ἐφ' ὑψηλῶν δένδρων* vel *ὑψηλοῦ δένδρου, καὶ ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων,* quae tamen non offendit Scaligerum, qui vulgatam breuiter vertit: *nidum aedificare summis arborum ramis impositum:* satis arguit vitium scripturae vulgatae et Codicum. Accedit Herodoti locus 3, 111. qui primus narrationem scripto prodidit: *ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν· φορέειν δὲ τὰς ὄρνιθας ἐς νεοσσιὰς προσπεπλασμένας ἐκ πηλοῦ πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίην εἶναι.* Quanquam is diuersam Phoenicum mercatorum narrationem se-

cutus esse videatur; neque enim sagittis decutere Arabes dicuntur surculos nido impositos cinnamomi, sed longe diuersa ratione potiri iis. Herodotum ex parte sequitur Aelianus H. A. 17, 21. τὸν κιννάμωμον ὄρνιν ἀκούω εἶναι, καὶ μέντοι καὶ κομίζειν καρφη φυτοῦ τοῦ ὁμωνύμου ἐκ των τῆς γῆς τερματων (ita Vindob. Codex pro τελματων habet) καὶ καλιας ὑποπλέκειν, ἔνθα Ἡρόδοτοί τε ᾄδουσι καὶ ἄλλοι, φιλοῦσι δέ πως οἶδε οἱ ὄρνιθες τὰς ἑαυτῶν εὐνάς τε καὶ καταγωγὰς ὑφαίνειν. Extremi membri defectum manifestum Gronouius supplere conatus est ex Herodoto scribendo: φιλοῦσι δ' ἐν πρώοσι; equidem τουτοις τοῖς καρφεσι vel ἐκ τούτων τῶν καρφῶν malim addere. Rationem collige di cinnamomi duxit non ab Herodoto, sed ab Aristotele; sagittas enim adhibuit et plumbatas: ὀϊστοὺς βαρεῖς ῥοίζῳ βιαιοτάτῳ καὶ νευρᾶς ἐντασει σφοδρᾷ ἰσχυρᾶς κατα τῶν κλαδων ἀφιᾶσιν. Igitur is tuetur verba nostri ἐν τοῖς θαλλοῖς τῶν δένδρων. Praeterea is in nostro τὸν κινναμωμον scriptum rectius legisse videtur. Contra Antigonus cap. 49. sensum magis quam verba nostri loci excerpsit ita: Λέγειν δέ τινας καὶ τὸ κιννάμωμον ὄρνεον εἶναι, καὶ τὰ ἀρωματα φέρειν, καὶ τὰς νεοττείας ἐκ τουτου ποιεῖσθαι· νεοττεύειν δ' ἐφ' υψηλῶν δένδρων καὶ ἀβατων· τοὺς δ' ἐγχωρίους μόλιβδον τοῖς ὀϊστοῖς προστιθέντας τοξεύειν καὶ καταῤῥηγνύειν τὰς νεοττείας. Vides plura verba esse in Antigono, quae Philosophus non posuit; nec equidem ausim scripturam Codicum ἐφ' υψηλῶν δένδρων defendere auctoritate Antigoni. Vnde enim duxit hic sequens καὶ ἀβατων? Maneo igitur in ea opinione, verbum δένδρου in priore membro ab aliena manu accessisse, quo sublato reliqua oratio bene procedit, nec Herodoti narrationi contraria est. Igitur δένδρου seclusi.

μολυβδον] Med. μόλιβον. Deinceps προστιθέντας ex h. l. retulit Antigonus. Sequens ἐκ τοῦ φορυτοῦ Gaza vertit: *atque ita discusso in terram cinnamomum legunt.* Scaliger: *atque ita ex congesto colligere cinnamomum.* Pessime

Thomas *ex fructibus* vertit. Albertus rationem hanc tradidit: *homines autem regionis illius accipiunt quassatam longam, quam graeci astaroz vocant, et excutiunt nidum ab arbore, et aliquando sagittis plumbatis deponunt et colligunt cynamomum.* Fabulae originem ex incolarum insulae Taprobanae narratione de cinnamomo agresti sato a picarum genere aliquo semina deuorante enarrare conatus est *Heeren* in libro *Ideen zur Geschichte* Tom. II. p. 734. edit. prioris.

CAPVT XV. (vulgo XIV.)

μακρὸν δὲ] Ambr. *μικρόν.* Albertus haec omnia ad cinnamomum auem referens halcyonis nomen omisit: *Est autem haec auis maior modicum passere, et color eius est caelestis et citrinus, ita quod isti colores distincti sunt in aue ista per varietatem quandam, et habet rostrum longum, cuius color etiam declinat ad citrinitatem.* Plinius 10. s. 47. *Ipsa auis* (halcyon) *paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore, tantum purpureis et candidis admixtis pennis, collo gracili ac procero.* vbi vides pro rostro collum memorari, et colorem etiam variari.

ἡ δὲ νεοττία παρομοία — ἐστὶν] Sylburgius *αἱ δὲ νεοττίαι παρόμοιαι — εἰσὶν* malebat; sed Philosophus mire variat saepe structuram verborum promiscue numeros adhibens. Deinceps *ἁλὸς ἄχναις* separatim scriptum habet Med. Gaza vertit: *et iis, quae a flore maris halosachnae dicuntur.* Thomas: *rasis salis.* Videri possit genus alcyonii quintum Dioscoridis 5, 136. *ἔοικε μὲν κατὰ τὸ σχῆμα μύκητι, ἄνοσμόν τε ἐστὶ καὶ τραχὺ, ἔνδοθεν μὲν κισσήρει κατα τι ἐοικὸς, ἔξωθεν δὲ λεῖον, δριμύ· ὃ πλεῖστον ἐν τῇ Προποντίδι κατὰ τὴν καλουμένην Βέσβικον νῆσον γεννᾶται, ὃ ἐπιχωρίως ἁλὸς ἄχνην καλοῦσι.* Quae repetii: Galenus; quintum genus Plinius omisit.

ὑπόπυῤῥον] Vulgatum *ὑποπυρον* Sylburgius correxit. Gaza *leuiter rufo colore* vertit. Sequens *σικυαις* Gaza *cucurbitis medicinalibus* vertit, Thomas *sikis.* Scaliger

hortensem intelligi mauult, medicinales enim collum longum non habere. Albertus tamen ita post superiora pergit: *Figura autem nidi sui assimilatur figurae pineali, sed non habet colorem viridem, sicut pinea: color enim nidi declinat ad rubedinem propter cynamomum, quod imponit. Figura igitur nidi est sicut figura ventosae, quae habet collum longum: et inueniuntur nidi isti diuersae quantitatis.*

μέγεθος αὐτῶν] Reg. αὐτῆς habet. Sequens κατάστεγοι Gaza vertit *conseptus stipatusque vndique est.* Thomas: *commassati autem.* Scaliger: *omnes autem consepti soliditate et cauitate crebra constant.* Equidem tamen κατάστεγοι, quod est opertum, tecto munitum, et in sphaerica figura per se intelligitur, mutandum censeo in κατάστεγνοι, quod non solum densum significat, sed inprimis id, quod hic locus postulat, nempe id quod aquam arcet.

σιδηρίῳ ὀξεῖ] Vertit Thomas *ferro acuto*, Gaza *ferramento.* Deinceps vulgatum διαθραύεται Med. R. A. mutant in θραύονται. Sequens ἁλοσάχνη vel ἁλὸς ἄχνη, vt est in Medic. Thomae *rasura salis.* Albertus pro halosachne nominat nidum pici, *qui constructus est ex lignis sibi inuicem implexis et insertis.* Sed deinceps idem habet: *sicvt fit in pomo pineae, quae ex lignis sibi valde consertis componitur, quod facilius manu dislocantur quam ferro scindantur.* Plinius l. c. *Nidi earum admirationem habent, pilae figura, paulum eminenti, ore perquam angusto, grandium spongiarum similitudine: ferro intercidi non queunt, franguntur ictu valido, vt spuma arida maris. Nec, vnde confingantur, inuenitur. Putant ex spinis aculeati: piscibus enim viuunt. Subeunt et in amnes: pariunt oua quina.* Plutarchus: ὥστε καὶ λίθῳ καὶ σιδήρῳ δυσδιάλυτον εἶναι καὶ δύστρωτον. Aelianus: καὶ εἴγε παίοις λίθῳ, οὐκ ἂν διατρήσαις αὐτά· εἰ δὲ καὶ διακόψαι σιδήρῳ ἐθέλοις, τάδε οὐκ ἂν εἶξαι. In Plinii loco recte Jo. Fr. Gronov *spinis acularum* correxit, vti libri 32. cap. 11. *belonae, quos aculeatos vocamus,* idem in *aculas* mutauit.

Turnebus ad Theophrastum de Odoribus s. 35. *acus* emendauerat. Ad eum locum dixi plura de halosachna, genere alcyonii. Postea ἔχει intelligebat Sylburg post στενὸν supplendum. Casaubonus εἰς εἴσδυσιν malebat, et sane Thomas vertit: *quantum pro introitu paruo.* Abhinc ἀναστροφῇ scriptum legit Thomas vertens *cum redierit.*

τῆς βελόνης] Aelianus 9. H. A. 17. συμπλέκουσά τε καὶ ἀθροίζουσα τὰς τῆς βελόνης ἀκάνθας, δεσμῷ τινι ἀποῤῥήτῳ τῆς εὐθημοσύνης περιλαμβάνει τὸ ποίημα. Modum etiam struendi addit, sed ex Plutarcho de Solertia p. 199. ed. Hutten., qui formam nidi his verbis descripsit: ὥστε γενέσθαι στρογγύλον εὐήρεμον προμήκει τῷ σχήματι, ἁλιευτικῷ κύρτῳ παραπλήσιον. vbi Edd. ante Stephanum ἐνήρεμον, quidam libri scripti εὐήμερον habent, Reiske εὐήρετμον, Wyttenbach εὔερμον coniiciebat. Si compares Aeliani paraphrasin: στρογγύλον δὲ ἡσυχῇ τὸ ἔργον ἀποφαίνει καί τι καὶ κολπῶδες ὑπόμηκες οἱονεὶ πλέγμα κύρτου δημιουργοῦσα, facile videbis, ἠρέμα fuisse in loco Plutarchi, quod Aelianus ἡσυχῇ interpretatus est. Totus igitur iste locus ita scribendus et distinguendus erat: στρογγύλον, ἠρέμα πρόμηκες τῷ σχήματι, ἁλιευτικῷ etc. Albertus: *ex spinis animalis dicti bellocum: haec est aculeatis intermixtis spongiosis quibusdam corporibus. Quidam autem ferunt, eam hunc introitum ex pure spongiosis componere. Viuit autem haec auis ex venatione piscium, et est auis luxuriosa valde tota vita sua coiens, et coire incipit post quatuor menses.* Addit deinde haec: *Auicenna autem omnino aliter tradit de aue ista. Dicit enim, quod chymolgus respergit nidum suum sphaericum de cynamomo et nidificat tantum in altissimis summitatibus arborum et nunquam in littore maris, et nidum facit de filis et pilis et lanis, et interiora de cynamomo. et hic nidus deiicitur sagittis plumbatis, sicut dictum est. Alia autem auis est, quam vocat fauorath graeco sermone, qui est picus marinus et agrestis, qui maior est aliquantulum passere, cuius*

color est color lazuli cum aliquanto virore: et rostrum eius est longum, subtile, declinans ad nitorem. Nidus eius habet similitudinem pomi pineae, et facit nidum ex materia quadam, quae assimilatur ossi sepiae, et est concauus ad modum cannae: est autem materia dura valde, non de facili secabilis aut findibilis, sed est conteribilis multum: et apertura nidi sui est adeo parua, quod aqua maris in effluxu non potest intrare: sed ad hoc iuuat materia, ex qua fit, quae intumescit ex humore maris: hanc autem materiam vocant homines terrae illius aculeum, eo quod os, ex quo construitur nidus, est ex quodam animali, quod vocatur aculeus: et haec auis viuit ex venatione piscium maris, et aliquando vadit ad fluuios, qui sunt iuxta mare, et sua oua sunt quinque numero: et luxuriat toto tempore vitae suae, et incipiunt coire in aetate quatuor mensium: et hoc est probabilius, quam primum quod dictum est secundum Aristotelem, cuius liber apud nos in multis est diminutus. Optabam, vt inspiciendae versionis Scoti copia mihi esset, quo possem accuratius iudicare, an Auicennae versio sit diuersa ab altera Scoti, quod innuere videtur locus Alberti. Tacet etiam hic Camus.

ἐπὶ τοὺς ποταμοὺς] Camus ex Med. Canis. V. A. *ἀνὰ* recepit. Gaza vertit: *amnes etiam subit ascendens longius.* Ita scripturam *ἀνὰ τ. π.* interpretatus esse videtur. Deinceps *λοχεύεται* malim mutatum in *ὀχεύεται*, quo saepius de animalium genere vtitur, quanquam *λοχεία* sit de columbis feminis 9. cap. 8. Gaza vertit: *Foetificat toto suae aetatis tempore.* Thomas: *generat autem per vitam.* Albertus aperte *ὀχεύεται* expressit. Rem ita tradidit Plutarchus l. c. *φίλανδρος μὲν οὕτως ἐστὶν, ὥστε μὴ καθ' ἕνα καιρὸν, ἀλλὰ δι' ἔτους συνεῖναι καὶ προσδέχεσθαι τὴν τοῦ ἄῤῥενος ὁμιλίαν, οὐ διὰ τὸ ἀκόλαστον, (ἄλλῳ γὰρ οὐ μίγνυται τὸ παράπαν) ἀλλ' ὑπ' εὐνοίας, ὥσπερ γυνὴ γαμετὴ, καὶ φιλοφροσύνης*, vnde *ὀχεύεται* etiam confirmari videtur. Scaliger vertit: *quamdiu viuit, foecunda est.* Au-

ctor Ixeuticorum 2, 7. *τῶν ἀλκυόνων οὐκ ἂν εἴποι τις εἰς φωνὴν ὄρνεις ἡδίους. — φιλοῦσι δὲ οὕτως τὴν θάλασσαν, ὡς παρὰ τοῖς κύμασι τιθέναι τὰς καλιάς, καὶ τὰ μὲν στέρνα βρέχειν, τὴν οὐρὰν δ' ἐπιτιθέναι τῇ χέρσῳ.* Materiam nidi nominat is *βρύα, ἀμπελίδας, βόστρυχας, ἀκανθίδας καὶ βοτάνας ἑτέρας ἐκ τοῦ πελάγους.* De habitatione et victu addit: *διόπερ αὐτοὺς ἐν νυκτὶ νέμεσθαι καὶ περὶ τὰ μέρη τῶν λιμνῶν καὶ ποταμῶν διάγειν τὰ ἐρημότατα πεποίηκεν ὁ Ζεύς.* Femina in extremo cantu repetere *κήϋξ* dicitur, quasi maritum inclamans. Ex qua nota forte alii doctiores genus auis agnoscent. Auctor Kyranidum p. 117. *ἀλκυὼν volucris est speciosa valde, sublazura vel subuiridis, vario colore, in litturibus degens maris.— comedit autem paruos pisciculos.*

CAPVT XVI. (aliis XV.)

τὴν νεοττίαν μάλιστα] Versio Thomae *μὲν* ante *μάλιστα* insertum reddidit, et Albertus *τὴν ἰδέαν modum vocis* interpretatur: addit tamen: *Auicenna tamen dicit de hac aue, quod colorem mutat hyeme et aestate potius quam vocem.* Similem diuersitatem versionis Scoti et Auicennae capite superiore vidimus. De vpupa repetit infra ex Aeschylo cap. 49. vbi plura dicentur. Ibi *τὴν ἰδέαν καὶ τὸ χρῶμα μεταβάλλει* est. De stercoris humani vsu negant ornithologi plerique omnes, et fabulam ortam putant ex foetore pullorum et parentum in cauis nidificantium, vbi stercori suo immorantur; tamen in cadaueribus foetidis cloacisque lubenter nidificare ex relatione Pallasii affirmat Pennant Britannicae Zoologiae Vol. I. p. 258. et Arcticae Zool. II. p. 207. vers. germanicae. Narrationem de nido repetiit et auxit nugis Aelianus H. A. 3, 26. Tereum in vpupam mutatum ex Boeo vbi narrat Antoninus Liberalis cap. 11. addit: *ἔποψ, αἴσιος καὶ πλέουσι καὶ ἐπὶ γῆς φανείς, σὺν ἁλιαιέτῳ δὲ ἢ ἀλκυόνι μᾶλλον.* vnde suspiceris, auem potius esse marinam, quam terrestrem, et a vulgari

nostra vpupa diuersam. Cf. Ouidii Metam. 6, 674. Ceterum Albertus: *Hakocoz autem, quam nos vpupam vocamus.*

αἰγίθαλος] Gazae *parus*: μελαγκόρυφος, *atricapilla*: ὁ ἐν Λιβύῃ στρουθὸς, *Africa struthio.* Deinceps τίκτει δὲ καὶ περιττὰ Med. habet. Verba βόσκεται τοὺς σκώληκας Thomas vertit *depascitur vermes.* Albertus mire hunc locum peruertit ita: *Passerum etiam Libyae sunt multa genera, sed in hoc conueniunt, quod faciunt omnes multa oua valde, et quoddam genus vocatur maletutyon, quod multa ponit oua: alia autem genera ouant X oua aut XII, et aliquando XX, quae omnia pullos emittunt. Et facit passer iste nidum suum in concauitatibus arborum, sicut apud nos parix, et cibantur isti passeres vermibus.* De melancorypho alibi dicendi commodior erit locus.

ἴδιον δὲ τούτῳ] Vulgatum τοῦτο ex Gazae versione iam olim corrigi iussit Scaliger et Sylburg, et auctoritate Med. versionis Thomae correxit Camus. Plinius 10. s. 43. de sola luscinia: *linguis earum tenuitas illa prima non est quae ceteris auibus.* Albertus post superiora pergit: *et habent proprium, quod, cum capiant vermes in arboribus et gyrent libros arborum, tamen non habent linguas acutas, sicut picus, eo, quod beneficio rostri totum perficiunt, nec ita cauant arbores, sicut picus.*

αἴγιθος] Vulgatum αἰγίοθος correxit Camus ex Med. et Veneto, vti iam olim C. Gesner et Sylburg fieri voluerunt. Versio Thomae: *egithus autem non vitalis.* Plinius ex aliis nostri locis aegithum nominauit, et 10. cap. 8. s. 9. *Accipitrum genera sedecim inuenimus: ex iis aegithum claudum altero pede prosperrimi augurii nuptialibus negotiis et pecuariae rei.* Solus accipitrum familiae adscribit aegithum ab iis plane alienum, immani sane errore. Antigonus Carystius cap. 51. de aegitho tradit primum, quae alii de αἰγοθήλᾳ narrant, deinde subiungit haec: ἐστὶ δὲ χωλὸν τὸ ὄρνεον· ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ὁ ἐκ τοῦ Αἰγύπτου,

περίτρανος εἶναι βουλόμενος, ἔφησεν, προείπας ὑπὲρ ἄλλου τινὸς ὀρνέου, αἴγιθος ἀμφιγνήεις. Οὐ σώζεται οὖν αὐτῷ ὁ λόγος· ἔστι γὰρ οὐκ ἀμφότερα χωλόν. Ita obiter scriptura librorum Aristotelis firmatur etiam testimonio Callimachi, cuius liber περὶ ὀρνίων ex nostro fuit traductus. Sed locus ab Antigono positus ex carmine aliquo excerptus est. Occasionem errandi Antigono praebuit vel nominum similitudo vel etymologia, quam posuit Etymologicum M. αἴγισθος, παρὰ τὸ θῶ τὸ θηλάζω, καὶ τὸ αἴξ, αἴγιθος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ Αἴγισθος· ἱστοροῦσι γὰρ αὐτὸν αἰγείῳ γάλακτι τροφῇ χρήσασθαι. Auctor Ixeuticorum 1, 10. *αἴγινθον* vocat; 3, 14. eum narrat capi imposito caveae verme vel nuce. Denique pro χωλὸς Vatic. habet χλωρὸς, et versio Thomae *viridis*. Ex Scoti versione Camus posuit haec: *habet pedes citrinos*. Albertus ita: *Auis autem dicta habynoz est valde mansueta in moribus et habet pedes citrinos, et facit multos pullos et nutrit per magnam industriam quaerendi cibum.*

βιομήχανος] Gaza: *ad vitae munera ingeniosus*. Scaliger rectius: *industrius ad victum*. Albertus: *Auis autem dicta florietus est apta ad discendum, et hanc auem vocat Auicenna haudon, dicens, quod est imitatrix gestuum humanorum, sicut simia, et habet in cantu delectabiles modulationes: nec habet acutam extremitatem in lingua, quod tamen fere omnibus conuenit auibus, et hoc est sibi proprium. Est auis astuta, sicut simia, et est mali coloris, aliquantulum ad nigredinem pallidam declinantis.* Vides confundi lusciniae (ἀηδόνος) nomen et historiam cum narratione de chlorione. Praeterea vocabuli κακοπετὴς vestigium in versione nullum apparet, vti Aelianus H. A. 4, 47. vbi chloris cum chlorione confunditur, κακοπαθὴς scriptum legisse quoque videtur. Ita enim ille: ἐστὶ τὸν βίον μηχανικὸς, μαθεῖν τε πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸς καὶ τλήμων ὑπομένειν τὴν ἐν τῷ μανθάνειν βάσανον, ὅταν ἁλῷ. Ceterum vide dicenda ad 9, 21.

2. (Vulgo 16.) ἐλέα] Med. Ambr. ἡ δὲ ἔλαια. Gazae versio: *velia*. Scoti: *Lehe*. Alberti: *Leke*. Diuersa auis ab ἐλεῷ supra nominato 8, 5. Hesychio ἐλέας ὀρνέου εἶδος. Aristophani Auium versu 302. est auis ἐλεᾶς, iterum 885. ἐλεᾷ καὶ βάσκᾳ. Hesychius: ἐλειὸς, εἶδος ἱέρακος. De aue Aristophanea nil constat; haec nostra certe ad palustres pertinet, nomen etiam inde nacta.

ὥσπερ ἄλλος τις] Vulgatum ἄλλη τις ex Med. Vatic. correxi. Praeterea εἴπερ malim. Gaza etiam vertit: *cum primis vitae commoditate nota est.* Scaliger: *Helea, si qua alia auium, facile sibi victum quaerit.* Deinceps vulgatum ἐπισκοπεῖ Gaza vertit: *inspectat paludes ab arundinibus summis.* Scaliger: *ab summis arundinibus paludes circumspectat.* Firmant etiam Med. V. A. et Editio Basil. Contra ἐπισκεπεῖ habent Aldina, Junt. Camot. et in versione Thomae est *in sole et loco protecto.* Legit igitur scriptum ἐν ἡλίῳ καὶ ἐπισκεπεῖ. In Theophrasti hist. pl. 4, 1. opponuntur palustribus et fluuiatilibus τὰ τοὺς εὐσκεπεῖς καὶ εὐηλίους, τὰ δὲ μᾶλλον τοὺς παλινσκίους. vbi Gaza edita vertit; Brodaeus ἀσκεπεῖς inde corrigebat. Infra cap. 28, 2. pro τόπῳ εὐσκόπῳ quidam εὐσκεπεῖ scriptum legunt. Bis in Theophr. c. pl. 1, 15. iunguntur εὐσκεπεῖς τόποι καὶ πρόσηλοι. vbi Budaeus pro εὐδιεινὸς positum censuit. Albertus ita: *Auis autem leke vocata propter debilitatem suorum spirituum in aestate manet in vmbra, — et in hieme sedet in sole, ne extinguantur frigore. Adhuc autem in aestate manet saepe in locis, qui ventis opponuntur, — et haec auis paruae quantitatis et debilis vocis propter suorum spirituum tenuitatem.* Scotus ita: *Animal, quod dicitur lehe, in aestate manet in vmbra et in locis oppositis vento, et in hieme in locis, in quibus abundat sol, et est paruae quantitatis et debilis vocis, et animal, quod dicitur odepereles, habet pulcram vocem.*

3. καὶ ὁ γνάφαλος καλούμενος] Haec verba et sequentia τήν τε φωνὴν ἔχει ἀγαθὴν cum Med. et Ambr. omisit

Gaza et Thomas. Albertus ita: *E contra auis edepellus pulchram sonoram habet vocem et pulchrum aspectum, et conuenientem figuram: et hoc habet proprium, quod, vt dicitur, quasi semper est peregrina: semper enim fere manet extra regionem suae habitationis et natiuitatis.* Vides nomen etiam cum genere auis esse incertum; nec coniectura Buffoni de garrulo Bohemico Linnaei auctoritatis tantillum habet.

ἐν τοῖς μὴ οἰκείοις] Gaza vertit: *quae raro nostris locis appareat.* Scaliger: *raro aliis quam natiuis locis.* Thomas: *in non habitatis locis.* Legit igitur scriptum *ἐν τοῖς μὴ οἰκουμένοις τόποις.* Camus: *hors des lieux où son habitation est fixée.* In annotatione suspicatur, negationem *μὴ* delendam esse; cuius equidem suspicionis causam non intelligo.

4. (Vulgo c. 17.) *κρέξ*] De hac supra: *καὶ κρὲξ πολεμεῖ κολοιῷ καὶ κοττύφῳ καὶ χλωρίωνι· — καὶ γὰρ αὐτοὺς βλάπτει, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν.* Contra Aelianus H. A. 4, 5. inimicas posuit ciconiam et crecem cum mergo vel *αἰθυίᾳ.* De Partibus 4, 12. de digitis auium: *τουτων δὲ ὁ μὲν τρεῖς ἔχει πρόσθεν, ὁ δὲ ἕνα ὄπισθεν πρὸς ἀσφάλειαν πτέρνης. Καὶ τῶν μακροσκελῶν λείπει τοῦτο κατὰ μέγεθος, οἷον συμβέβηκεν ἐπὶ τῆς κρεκός.* vbi vocabulum *ὄπισθεν* ex versione Gazae, Thomae et Codice Accoramboni addidi. Versio Thomae nomen auis *skrechi* scriptum habet. Herodotus 2, 76. ibin nigram comparat magnitudine cum crece. Singularem rostri formam arguit iocus Aristophaneus in Auibus versu 1138. vbi creces lapides a gruibus apportatos apparare rostris dicuntur. *τούτους δ' ἐτύκιζον αἱ κρέκες τοῖς ῥύγχεσιν.* ad quem locum Scholia descripta a Suida habent: *κρέξ, ὄρνεον δυσοιώνιστον τοῖς γαμοῦσιν, ὀξὺ πάνυ τὸ ῥύγχος καὶ πριονῶδες ἔχον.* i. e. *auis inauspicata nuptiis, quae rostrum valde acutum et serratum habet.* De serratura rostri Graeculi inuentum credo esse; acumen arguit verbum *τυκίζειν* a *τύκῳ*, ferramento fabrili vel *λαξευτικῷ* acuto, ductum.

Priorem glossae partem habet etiam Glossarium Herodoteum. Plura non disces a Tzetze ad Lycophr. versu 513. Ceterum liber Med. κρὰξ scriptum habet, versio Thomae *coruus* vertit, igitur κόραξ scriptum legit. Albertus ita: *Est autem et alia auis, quae fraudius a fraude nomen accepit, eo quod magnae est fraudis, et agit vitam in astuciis, et habet plures species, quarum vna cytharin dicta multae est fraudis, tamen est mansueti moris et bonarum consuetudinum, et est habens multos pullos; et hanc aliqui putant esse meropem. Est enim auis pulchra viridis multae generationis de abscisione arborum viuens, quam multum sequuntur nigromantici et augures, eo quod de multis certificat melius aliis auibus.* Vides haec omnia non ad crecem sed sitten pertinere. Crecis igitur nomen et historiam omisit, vt Plinius. Verbum κακόποτμος Gaza *infelix* vertit dubia significatione; Scaliger *inauspicatam* potius significari suspicatur; quam coniecturam firmat locus Scholiorum Aristophaneorum supra positus et Hesychii hic: Κρέξ, κορυφαία· καὶ ὄρνεόν τι, ὃ τοῖς γαμοῦσιν οἰωνίζεται· τάσσεται δὲ καὶ ἐπὶ τροχοῦ. Locum Euphorionis apposuit Tzetzes: ὄν δ᾽ ἤεισε γάμον κακὸν ἰχθόμενος κρέξ. vnde Helena a Lycophrone δυσάρπαγος κρὲξ vocatur.

ἡ δὲ καλουμένη σίττη] Edd. veteres ante Sylburgianam σίπη habent, Gazae versio σίττην reddidit voce *sitta*. Versio Thomae *speghta* habet; sed supra 9, 2. σίττην interpretatur *sittam;* diuersam igitur h. l. scripturam habuit in suo libro. Supra vidimus nomen πιπώ confusum et permutatum cum vocabulis ἵππη et ἵππος; factum idem videtur in σίττη et σίππη. Hesychius: σίττη, ὄρνις ποιός, οἱ δὲ δρυοκολάπτης. Idem σίττας de aue quadam habet, et σίττον alios ait γλαῦκα, quosdam κίσσαν ἢ ἱέρακα interpretari. Auspicium ex hac aue captum respicit versus Callimachi in Etymol. M. v. ἠλεός positus: ὁ δ᾽ ἠλεὸς οὐδ᾽ ἐπὶ σίττην βλέψας. Cf. dicta ad 9, 2.

εὔθικτος] Med. εὔοικτος, Canis. ἀνόητος. Gaza vertit:

sed animus hilaris, concinnus, compos vitae facilioris. Thomae: *plantiua* (sic) *et bene formata et vitalis.* Scaliger: *et ingenio tractabilis et composita, victu parabili contenta.* In annotatione suspicatur, Gazam *εὐσχήμων* scriptum legisse et vertisse. Alberti versionem supra posui, vnde suspiceris, Scotum *εὐήθης* vel *εὐηθικὸς* scriptum legisse. Deinceps vulgatum *ὑλοτομοῦσα* ex Med. Canis. V. A. correxi. *lignum incidens* versio Thomae, *materiem contundens* Gazae. Vocabulum *εὐθήμων* infra cap. 32. iterum Thomas *bene formatus* vertit, atque *εὐσχήμων* etiam ibi scriptum legisse videtur. Gaza ibidem *concinna polita apta* vertit. Budaeus *quadrato corpore et bene compacto* interpretatur in Commentariis Gr. Linguae. Hesychius *εὐθήμονα* interpretatur *εὔθετον* et *εὐσχήμονα.* Aeschylo Choeph. versu 81. *γυναῖκες* sunt *δωμάτων εὐθήμονες*, eandemque significationem ordinandi et bene apteque componendi et disponendi frequentarunt Hesiodus et Xenophon; sed ea huic loco conuenire non videtur. Pro vocabulo *εὔθικτος* Canis. *ἀνόητος* vnde habeat, intelliget is demum, qui mecum primo loco *εὐηθικὸς* scriptum suspicabitur, quod Grammaticus *ἀνόητος* interpretatus est aliquis. Mihi haec tria iuncta *εὔθικτος καὶ εὐθήμων καὶ εὐβίοτος* idem significare videntur, quod alibi breuius dicitur *εὐμήχανος πρὸς τὸν βίοτον.* Vocabulo Polybius vsus est, quo vrbanum et dicacem significaret 17, 4, 4. *ἦν γὰρ εὔθικτος καὶ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος εὖ πεφυκὼς, πρὸς τὸ διαχλευάζειν ἀνθρώπους.* Athenaeus 13. p. 577. *ἦν δὲ ἡ Λαμία σφόδρα εὔθικτος καὶ ἀστικὴ πρὸς τὰς ἀποκρίσεις.* et p. 581. *διόπερ καὶ εὔθικτοι πρὸς τὰς ἀπαντήσεις ἦσαν.* Eodem modo Herodianus 4, 7. *εὐθίκτως πρὸς τὰ λεχθέντα ἀποκρίνασθαι.*

5. *αἰγωλιὸς*] Cf. dicta ad 6, 6. *Vlula* Gazae. Scaliger graecum vocabulum retinuit, et aegocephalum eundem vocari ait. In annotatione ad Librum I. p. 27. Tuscis ait vocari *Barbagiani*, Vasconibus *Praesagam.* Camus cum

Buffono Gallorum *Chouette* vel *grande chevêche* esse censuit.

καὶ οὗτος] Copulam cum Camot. omisit Vatic. Sequens δίθαλος H. Stephano merito suspectum fuit de vitio. Gaza vertit *victus gemini.* Thomas *diuaricata.* Videtur hic δίχαλος vel δίχηλος scriptum legisse. Albertus post superiora ita pergit: *Secunda autem species istius auis est, quam vocant applyens, et haec quaerit cibum nocte et raro apparens de die: manet autem in lapidibus, et est astuti moris et fraudulenti valde.*

κέρθιος] Gazae *certhia.* Nomen hoc in loco vno positum transtulerunt recentiores ad certhiam familiarem Linnaei, quae praesentiam hominis non refugit. Albertus post superiora: *Tertium autem genus est auis parua valde raryeheus, quae fraudulenta valde est et inuida et manet in arboribus: et cibatur per aliam auem, quae dicitur chemychyez, et illa est simplex auis et modesta musica, non satis cauta ad cavendum sibi de insidiis praedictae, quae venatur eam. et haec auis fraudulenta videtur apud nos, quam germanice vocamus Barchengel. Haec enim venatur paruulam auem musicam, quam nos vinconem, quam quidam germanici sichendulam vocant, ab imitatione soni auis ipsius fictitium imponentes nomen.* Vides, quam larga errorum scaturigo fuerit in Alberto graeci sermonis inscitia. Ceterum auis, quam comparat cum ficta sua, est quam Germani nunc *Würgengel* vocant. Pro θριποφάγος Aldina, Junt. Camot. θριπτοφάγος habent.

ἀκανθίδες] Gazae *ligurini*, Thomae *akandes.* Vocem λιγυρὰν Gaza *amoenam*, Thomas *egregiam* interpretatur. Deinceps καὶ κοβιοὶ Med. Etiam Vatic. κοβιοὶ sine καὶ habet. Albertus ita: *Adhuc autem sunt quaedam aues vocatae affinuados, quae viuunt mala vita in fraudibus, sunt mali coloris et sunt acutioris vocis, quam aues quae dicuntur graece akydion, et quam illae quae dicuntur kallon, licet in multis ista tria genera assimilentur.*

CAPVT XVII. (vulgo XVIII.)

ὥσπερ εἴρηται] Supra cap. 2. sect. 8. ad quem locum comparabis annotationem. Sequens *εὐμήχανος* Gaza *sagax*, *δειπνοφόρος καὶ ἔπαγρος coenae gerula et operosa* vertit. Scaliger *ingeniosus et escae studiosus et praedae. Interdiu agit.* Thomas: *cenalis et captans.* Dicitur *ἔπαγρος* praecipue de felici piscium captura, et *ἐργάζεσθαι* de piscatoribus. Albertus post superiora: *Sunt mali et difficilis coitus, sed bonae venationis: industres enim sunt valde ad venandum et fraudulentae, et operationes ipsarum sunt de die; sed ea quae sunt kallon, sunt pulchri coloris: hoc enim vnum, quod est alterum duorum generum enumeratorum, est valde pulchrum, et vtitur coitu sine labore. Saepe enim coit et faciliter nidificat. Nidificat autem super arbores in locis nemorosis, vbi lacus multi et aquae. Est autem aliud quoddam genus ab inductis duobus, quod vocatur astatyos, de quo prouerbium est vulgare in fabulis, quod aliquando fuit seruus piger, diligens quietem, mutatus est a diis in auem: propter quod adhuc ipsa auis iners est et ocio resoluta. Haec igitur tria genera in communi vocantur artadaton, et isti sunt mores horum generum, quos diximus.*

ἀσινῶς] Omisit versio Thomae, *probe* vertit Gaza, *innoxiae veneris* Scaliger. Deinceps *νέμεται δ' ἐν ἕλει καὶ λίμναις* Med. Canis. Equidem tamen, si quid mutandum sit, malim *ἐν ἕλεσι καὶ λίμναις. pascitur paludibus, lacu, campis et pratis* Gaza vertit. Thomas verba *καὶ λειμῶνας* omisit.

ἀστερίας] Thomae *astur*, Gazae *stellaris.* Deinceps *ἐκ δούλου* scriptum legit et vertit Thomas *ex seruo.* Sequens *τούτων* Abr. Gronov ad Aeliani H. A. p. 1026. in *ταύτην* mutari voluit, sine causa idonea.

2. *πώϋξ*] Vulgatum *φώϋξ* Venetus in *φῶϋξ* mutat. Versio Thomae etiam *foyx* habet, quanquam Camus in Indice nominum *Foix* inde apposuerit. Hesychius: *πώϋξ, ὄρνις*

ποιός, ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ ζώων. quam glossam Salmasius referebat ad locum eum huius libri, vbi vulgatur *πτυγγί.* Verum locus Antonini Liberalis cap. 5. docet, hunc nostrum locum intelligi ab Hesychio. Ibi vero haec traduntur: *ἡ δὲ Βουλὶς ἐγένετο πώϋγξ, καὶ αὐτῇ τροφὴν ἔδωκεν ὁ Ζεὺς μηδὲν ἐκ γῆς φυόμενον, ἀλλὰ ἐσθίειν ὀφθαλμοὺς ἰχθύος ἢ ὄρνιθος ἢ ὄφεως. — Τιμάνδρην δ' ἐποίησεν αἰγιθαλὸν, καὶ ἐφάνησαν ἐπὶ ταὐτὸν οὐδέποθ' οἱ ὄρνιθες οὗτοι.* Haec ille ex Boei *ὀρνιθογονίᾳ*, vnde vel ex simili scriptoris antiquissimi libro multa traduxit in opus suum Aristoteles, quae fabulas de permutatis hominum formis admixtas habent vel ad eas referuntur. Etymologicum M. *πώϋγγες, αἱ αἴθυιαι, αἱ κληθεῖσαι βοῦγγες, παρὰ τὴν βοὴν καὶ ἴϋγην.* Eadem Suidas h. v. habet. Auctor huius postremae glossae *πώϋγγα* anem facit aquaticam; contra Boeus et Aristoteles, post ardeas nominans, palustrem potius facere videtur.

πρὸς τὰ ἄλλα] Intellige *γένη*, et si ad proxima *τρία γένη τῶν ἐρωδιῶν* referas, habes argumentum satis certum confirmandae opinionis Bellonii, qui genus ardearum intelligi censebat, quod inter arundines habitat et nidificat, a voce taurina Gallis *butor* vocatum. Captum audacissime impugnat feras et hominem ipsum, oculos imprimis rostri mucrone impetens.

καὶ γὰρ ἐκείνη] Versio Thomae *ἐκείνῃ* lectum reddidit: *simul cum illa viuit.* Aelianus H. A. 2, 47. ex communi fonte haec tradit: *ἡ δ' ὄρειος ἅρπη τῶν ὀρνίθων προσπεσοῦσα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαρπάζει.* ad quem locum posui emendationem loci nostri. Albertus h. l. ita vertit: *Auis autem fraudius, de qua diximus, hoc habet proprium, quod libenter comedit oculos auium, et ideo pugnat acri pugna cum aue quae arky vocatur; sed mores eius in aliis eiusdem auis moribus assimilantur.*

CAPVT XVIII. (vulgo XIX.)

ὁ δὲ ἕτερος λευκὸς] Vulgatum ἔκλευκος ex Med. et Canis. correxit Camus. Versio Gazae *candidum* habet, Scaliger *exalbidum* vertit, Thomas *albescens*. Habuit igitur in suo libro ἔκλευκος. Idem *Cyllene* posuit. Plinius 10. c. 30. s. 45. *Merulae circa Cyllenen Arcadiae nec vsquam alibi candidae visuntur.* Aelianus H. A. 5, 27. *Σώστρατος δὲ τοὺς ἐν τῇ Κυλλήνῃ κοσσύφους πάντας λέγει λευκούς.* Eadem repetiit Stephanus Byzantinus sub nomine *Κυλλήνη*, atque inde Eustathius ad Iliad. β. p. 300. Cum auctario eadem habet Auctor *θαυμασίων* cap. 14. *ἐν Κυλλήνῃ φασὶ τῆς Ἀρκαδίας τοὺς κοσσύφους λευκοὺς τίκτεσθαι, ἄλλοθι δ' οὐδαμῆ· καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι, ἐκπορεύεσθαί τε πρὸς τὴν σελήνην, τὴν δ' ἡμέραν εἴ τις ἐπιχειροίη, σφόδρα δυσθηράτους εἶναι.* ad quem locum operae erit pretium comparare annotationem Jo. Beckmanni. Easdem merulas Cyllenae montis *ὁλολεύκους* vidit et memoravit Pausanias Arcadicorum c. 17. sed non intelligo quae addit: *οἱ δὲ ὑπὸ κωμῳδῶν καλούμενοι γένος ἄλλο που τί εἰσιν ὀρνίθων, οὐκ ᾠδικόν.* Suspicor tamen, intelligi voluisse Pausaniam genus illud gallinaceorum, quod in historia Tanagrae Boeoticae memoratum descripsit 9. c. 22. *τουτων τῶν κοσσύφων μέγεθος μὲν κατὰ τοὺς Λυδοὺς ἐστιν ὄρνιθας, χροὰ δ' ἐμφερὴς κόρακι, κάλλαια δὲ καὶ ὁ λόφος κατὰ ἀνεμώνην μάλιστα, λευκὰ δὲ σημεῖα οὐ μεγάλα ἐπί τε ἄκρῳ τῷ ῥύγχει καὶ ἐπὶ ἄκρας ἔχουσι τῆς οὐρᾶς.* Albertus ita: *Auis autem foceton vocata duorum est generum: vnum est valde nigrum, et alterum est album, et sunt vnius quantitatis et similis vocis, et mansio earum est in regione quae Kaynum vocatur, nec vnquam inuentae sunt in aliis locis.*

τῷ μέλανι κοττύφῳ ἐστὶ λαιός] Vulgatum κοττύφῳ· ἐστὶ δὲ βαιός, τὸ δὲ μέγεθος correxit Camus sublata geminata particula δὲ, ex auctoritate Veneti, Med. Canis. et versionis

Thomae, vbi est: *harum nigrae merulae est fuscus laios. magnitudine autem* etc. Is igitur iuxta nomen *laii* vocabulum φαιὸς pro βαιὸς scriptum legit. Similiter Gaza φαιὸς legit vertens: *est etiam ex hoc genere, quae similis nigrae sit, sed fusca colore.* In Canis. annotatur varietas scripturae φαλός. Jam olim Scaliger, Sylburg aliique cum C. Gesnero viderunt, Gazam φαιὸς, non βαιὸς, scriptum reddidisse, sed verum auis nomen latuit, quod seruarunt fideliter Codices, et ex Boeo posuit Antoninus Liberalis cap. 19. καὶ ἔστιν ἐξ αὐτῶν τὸ γένος τῶν οἰωνῶν λαῖοι καὶ κελεοὶ καὶ κέρβεροι καὶ αἰγωλιοὶ, καί εἰσιν ἀγαθοὶ φανέντες καὶ ἐπιτελεῖς παρὰ τοὺς ἄλλους ὄρνιθας, ὅτι τοῦ Διὸς ἴδον τὸ αἷμα. Qui supra cap. 2. sect. 10. ex Codd. adscitus λαιδὸς vocatur, idem mihi visus πέτρας καὶ ὄρη habitat, cum celeo inimicitias exercere dicitur. Ex Scoti versione apposuit Camus haec: *et auis, quae dicitur leuior, assimilatur ad Kocitor.* Albertus ita: *Est autem auis dicta leneos, quae similis est cuidam aui vocatae chyricos nigra, sed est minoris quantitatis et manet in montanis, et rostrum eius non est rubeum, sicut rostrum chyricus, quod est monedula montana: leneos autem etiam est species monedulae, quae pedes et rostrum nigra habet.*

2. ἐξοβόρος — ῥητίνην] Athenaeus 2. p. 65. h. l. ita excerpsit: τρία δ' εἶναι γένη κιχλῶν Ἀριστοτέλης ἱστορεῖ, ὧν τὴν πρώτην καὶ μεγίστην κίσσῃ πάρισον εἶναι, ἣν καὶ καλεῖσθαι ἰξοφάγον, ἐπειδὴ ἰξὸν ἐσθίει· τὴν δὲ τῷ κοσσυφῷ ἴσην, ἣν ὀνομάζεσθαι τριχάδα· τὴν δὲ τρίτην ἐλαχίστην τῶν προειρημένων οὖσαν, ἰλλάδα ὀνομάζεσθαι· οἱ δὲ τυλάδα λέγουσιν, ὡς Ἀλέξανδρος ἱστορεῖ ὁ Μύνδιος, ἣν καὶ συναγελαστικὴν εἶναι καὶ νεοττεύειν, ὡς καὶ τὰς χελιδόνας. vbi sola Basil. Editio habet vulgatam librorum Aristotelicorum scripturam ἰλιάδα, Codices vero omnes ἰλλάδα cum Eustathio. Quod Camus ait, Aldinam habere ἴλλαδα, id sumtum ex annotatione Sylburgii pertinet ad

Athenaeum, non ad Aristotelem. Vocabulum ῥητίνην Thomas *rumen* vertit.

τριχάς] Vulgatum antea τρίχας Sylburg corrigi iussit. Gaza *pilare* vertit, Thomas *pilosa*. Sequens ἰλιάδα *iliacum* vertit Gaza, et ex nostro laudauit Hesychius, cum libri Athenaei editi et scripti omnes ἰλλάδα habeant, quam scripturam etiam Alexandri Myndii auctoritas tueri videtur, qui hanc speciem auis συναγελαστικὴν vocat, quem ipsum morem vocabulo ἰλλὰς significari tradit Eustathius. In libris Philosophi nulla est varietas in nomine, sed versio Thomae aliam scripturae diuersitatem ostendit his verbis: *aliam vocant quidam yliadem — minus his varia.* Is igitur scriptum legit: ἄλλην καλοῦσί τινες ἰλιάδα· — ἐλαχίστη δὲ καὶ ἧττον τούτων ποικίλη. In Juntina et Camot. est ἐλαχίστη τε. Superest memorabilis varietas libri Med. et Canis. in altera turdi specie, qui scriptum habent κίττα ἐστὶν ἄνευ τριχός. In Alberti versione hic totus locus ita conuersus legitur: *Adhuc autem auis dicta chyali habet tres modos specierum, quarum vnus dicitur harchinus a resina, quae harchinos vocatur, eo quod non comedit nisi resinam arborum abiegnarum. Alia autem species dicitur multum plumosa, eo quod habet multam plumam, et est acutae vocis, et est in quantitate aequalis ei quae vocatur chyricon. Tertia autem species dalyhadre, et est quaedam species turturis, et est minor aliquantulum, quam auis dicta plumosa, et haec est maculosa paruis maculis.* In his nihil est, vnde varietatem Codicum duorum explicare liceat. Annotabo tamen, Camum ex Scoti versione *quatuor* turdorum genera apposuisse, sed error is librariorum esse videtur. Τριχάδα Scaliger a stridore vocis dictam putabat, et comparabat cum Vasconum turdo *Trida* vocato. Iliadem terris nostris ignotam existimabat. Ridiculam interpretationem nominis a pilis rigidis ad basin rostri ductam, vt et alteram ἰλιάδος ab Ilio ductam, miror a Buffono conscribi potuisse. De hac refert Alc-

xander Myndius, quod noster supra 6, 1, 3. generatim de turdis posuit: *αἱ δὲ κίχλαι νεοττείαν μὲν ποιοῦνται, ὥσπερ αἱ χελιδόνες, ἐκ πηλοῦ ἐπὶ τοῖς ὑψηλοῖς τῶν δένδρων· ἐφεξῆς δὲ ποιοῦσιν ἀλλήλαις καὶ ἐχομένας, ὥστε εἶναι διὰ τὴν συνέχειαν ὥσπερ ὁρμαθὸν νεοττειῶν.* Plerique omnes fere turdi nidum intus luto oblinunt, atque in eo oua deponunt, veluti musicus, de quo vide germanicam historiae Buffonianae versionem T. VIII. p. 232. Visciuorus vero nidum intus foliis et musco consternit. Pilaris Linnaei nidum nondum satis cognitum habemus, neque magis iliaci Linnaei. Igitur recte iudicare de testimonio Alexandri Myndii, et turdum iliacum cum Linnaeanis comparare tuto nondum licet.

3. *Σκύρῳ*] Med. V. A. *ἐν νισύρῳ*. Versio Thomas *nisyro*. Camus inde retulit *Nysixo*. Albertus *Netaoz*. Vulgatam vertit Gaza. Deinceps vulgatum *μεγαλόπους* Albertus non legit, sed *μελανόπους*: vertit enim: *Moramus quae moratur in lapidibus — et est maioris quantitatis quam chyco, et est nigrorum pedum, et color corporis eius est caelestis, et rostrum eius est longum gracile, et crura sunt gracilia et assimilantur cruribus auis, quae chyco vocatur.* *κυανοῦς ὅλος* dedi pro *ὅλως* cum Sylburgiana. *fusca* vertit Thomas, qui sequens *λεπτὸν* *subtile*. Ita enim pro *χαλεπὸν* ex Med. Can. Vat. versione Thomae, Scoti et Gazae scripsit Camus. Postea *τῇ ἵππῳ* Edd. pr. et Ambr. *τοῖς ἵπποις* Med. *pipo* versio Thomae. Aelianus H. A. 4, 59. ex h. l. nihil nisi nomen auis et insulae *Σκύρου* excerpsit, ceterum habitationi auis solitariae immoratus vt sophista. Gesnerus pici speciem intelligi suspicabatur, Belonius Obseru. 1, 10. Cretensium *πετροκόσσυφον* interpretabatur, cui refragatur Montbeillard, socius Buffoni, in historia naturali turdi cyanei, causatus pedes longos cum rostro longo. Verum vocabulum *μεγαλόπους* non est sanum, sed rectius Albertus *μελανόπους* scriptum legit, et nigros pedes cum digitis testatur

Britannus Edwards. Damnat etiam sequens σκέλη βραχέα id vocabulum; esset enim de planta pedis vel digitis intelligendum. Sed tum dixisset Philosophus μεγαλοδάκτυλος. Quod attinet rostrum longum, id leuissima mutatione in μικρὸν, paruum, mutandum censeo.

CAPVT XIX. (vulgo XXII.)

χλωρὸς ὅλος] Etiam hic Edd. quaedam, veluti Laemariana ὅλως habent. τροπὰς θερινὰς Thomas *tropycos aestiuales* vertit. Albertus auem *halydon* nominat. Aelianus H. A. 4, 47. vbi de aue χλωρὶς dicta tradidit, addit: *ὁ μὲν θῆλυς ὄρνις οὕτω καλεῖται, ὁ δ᾽ ἄῤῥην, χλωρίωνα καλοῦσιν αὐτὸν, καί ἐστι τὸν βίον μηχανικὸς, μαθεῖν τε πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸς καὶ τλήμων ὑπομεῖναι τὴν ἐν τῷ μανθάνειν βάσανον, ὅταν ἁλῷ· καὶ διὰ μὲν τοῦ χειμῶνος ἄφετον καὶ ἐλεύθερον οὐκ ἂν ἴδοι τις αὐτόν· ἠριναὶ δὲ ὅταν ὑπάρχωνται τροπαὶ τοῦ ἔτους, τηνικαῦτα ἐπιφαίνεται· ἀρκτούρου τε ἐπιτολαὶ, ὁ δ᾽ ἀναχωρεῖ ἐς τὰ οἰκεῖα, ὁπόθεν καὶ δεῦρο ἐσταλη.* Habes specimen eloquentiae sophisticae hominis rerum naturae imperiti, sed verbis abundantissimi. Primum ἠριναὶ ex nostro in θεριναὶ mutandae sunt. Deinde altera pars narrationis ducta ex nostri 9, 15. *χλωρίων δὲ μαθεῖν μὲν ἀγαθὸς καὶ βιομήχανος, κακοπετὴς δὲ καὶ χρόαν ἔχει μοχθηράν.* vbi Aelianus scriptum legit *κακοπαθὴς τε.* Alberto ibi χλωρίων est *floriotus*. Sed error enormis est Aeliani, dum χλωρίωνα facit marem χλωρίδος, quod nemo alius vel facere vel dicere ausus est. Noster 9, 1. de inimicitiis auium: *καὶ κρὲξ κολεῷ καὶ κοττύφῳ καὶ χλωρίωνι, ὃν ἔνιοι μυθολογοῦσι γενέσθαι ἐκ πυρκαϊᾶς.* vbi Codd. *κελεῷ* habent. Contra eos, qui galgulum, *le Loriot*, esse putant, pugnat Camus in Comment. p. 224. Plinius 10. s. 45. *Chlorion quoque, qui totus est luteus, hieme non visus, circa solstitia procedit.*

μαλακοκρανεὺς] Ambr. μαλακοκρανὴς, versio Thomae

megalocraneus. In Lipsiensi scriptum reperi *Megolat-neg* (sic) cum glossa *habens longum cranium.* Ante αὐτὸ articulum τὸ cum Duualliana et Laemariana male omisit Camus.

χονδρόκυπος] Thomas *et grossum*, Gaza *cartilagineus.* Equidem miror, quidni χονδρώδης potius dixerit, si cartilagineum dicere voluit. Vocabulum alibi non repertum. σποδοειδής eidem Gazae *cinereus.* Sed male iterum Edd. ὅλως habent, quamuis verum Sylburgiana dederit. Venetus tamen verum habet. Pro εὔπους Gaza habet *depes.* Versio Thomae *bene pedatus et non male alatus:* igitur scriptum legit καὶ οὐ κακόπτερος. Sic statim de pardalo sequitur εὔπους δὲ καὶ οὐ κακόπτερος. Scotus: *habet pedes magnos et alas magnas.* In Med. libro lacuna est. In Veneto est ἄπους δὲ καὶ κακόπτερος. Albertus totum locum ita vertit: *Auis autem vocata malathofehus saepe manet in eodem loco hyeme et aestate, et in illo venatur, et ibidem et capitur ab hominibus: et habet valde magnum caput, et quantitas eius est minor vuluakyz, et orificium eius est rotundum, paruum et forte, et color corporis eius est cinereus, et habet pedes magnos et alas magnas, et in maiori parte deprehenditur per bubonem.* Ex Codice scripturam *malakofehus — kulnakym* et ex versione congruente Scoti *malacofratus,* (in aliis Codicibus erat *malokofleheus, malakofrithus, malakorokonus*) pro altero vero nomine *monakaz,* vel *monachtz,* vel *makakit,* vel *makakiz* apposuit Camus Notitiarum VI. p. 444. In vertendo hoc loco Camus pluries aberrauit. Primum ait: *demeure toujours au même endroit et s'y laisse prendre.* Peius etiam in Commentario: *il reste stupidement où on le trouve.* Deinde: *il est la proie du chat-huant plus que de tout autre oiseau.* In Commentario est: *il est la proie la plus ordinaire du chat-huant.* Multo rectius Gaza: *eodem in loco semper sibi statuit sedem. — capitur maxime noctua.* Aucupium per noctuam nemo ignorare potest nec

debet, qui Aristotelem interpretari suscipit. Belonii opinionem Obseru. 1, 41. de Auibus 6, 7. et 7, 30. qui Loxiae genus dictum Gallis *Gros-bec* interpretabatur, multis impugnat sed falsis argumentis Camus in Comment. p. 256. Equidem, si colorem vocabulo σποδοειδής, in quo saepius haeremus, obscuratum excipio, bene omnia convenire puto in Loxiam pyrrhulam, praecipue illud cranii cartilaginei argumentum. Dissecui enim coniugium auis, et reperi cranium mollissimum et totum pellucidum, quod in nullo alio cranio auium, quanquam multa apud me seruata comparauerim. In Loxia coccothrauste nil simile reperi. Mirum igitur in pyrrhula merito accidit, propter rostri robur. Mirari etiam licet diligentiam Graecam in animaduertendo cranio tam singulari.

2. πάρδαλος] Articulum vulgo praepositum omisit Venetus, qui praeterea Ἔστι δὲ habet. Hesychius: πάρδαλις, ποιὸς ὄρνις. Contra Scotus pro adiectiuo comparatiuo habuit vocabulum: *et corium eius assimilatur corio felud* (alii Codd. *frid*, *feiso*) *et semper huiusmodi congregantur in grege. Et inuenitur etiam auis, quae dicitur folroz* (alii Codd. *feleroz*, *foloros*, *fulenus*) *et est coloris cinerei et habet pedes asperos.* Ita etiam Albertus, vbi editur *faleros*. Codex a Camo inspectus habet *falereos*. Praeterea habet: *corium pellis eius assimilatur corio leopardi.* Thomae versio *Pardales* habet. Statim παραπλήσιον est in Veneto. Sequens ἐκείνοις suspectum habeo, cum tam diuersae magnitudinis aues antea descriptae fuerint. Sed eadem nota apponenda est etiam in collurione verbis istis τὸ μέγεθος ταυτὸ τοῖς πρότερον. Deinde καὶ οὐκ ἄπτερος legit et vertit Thomas: *et non sine pennis.* Idem negationem ante βαρεῖα omisit. Albertus ab initio truncatus haec habet: *et corium pellis eius assimilatur corio leopardi, et semper est in grege congregata. Inuenitur etiam adhuc quaedam alia auis, quae faleros vocatur, coloris cinerei, habens pedes asperos, altae valde*

vocis, sed exilis. Tringam squatarolam Linnaei, *le plavier gris*, intelligi censebat Aldrouandus III. p. 533. assentiente Buffono. Nuperrime exortus est Julius Billerbeck, qui sturnum vulgarem interpretaretur, et παρδαλος veluti cognomen eius fuisse auis censeret, in Specimine *De locis nonnullis Aristoteliae historiae animalium difficilioribus*, Hildeshemii 1806. edito.

κολλυρίων] Canis. Venet. κορυλλίων. Thomae versio *killirion*. Camus *killuron* inde apposuit. Hesychius: Κορυλλίων, ὄρνιθος εἶδος. Sed idem: Κολλυρίων, ὄρνις ποιός. Alberto *folikyrion*, *quae similis est cuidam ketaros vocatae praeter in colore corporis.* Lanii speciem, *Pie griesche* Gallorum, interpretabatur Belonius Obseru. 11, 78. contra quem disputat Camus Comment. p. 38. C. Gesner suspicabatur de aue Germanis *Binsel* appellata, quae forte est Loxia pyrrhula, hodie *Gimpel.* Ampelin garrulam Linn. interpretatur idem, quem antea nominaui, Billerbeck, quae septentrionalibus regionibus peculiaris Italiam ipsam raro frequentat.

μετὰ χειμῶνα] Gaza: *hiberno potius tempore. Haec omnia semper apparent.* Atque etiam Camus negationem ante διὰ παντὸς cum Med. Vat. Ambr. omisit. Versio Thomae scriptum vertit μάλιστα ταῦτα παντα· οὐ γὰρ διὰ παντός.

Ἔστι δὲ τὰ] Ita pro ἔτι δὲ τὰ ex versione Thomae scribendum. Sequens μάλιστα omisit Ambr. Deinceps ταῦτ' εἰσὶ φανερά.

3. Κολοιῶν] Albertus nouum hinc caput exorsus haec praefatur: *Modi autem alii auium secundum mores diversi sunt valde, et non possunt secundum certam rationem determinari: fere enim tot habent differentias, quot habent species. Sed tamen de quibus antiqui locuti sunt, quod auis quae graece vocatur foloreon sit trium modorum, quorum vnus vocatur torykyens, cuius quantitas coruhacta, et haec est sicut genus monedulae montanae. Hac*

sunt generis coruini fere quantitatem cornicularum aequantes. Versio Thomae *Coliorum* habet. Speciem hanc primam plerique omnes hodie consentiunt conuenire cum Coruo graculo Linnaei, quem Buffon *Crave* vocauit.

ὁ λύκος καλούμενος] Pergit Med. et Vatic. καλούμενός ἐστι μικρός. Itaque omnino tria genera nominantur, cum vulgo quatuor ponantur. Pro λύκος versio Thomae *Licios* habet; et ecce Hesychius: *Λύκιος*, κολοιοῦ εἶδος. Igitur vulgatum correxi. Albertus: *alius autem modus faloreon est albus et paruus, et vocatur graece chomohons quasi villanus, et hic modus est nobis ignotus, et non reducitur ad praecedentem modum nisi per vocis mutationem.* Facit igitur cum Med. et Vatic. tria genera κολοιῶν, non quatuor; praeterea pro λύκος scriptum λευκὸς vertit. Pro κολοιῶν versio Thomae hic *kocoyorum* habet. Cum dubius sit numerus specierum, tum difficilius etiam est iudicium, quo referendae sint. *Λύκον* vel potius λύκιον Latinum *graeculum* esse censet Camus in Comment. p. 226. Linnaei Coruum monedulam; tertium, βωμολόχον, simillimum priori, sed minorem, putat esse monedulam *Choue* vocatam a Buffono, aut quae *Chouette (la petite)* vocatur a Belonio. *Βωμολόχος* dicitur, vt videtur, eo sensu, quem Hesychius cum aliis vocabulo tribuit, ἱερόσυλος, qui sacra de aris rapit, furax.

στεγανόποων] Albertus: *Tertium autem genus quidem vt dicitur simile in colore primo et non differt ab ipso nisi per hoc, quod corium habet inter digitos pedum sicut auis aquatica, et inuenitur in partibus ethyopiae et in partibus francorum quorundam hoc est liberorum hominum iuxta ethyopes habitantium.* Hanc postremam speciem a Raio vsque multi interpretati sunt pelecanum graculum Linnaei. Magis tamen in eam sententiam propendet Camus, vt putet, ab aliena manu postremum hoc membrum additum fuisse. Nimis enim inscite palmipedem auem in eandem classem referri cum fissipedibus. Sed id quidem crimen

satis cauet additum *ἄλλο γένος*, praesertim si copulam *καὶ* antecedentem delere volueris. Mihi mirum accidit, pelecanum graculum in Graecia non visum, et tanquam peregrinum commemoratum fuisse. Sed quid opus est suspicionibus? Manifesto noster 8, 3. pelecanum hunc *κόρακα* vocat.

4. *Κορυδαλῶν — ἔχουσα*] Med. *οὐκ ἔχουσα* habet. Albertus: *auis quae dicitur harcorycon — quorum vnus manet in terra semper, alius etiam manet in terra et iuxta aquas, sed congregatur — et ambo sunt esibiles. Modus autem prior galeam de pennis habet in capite paruam, et hi nobis modi geceid vocantur, et est auis quae percutiens animalia iuxta habitationem suam transeuntia.* Camus in Commentario species alaudarum ab Aristotele nominatas cum definire conaretur, statim in eo lapsus est, quod nomina *κόρυς*, *κορυδός*, *κορυδαλλὸς*, *κορυδαλλὶς* et *κορύδων* tanquam synonyma simul ponit, nec loca et notitias curiose separauit cum singulis nominibus. Primum enim antiquissimis Graecis *κορυδαλὸν* fuisse dictam alaudam cristatam constat ex dicto Simonidis saepiuscule memorato a Plutarcho: *Πᾶσι κορυδαλοῖς φύσει λόφος ἔπεστι.* Idem apparet ex fabula tradita a Theocrito 7, 23. vbi *ἐπιτυμβίδιοι κορυδαλλίδες* dicuntur. Sed idem versu 141. habet: *ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες, ἔστενε τρυγών.* Idyllio 10, 50. incipere messores ait opus *ἐγειρομένω κορυδαλλῶ*, surgente corydalo. Fabulam de parentibus in capitis λόφῳ (vocabulum tumulum et cristam significat) sepultis de *κορυδῷ* narrat Aristophanes Auium fabulae versu 471. Sic enim ter in isto poeta scriptum vocabulum extat, alibi vero *κορυδος* mutato accentu. Aliam fabulam ex Boeo de *κορυδῷ* ex muliere in auem mutata, cum etymologia nominis, *ὅτι ἐκορύσσετο πρὸς τὰς ἵππους*, retulit Antoninus Liberalis cap. 7. Verum constans veterum opinio de mala *κορύδου* voce prouerbio etiam prodita fuit: *καὶ κορυδὸς ἐν ἀμούσοις φθέγγεται.* In Epigrammate: *εἰ κίχνῳ δύναται*

κορυδὸς παραπλήσιον ᾄδειν. In Alciphronis Epistola 48. est ὃν ἐγὼ τῆς ἀχαρίστου φωνῆς ἕνεκα ὀρθῶς κορυδὸν καλεῖσθαι πρὸς ἡμῶν ἔκρινα. Mouit hoc Turnerum apud Gesnerum p. 79. vt de tertia aliqua specie prouerbium iactasse Graecos putaret Aristoteli ignota. Ego potius dicerem, alaudam cantatricem Philosopho fuisse ignotam, quia nec cantus nec volatus singularis vsquam meminit. Sed fortasse sub alio nomine latet. Nunc loca Philosophi videamus cetera. 6, 1. traduntur aues, quae nidum in terra faciunt simplicem et nulla arte: οἷον κορυδὸς καὶ τέτριξ. vbi versio Thomae *koridus et tethrix* habet. Camus ineptam scripturam Juntinae, Camotianae et Cod. Vatic. κορυδὶς reuocanit, cum verum κόρυδος a Sylburgio recepissent recentiores, quod confirmat cum Mediceo Thomas. 8, 16. κόρυδος latitare dicitur hieme, vbi Med. κορυλος, Thomas *coridus* habet 9, 8. κόρυδος nunquam arbori insidet, sed humi semper moratur. Refertur ibi inter τοὺς μὴ πτητικούς, vbi tamen Edd. omnes et Codices negationem male omittunt. Ibi Med. κόρυδνος habet 9, 29. cuculus in humili nido κορύδου ouum deponere dicitur, quod repetiit Aelianus H. A. 3, 30. Amicae inuicem dicuntur σχοινίων καὶ κόρυδος καὶ λεβυὸς καὶ κελεὸς 9, 1. Contra inimicae dicuntur κόρυδος et ἐρωδιὸς ὁ πελλός, huius enim oua surripere dicitur κόρυδος ibidem. Oua inuicem comedere dicuntur ποικιλίδες, κορυδῶνες, πίπρα καὶ χλωρεύς. vbi Gesner κορύδωνες malebat. Versio Thomae *coridones* nominat, Alberti *sorodonem*. Aelianus H. A. 4, 5. κορυδαλὸς ἀκανθυλίδι νοεῖ πολέμια. Vno praeterea loco 9, 49. aues μὴ πτητικοί, ἀλλ' ἐπίγειοι κονιστικοὶ nominantur ἀλεκτορίς, πέρδιξ, ἀτταγήν, κορυδαλός, φασιανός. vbi Medic. κορυδαλλὸς habet. Hinc apparet, κορυδάλλους certe minime euolare, sed humi semper morari, nec arboribus insidere, nec omnino comprehendere alaudam cantatricem. Cuius generis altera species cristam habet, altera ea caret. Sinapis semine κορυδαλὸν perire narrat

Aelianus H. A. 6, 46. De *κορύδῳ* quid statuendum sit, non apparet mihi. Auctor Ixeuticorum 3, 17. n ciuae aucupio capi ait *κορυδαλίδας*; idem vero c. 16. *καλανδρον* nominat, quem Matthaeus Syluaticus Kalandriam galeritam interpretatur. Gesneri Codex *Λάλανδρα* scriptum habebat, alius *Κάλανδρα*. Cangii Glossarium alicunde posuit: tanquam Calandrus dulcisonans in myrica. Germanicorum vetustorum scriptorum et poetarum loca posuit Frischius nostras, vbi *Galander* auis philomelae iungitur, ipse alaudam arboream interpretatur. Imperator Fridericus II. de arte venandi p. 44. iunctim memorat: *Alaudae vero, cozardi, calandrae et similes his habent in digito posteriori vnguem longiorem et rectiorem quam in aliis digitis et quam aliae aues in sua proportione.* vbi vide annotata p. 32. Addo, Alberto pro *cozardis* dici *gosturdos*. In nostri 8. c. 3. versio Thomae pro charadrio *kalandum* nominat, vel, vt Camus in Indice nominum annotauit, *kalandram*. Sed ibi kalandra inter aues iuxta aquas degentes alieno loco esse videtur. Denique superest dubitatio de sexu vocis *κορυδαλός*, quam foemineo h. l. vsurpare videtur Aristoteles, cum vbique, vt et *κόρυδος*, reliquis in locis masculino posita reperiatur. An fuit olim *κορυδαλίδων* scriptum?

5. *Ἀσκαλώπας*] Med. *ἀσκόλοπας*. Versio Thomae *ascolopas*: in Lipsiensi reperi *Ascalopas*. Gazae *gallinago*. Alberti: *askolakos graeci vocant, in ortis et pratis deprehenditur, et est quantitatis galli, et habet rostrum longum, et color eius est sicut color acagini et est declinans ad cinereitatem cum quodam rubore et croceitate variata, et mansio eius est in ortis, eo quod diligit appropinquare ad homines propter semina, quae inuenit in cuberitis herbarum ortorum.* C. Gesner praeferebat *σκολόπαξ*, Sylburgius et Casaubonus *ὁ σκαλώπας*. Supra cap. 8. extremo *σκολόπαξ* Alberto est *scolopocos*, Thomae *scorax*. Eandem auem vtroque loco intelligi plerique omnes putant,

contra quos sentit Camus Commentarii p. 108. magnitudinem gallinae moratus, quam auis *Becasse* Gallis dicta nunquam attingat. Similitudo nominis est etiam in Aristophanis Acharn. versu 879. vbi rusticus Boeotius in forum venalium apportat *σκάλοπας*, quos Scholia *σπάλακας*, i. e. talpas, interpretantur, haud scio an male. Hesychio *σκολόπαξ* est *ὄρνις ποιός*. Sed locus est Theophrasti de Signis tempestatum p. 439. ed. Heinsii: *ἐάν τις σπάλακα λαβὼν ὑποπάσας ἄργιλον εἰς πιθάκνην θῇ, σημαίνει ταῖς φωναῖς αἷς ἀφίησιν ἄνεμον καὶ εὐδίαν.* vbi versio gallinaginem nominat. Forte *σκάλοπα* scriptum fuit, vnde *ἀσκαλώπας* vel *ἀσκαλώπας* deinde fuit factum. Verum cum Scholia Aristophanea etiam *σπάλακα* nominent, dubitari potest de varietate scripturae. Me quidem, quo minus gallinaginem vulgarem interpreter, inprimis impediunt verba *φιλάνθρωπος ἐπιεικῶς*, quae Albertus de mora auis in hortis in vicinia hominum interpretatur. Ita hirundo etiam *φιλάνθρωπος* dicitur.

ἕρκεσι] Thomas *laqueis*. Gaza *per sepes hortorum capitur*. Albertus *in ortis et pratis*. Codices graeci nihil variant, nisi quod Vatic. *κόλποις* pro *κήποις* habet. Sylburg *ἄγκεσι* malebat pro *ἕρκεσι*. Gaza *κήπων ἕρκεσι* reddidit. Albertus *ἄγκεσι* vel *ἄλσεσι* videtur voluisse interpretari.

ψάρος] Vno praeterea in loco 8, 16. nominatur, vbi Thomae versio *sparus* habet. Albertus: *auis et tesar vocata — et habet fere quantitatem scari. Sturnum* Gaza interpretatur, quem sequuntur nunc omnes. Deinceps pro *μέγεθος δ᾽ ἐστὶν* versio Thomae habet *magnitudine quidem autem est*, quasi *μέγεθος μὲν δὲ* scriptum legisset.

6. *ἴβιες*] Camotiana cum Regio *ἴβυες*. Juntina *ἴβες*. Med. *αἱ δ᾽ ἐβηεσσαι ἐν αἰγύπτῳ*. Eustathius ad Dionysium Periegeten versu 262. peruerse ex h. l. laudauit: *ὅτι αἱ ἴβεις ἐν Πηλουσίῳ οὐ γίγνονται, ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ Αἰγύπτῳ εἰσίν.* Plinius 10. s. 45. *Ibis circa Pelusium tantum nigra est, ceteris omnibus locis candida.* Albertus pro ibi nomi-

nat *ieheras*, ex Auicenna *caseum*, pro Pelusio *Folocioz*, ex Auicenna *alkayne*. Est quae hodie *Alkaire* vocatur. Locum nostri repetiit Aelianus H. A. 2, 38. Disputationem diu agitatam de vtraque ibi tandem ad liquidum perduxit egregius *Cuvier* et *Savigny*.

7. *ἀεὶ πᾶσαν*] Abr. Gronov ad Aeliani H. A. 15, 28. malebat *ἀνὰ πᾶσαν*. Sed audiamus ipsum Aelianum: *Λέγει δὲ Ἀριστοτέλης τοὺς παρ' Ὁμήρῳ διὰ τοῦ σίγμα μὴ λέγεσθαι, ἀλλὰ ἁπλῶς ὀνομάζεσθαι κῶπας· τοὺς οὖν τιθέντας τὸ σίγμα ἁμαρτάνειν τῆς κατὰ τὸ ὄνομα ἀληθείας καὶ τῆς Ὁμήρου περὶ τὸν ὄρνιν κρίσεώς τε καὶ γνώμης. Καὶ ταῖς μὲν ἄλλαις ὥραις τοῦ ἔτους μὴ ἐσθίεσθαι αὐτούς, ἐν δὲ τῷ μετοπώρῳ δύο ἡμέραις ἢ μιᾷ τοὺς θηρωμένους, ἀλλὰ τούτους γε ἐδωδίμους εἶναι. Τῶν δ' ἀεισκώπων διαφέρουσιν οἱ σκῶπες τῷ πάχει· παραπλήσιαι δ' εἰσὶ τὴν ἰδέαν τρυγόνι τε καὶ φάττῃ.* Sed primum ex nostro 8, 3. repetendum est de vulgari scope; ibi numeratur inter aues nocturnas rapaces vna cum aliis: nominantur enim *νυκτικόραξ, γλαὺξ, βύας, ἐλεός, αἰγώλιος, σκώψ*; de postrema additur: *ὁ δὲ σκὼψ ἐλάττων γλαυκός. πάντα δὲ ταῦτα τρία ὄντα (ἐλεός, αἰγώλιος, σκώψ) ὅμοια τὰς ὄψεις καὶ σαρκοφάγα πάντα.* De hoc vulgari genere ita tradit Alexander Myndius apud Athenaeum 9. p. 391. *μικρότερός ἐστι γλαυκὸς καὶ ἐπὶ μολυβδοφανεῖ τῷ χρώματι ὑπόλευκα στίγματα ἔχει, δύο τε ἀπὸ τῶν ὀφρύων παρ' ἑκάτερον κρόταφον ἀναφέρει πτερά.* quae verbotenus deriuauit Aelianus l. c. Hunc vero scopem cum Aldrouando Raius, Buffonus et Camus Comment. p. 288. interpretantur Gallorum auem *Le petit Duc*, Linnaei Strigem Scopem. Otum contra nostri *Le moyen Duc*, Linnaei Strigem Otum.

Superest quaestio de altero genere, de quo post Aristotelis crisin Homericam ita Alexander Athenaei: *τοὺς παρ' Ὁμήρῳ χωρὶς τοῦ σ κῶπας εἶναι καὶ Ἀριστοτέλη οὕτως αὐτοὺς ὠνομακέναι, φαίνεσθαί τε τούτους ἀεὶ καὶ μὴ ἐσθίεσθαι, τοὺς δ' ἐν τῷ φθινοπώρῳ φαινομένους δύο ἡμέραις*

ἢ μιᾷ τούτους εἶναι ἐδωδίμους. διαφέρουσι δὲ τῶν αἰγισκώπων τῷ τάχει καί εἰσι παραπλήσιοι τρυγόνι καὶ φάττῃ. Quae cum toto loco quum exscriberet Aelianus, Alexandrum iterum non nominauit, sed ipsum Aristotelem dicentem ea facit, quae supra retuli, quaeque intelligi possunt melius et veriora sunt, quam quae habent libri omnes hucusque comparati Athenaei: καὶ Ἀριστοτέλη οὕτως αὐτοὺς ὠνομακέναι, quasi Philosophus nomen imposuisset σκῶπι vel κῶπι. Sed recte Aelianus, omisso Aristotelis nomine, quod initio sententiae pro Alexandro ponendum erat: ἀλλὰ ἁπλῶς ὀνομάζεσθαι κῶπας. Deinceps subiungit Aelianus quaedam, quae hodie in Athenaeo desiderantur, vsque ad verba illa φαίνεσθαί τε τούτους, quae manifesto ad αἰγισκῶπας referuntur, de quibus tamen in Alexandri sententia apud Athenaeum nihil praemissum erat. Contra Aelianus post crisin Homericam pergit: καὶ ταῖς μὲν ἄλλαις ὥραις τοῦ ἔτους μὴ ἐσθίεσθαι αὐτούς. quae vitiosa et mutila esse, si comparentur cum Athenaeo, viderunt Interpretes; sed ita emendanda et supplenda censeo: καὶ τοὺς μὲν καὶ ταῖς ἄλλαις ὥραις τοῦ ἔτους φαίνεσθαι, μὴ ἐσθίεσθαι δ' αὐτούς, ἐν δὲ τῷ μετοπώρῳ et reliqua. Quod attinet ad varietatem scripturae τῷ τάχει, eadem etiam extat in versione Scoti et Alberti. Quod sequitur, παραπλήσιοι τὴν ἰδέαν τρυγόνι τε καὶ φάττῃ, nescio, vocabulum τὴν ἰδέαν de suone addiderit Aelianus, an in Athenaeo exciderit. Certe ad magnitudinem comparatio referri plane non potest. φάττα enim generis columbacei maxima, τρυγὼν vero minima est. Quod si vero ad speciem et habitum corporis refertur comparatio, tum vero apparet, ad alienum plane genus pertinere σκωπῶν hoc alterum migratorium genus. Prius enim ad aues rapaces nocturnas pertinet cum strigibus et noctuis, quibus nihil est commune cum columbaceo genere.

Haec ita satis probabiliter disputasse mihi videor. Sed accedit noua difficultas ex loco Alexandri Myndii posito in

Scholiis ad Theocriti 1, 136. *Ἀλέξανδρός φησι τοὺς σκῶπας οὐκ ἐπιτερπεῖς τῇ φωνῇ· διὸ καὶ παρ' Ὁμήρῳ φησὶν ὀρθῶς δοκεῖν γράφεσθαι σκῶπές τ' ἴρηκές τε· οὐ δεῖ γάρ, φησί, γράφεσθαι χωρὶς τοῦ σ· οἱ γὰρ σκῶπες φωνὴν ἀφιᾶσι.* Locus Homericus est in Odysseae libri 5. versu 66. Contrariam igitur sententiam Aristoteli Alexander defendebat, nisi statuere velis, in Athenaeo scribendum esse *χωρὶς τοῦ σ κῶπας οὐκ εἶναι, ἀλλ' Ἀριστοτέλη οὕτως αὐτοὺς ὀνομάζεσθαι λέγειν*, quo ducit Aeliani scriptura, vbi est *διὰ τοῦ σίγμα μὴ λέγεσθαι*, si scilicet scribas *δίχα τοῦ σίγματος μὴ λέγεσθαι*. Sed in Aeliano, tali correctioni refragantur sequentia in Athenaeo omissa, vel ab Aeliano addita. Quare cum in Athenaei locum plures corruptelae suspiciones concurrant, credendum puto Scholio Theocriteo de Alexandri sententia. Idem haec addit: *Καλλίμαχος δέ φησι· φθέγγεται ὥσπερ ἐπισκώπτων τῇ φωνῇ, ὅθεν καὶ οὕτω καλεῖται. Τυραννίων δέ φησι σκῶπας τοὺς νυκτικόρακας, οἷον σκίοπας, τοὺς ἐν σκιᾷ ἔχοντας φωνήν.* Tyrannioni Grammatico ineptam etymologiam cum falsa interpretatione remittimus, cui similem *ἀπὸ τοῦ σκαιὰν ὄπα εἶναι* habet Etymolog. M. Ex Callimacho, Alexandro antiquiore multo, quae referunt Athenaeus et Aelianus, omnia Aristotelea sunt, praeter extremum istud membrum, *εἰσὶ δὲ γλαυκοί*, quod omisit Aelianus.

τῶν ἀεισκωπῶν] Versio Thomae simplex *σκωπῶν* reddidit. Pro *πάχει* Albertus habet *velocioris motus*, quasi *τάχει* scriptum sit, quod habent etiam libri Athenaei editi et scripti omnes. Versio Thomae: *crassitie autem hae quidem sunt*. Legit igitur iuncta haec: *οὐθενί, πάχει δὲ οὗτοι μέν*. Deinceps *οὐθέν πω ὦπται* dedi inserto *πω* ex versione Thomae, vbi est: *nihil vnquam visum est*. Postea Medic. *πλὴν ἔτι ζεφύριον. φαίνεται δὲ τοῦτο φανερόν*.

CAPVT XX. (vulgo XXIX.)

κόκκυξ] Thomae *kochux*, Alberto *gugulus*. Deinceps

vulgatum *νεοττιὰν* — *νεοττείαις* correxi. Posteriore loco Thomas *alieno nido* vertit. Pro *φαβῶν* habet *fabarum*, supra *b* scripto *s*, vt esset *fasarum*. Igitur etiam h. l. inter *φαβῶν* et *φασσῶν* fuit variatum in libris. Pro *ὑπολαΐδος* vulgato *ὑπολίδος* Ambr. *ὑπολλίδος* Vatic. *ἐν τῇ τῆς ὑπολαΐδος* scriptum vertit Thomas, et sequentia iunctim scripta, *χαμαὶ ἐπὶ δένδρων, καὶ ἐν τῇ*, *in terra super arbores et* vertit. Sed recte Gaza: *in palumbium, curucae et alaudae humi, atque etiam in nido luteolae appellatae super arborem.* Humi nidulantur igitur *κόρυδος*, *ὑπολαΐς* et *φάψ* vel *φάττα*. De postrema an verum est? Sed ecce Aelianus H. A. 3, 30. *οὐ πάντων δὲ ὀρνίθων καλιαῖς ἐπιπηδᾷ οὗτός γε, ἀλλὰ κορύδου καὶ φάττης καὶ χλωρίδος καὶ παππου. τούτοις γὰρ συνεπίσταται ὅμοια αὐτῷ ᾠὰ τίκτουσι.* Vides pro *ὑπολαΐδι* nominari *παππον*, aliunde fere ignotam, de qua suspiciones virorum doctorum posui in annotatione ad Aelianum. Supra noster 6, 7. eandem rem tractans: *ἐν τῇ τῶν ἐλαττόνων ὀρνίθων ἐντίκτει — μάλιστα δ᾽ ἐν ταῖς τῶν φαττῶν νεοττείαις — τίκτει δὲ καὶ ἐν τῇ τῆς ὑπολαΐδος νεοττείᾳ.* vbi Codd. quatuor *φαβῶν*, *flauarum* habet versio Thomae, et *in nido ypolaidis*. Theophrastus c. pl. 2, 24. *οὐδὲ ἦν γένεσις τοῦ κόκκυγος, εἰ μὴ ἦν ἡ ὑπολαΐς, ἧς καὶ εἰς τὴν νεοττιὰν τὰ ᾠὰ τίθησιν.* Antigonus cap. 109. *φαβῶν* habet. In libro de Mirabilibus c. 3. est *φαττῶν*.

ἓν ᾠὸν] Camotiana omisit. Deinde *ἐκλέπει* Canis. *producit* versio Thomae, quasi *ἐξάγει* scriptum fuisset. Sequens *ἡ τρέφουσα* omisit idem Thomas cum Med. Vat. Ambr.

2. *διὰ τὸ καλὸν*] Hinc Auctor Mirabil. c. 4. *γίνεται δὲ, ὡς ἔοικε (ὁ νεοττός), μέγας καὶ καλὸς, ὥστε ῥαδίως κατακρατεῖν τῶν λοιπῶν. τούτῳ δὲ χαίρειν φασὶ καὶ τὰς φάττας οὕτως, ὥστε καὶ αὐτὰς συνεκβάλλειν ἐκείνῳ τοὺς ἰδίους νεοττούς.* Ceterum vulgatum *ἀποδοκιμάζει* correxi; refertur enim alienus sermo.

τοὺς τῆς — νεοττοὺς] Ita Thomas scriptum legit et vertit, omissis mediis verbis. ὑποκάμπτοντα Edd. pr. et Vat. praeter Camot. Vulgo erat τὰ τῆς ὑπ. ὄρνιθος τὸν νεοττὸν τοῦ κόκκυγος ὑποκάπτοντα. Sed rectius Thomas, quem sequor, verba τὸν τοῦ κόκκυγος νεοττὸν post ὑπερέχειν collocata vertit. Miror de varietate tam insigni tacuisse Camum. Praeterea idem Thomas scriptum λιμῷ θάτεροι ἀπόλλυνται νεοττοὶ vertit *quare fame alteri pulli pereunt.*

συντρεφόμενον αὐτοῖς] Scaligeri emendationem ex Gazae versione ductam, vbi est: *caeteros pastus consortes occidere*, συντρεφομένους αὐτῷ recipere ausus est Camus. Certe articulum τοὺς addere debebat.

3. τὴν δειλίαν] Aliunde igitur sua duxit Aelianus l. c. vbi est: *ἑαυτῷ μὲν γὰρ συνεπίσταται ἐπωάζειν οὐ δυναμένῳ καὶ ἐκλέπειν διὰ ψυχρότητα τῆς ἐν τῷ σώματι συγκράσεως*. Aristoteles tamen ipse alibi causam timiditatis animalium a frigore temperamenti repetit. Sed ipse noster de Generat. 3, 1. *ὁ δὲ κόκκυξ ὀλιγοτόκον ἐστὶ οὐκ ὢν γαμψώνυχος, ὅτι ψυχρὸς τὴν φύσιν ἐστί. δηλοῖ δ' ἡ δειλία τοῦ ὀρνέου — ὅτι δὲ δειλὸν, φανερόν· ὑπό τε γὰρ ὀρνέων διώκεται πάντων, καὶ ἐν ἀλλοτρίαις τίκτει νεοττιαῖς*. Dignus est locus Alberti, qui saltem ex parte adscribatur: *Dico autem gugulum hic eum, quem minorem gugulum superius vocauimus. auiculae autem, in quarum nidis frequentius ouat, trium inueniuntur modorum apud graecos, qui dicuntur canon et ocolaudes et forodo: apud nos autem plerumque inueniuntur guguli in nidis duorum modorum auicularum, quarum vna est grasemusche* (Grasemücke) *et alia citrina quaedam auis, quam gursaz quidam, alii autem ameringam* (Emmering) *vocant. Inuenitur autem aliquando in nido auiculae, quae iuxta ripas est aquarum, quae longam habet caudam et valde mobilem, propter quod etiam degestetd* (Regesterd) *a germanis vocantur, et aliquando inuenitur in nidis auium nidificantium in terra: et aliquando in nidis earum quae nidificant in*

arboribus. Aliquando etiam inuenitur in nido auis, quae dicitur allirides graece. Postea, vbi verterat verba de testimonio autoptarum, addit: *Hoc autem apud nos non dicitur de gugulo, sed de cornicula, in cuius nido ouat ea auis, quae similis est asturi.* Reliquas Alberti obseruationes posui supra ad libri 6. c. 7.

τίλλεται γάρ] Plutarchus Arati cap. 30. *καθάπερ τῷ κόκκυγί φησιν Αἴσωπος ἐρωτῶντι τοὺς λεπτοὺς ὄρνιθας, ὅ,τι φεύγοιεν αὐτὸν, εἰπεῖν ἐκείνους, ὡς ἔσται ποτὲ ἱέραξ.*

CAPVT XXI. (vulgo XXX.)

ἄποδες — κυψέλλους] Med. *κυψέλους.* Deinde *κυψέλλαιν.* Versio Thomae *kypsalas.* Hesychius: *κυψελος, ὄρνις ποιὸς, ὅμοιος χελιδόνι.* Albertus: *Est autem quaedam alia auis, quae actores graece, latine autem cyprilus vocatur, et est species quaedam yrundinis. Quidam autem latinorum vocant hanc auem oppodem. Binomia enim est apud latinos, nec est facile distinguere inter hanc auem et yrundinem. Haec autem auis in tempore veris facit nidum longum et gracilem et paruissimae latitudinis, et collocat nidum in parietibus sub prominentibus lapidibus, vt ibi tuetur eum ab hominibus et ceteris animalibus insidiantibus.*

πρότερον] Omisit versio Thomae. Deinceps *πλὴν τοῦ* habet Camotiana. Postea *μακρὰς ὅσον εἰσδυσεις ἐχούσαις* Med. Versio Thomae: *habentibus quantum pro ingressu:* quasi *εἰς εἴσδυσιν* scriptum legisset. Similis est locus supra de halcyonis nido: *τὸ δὲ στόμα στενὸν ὅσον εἴσδυσιν μικράν.* Scaliger admonuit hoc in loco *στόμα* deesse. Albertus verba *ἐν στενῷ* copulasse videtur cum antecedentibus; Gaza cum sequentibus coniuncta vertit *in locis angustis.* Plinius 10. s. 55. *Plurimum volant, quae apodes, quia carent vsu pedum, ab aliis cypselli appellantur, hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hae sunt, quae toto mari cernuntur, nec vnquam tam longo naues tamque con-*

tinuo cursu recedunt a terra, vt non circumuolitent eas apodes. Cetera genera residunt et insistunt, his quies nisi in nido nulla: aut pendent aut iacent. Aliena dum miscet Plinius, fraudem facit lectori. Hinc cypselum cum procellaria pelagica Linnaei comparabat Pennant Itinerarii Scotici I. pag. 378. versionis germanicae. Scaliger *dardanellos* vulgo audire ait, a Taurinis vero *bibios* vocari, propter sonum sibilantem vocis, quem edant.

2. *αἰγοθήλας*] Gazae *caprimulgus*. Albertus ita: *Auis autem quaedam graece vocata agoides maior est, quam ea, quam graeci soros, latini autem moulam vocant, licet sit parumper maior, minor autem est aliquantulum quam gugulus, et similis est ei, et quandam speciem habet haec auis, quam pastores corruptricem vocant, eo quod sugit mammillas caprarum et corrumpit: propter quod etiam graece nomen accipit agotiles, hoc est sugens vbera caprarum: latine autem vocatur caprimulgus. Corruptricem autem hanc auem pastores vocant, quod dicitur, quod quando sugit vbera caprarum, annihilatur lac in vberibus earum, et caprae excaecantur: et primo quidem, sicut dixit quidam expertorum, caprae emittunt sanguinem, et postea saniem cum lacte, et postea in totum perit lac, et destruuntur caprae. Aues autem dictae non bene vident in die, sed in nocte visum habent acutum.*

κοττύφου μὲν μικρῷ] Med. *κοττύφου μικροῦ* omisso *μὲν* habet. Sequens *τὰ πλεῖστα* vulgato *τὸ πλεῖστον* ex versione Thomae substitui. Verbum *βλακικὸς* Gaza inepte *mollior* vertit, Scaliger *moribus mollioribus*. Aelianus 3. H. A. 39. *τολμηρότατον ζώων* dixit proper suctum vberum; Philosophus de moribus auis generatim loquitur. Postea pro *ἀποτυφλοῦσθαι* Thomas vertit *exsiccari*. Antigonus cap. 51. aegithum cum aegothela confundens haec ita excerpsit: *τὸν δ᾽ αἴγιθον αἶγα θηλάζειν προσπετόμενον, ὅθεν καὶ τὴν προσηγορίαν εἰληφέναι· τὸν δὲ μαστὸν, ὅθεν ἂν ἑλκύσῃ, ἀποτυφλοῦσθαι.* Videtur is h. l. scriptum le-

gisse: *φασὶ δὲ, ὅθεν θηλάσῃ, τὸν μασθὸν ἀποσβέννυσθαί τε καὶ ἀποτυφλοῦσθαι.* Plinius 10. cap. 40. *Caprimulgi appellantur grandioris merulae aspectu, fures nocturni; interdiu enim visu carent. Intrant pastorum stabula, caprarumque vberibus aduolant suctum propter lactis, qua iniuria vber emoritur, caprisque caecitas, quas ita mulsere, oboritur.* Is igitur vulgatam scripturam tuetur. Sed in Plinio recte Pintianus scribendum censuit: *appellantur a suctu, grandiores merula.* Contra cum Antigono facit Aelianus H. A. 3, 39. *τυφλοῖ γὰρ τὸν μασθὸν, ὅταν σπάσῃ, καὶ ἀποσβέννυσι τὴν ἐκεῖθεν ἐπιῤῥοήν.* vbi vide adscripta. Vocabula *αἰγίθαλος* et *αἰγοθήλας* saepius permutata in libris reperiuntur. Auctor Ixeuticorum 3, 20. *αἰγίθαλον* vocat, qui erat *αἰγοθήλας* dicendus, vti cognoscimus ex modo capiendi, ducto ex fabulosa narratione. Auis victum quaerit insectorum circumuolans stabula et septa armentorum et gregum. Primus Belonius comparauit Caprimulgum europaeum Linnaei, quem Galli *Effraie* et *Fresaye* vocant. In Cretae scopulis mari imminentibus nidulantem vidit, vbi ouium gregi timent pastores. Vascones *bresagam* appellant, auctore Scaligero, qui in foraminibus turrium et in quercuum cauis nidificare ait.

3. *τοῖς μικροῖς χωρίοις*] Gaza *locis arctioribus*, Scaliger *regionibus paruis.* Albertus: *Corui nigri sunt in locis angustis nidificantes in turribus vel parietibus montium, in quibus paucum inueniunt cibum, et ideo circa eundem locum raro inueniuntur nidificare nisi duo tantum.* Aelianus H. A. 2, 50. *λέγει Ἀριστοτέλης εἰδέναι τοὺς κόρακας διαφορὰν γῆς εὐδαίμονος καὶ λυπρᾶς· καὶ ἐν μὲν τῇ παμφόρῳ τε καὶ πολυφόρῳ κατά τε ἀγέλας καὶ πλήθη φέρεσθαι, ἐν δὲ τῇ ἀγόνῳ καὶ στερίφῃ κατὰ δυο. Τούς γε μὴν νεοττους τοὺς ἐκτραφέντας διώκουσι, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἕκαστος καλιᾶς φυγάδας ἀποφαίνουσιν· ὑπὲρ ὅτου τροφὰς μαστεύουσι, καὶ τοὺς γειναμένους σφᾶς μὴ ἐκτρέφουσι.* In postremis verbis *ὑπὲρ ὅτου τροφὰς μαστεύουσι* vitium aliquod latere

videtur, quod sanare non possum. Plinius 10. s. 15. *Ceterae omnes ex eodem genere pellunt nidis pullos ac volare cogunt, sicut et corui, qui ipsi non carne tantum aluntur, sed robustos quoque fetus suos fugant longius. Itaque paruis in vicis non plus bina coniugia sunt. Circa Cranonem quidem Thessaliae singula perpetuo: genitores soboli loco cedunt. — Corui pariunt cum plurimum quinos.* vbi Pintianus ex nostro loco *una* vel *vnúm coniugia* corrigebat, nisi error sit ipsius Plinii male graeca interpretantis. Praeterea in verbis *non carne tantum aluntur* vitii aliquid haesisse videtur. Alterum enim membrum huic protasi non bene respondet. In libro Med. *δύο μὲν οἱ γίγνονται* est, librarii, credo, errore.

οἱ Μηδίου ξένοι] Gaza *Mediae hospites* cum Plinio vertit, qui libri 10. s. 15. *Corui in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum. Nam cum Mediae hospites occisi sunt, omnes e Peloponneso et Attica regione volauerunt.* Plinii errorem *hospites* vertentis, cum deberet *milites mercenarios*, recte castigauit P. Victorius Var. Lect. 37. cap. 2. vbi fatetur, se ignorare, quis Medias ille sit. Nec ipse certiora possum afferre; sed illud etiam dubito, num homo *Μηδίας* cum Plinio dicendus sit, an *Μήδιος*. Certe *Μήδιος ὁ Θεσσαλὸς* est apud Diodorum II. p. 252. ed. Wessel. Strabo 11. p. 591. *οἱ περὶ Κυψίλον τὸν Φαρσάλιον καὶ Μήδιον τὸν Λαρισσαῖον*. Sed vide dicta ad Xenophontis Hellenica 2, 3, 4. p. 87.

Φαρσάλῳ, ἐρημία] Versio Thomae diuersam lectionem sequitur: *Medii extranei in Pharsalo solitudine in locis circa Athenas et Peloponissum facta est multitudo coruorum.* Habuit igitur in libro suo scriptum: *ἐρημίᾳ, ἐν τοῖς τόποις τοῖς — ἐγένετο πλῆθος κοράκων*. Ceterum verba *τοῖς τόποις* ex Camotiana adsciuit Sylburgius, omittunt Edd. pr.

δηλώσεως] Juntina cum Ambr. *ἐδηδώσεως* habet. Versio Thomae: *tanquam habentium sensum quendam eius quae*

ab inuicem manifestationis. Gazae: *quasi sensum haberent aliquem, quo inter se rerum euenta significarent et mouerentur.* Scaligeri: *quasi sensu quodam perciperent rerum vicissitudines.* In annotatione ait, ita significari διάνοιαν coruorum, qua intelligant, quare abeundum sit, ob scelera perpetrata; nosse enim etiam caussam rerum. Imponi sibi vir egregius passus est a Plinio, qui cum narratione male copulauit mentionem auspiciorum. Camus versionem Scoti posuit hanc: *In tempore, in quo moriebantur corui qui erant apud Medeam in loco, qui dicitur Farcelos, venerunt corui nigri multi subito ad loca, quae sunt . . . quasi intelligerent nutibus et signis, et hoc fuerit signum desolationis illius loci.* Albertus haec habet: *Erat autem antiquitus quoddam tempus apud Indiam, in quo omnes corui moriebantur in loco, qui Indice quondam Farcelos dicebatur, et post hoc tempus ad eundem locum venerunt subito et quasi similis multi corui nigri. Venerunt autem et ad loca, quae vocantur cheroa athyna et colochoniceon, et videbantur quasi se ad inuicem intelligere nutibus et signis quibusdam: et hoc fuit signum destructionis loci illius, sicut augures diuinabant.* Addo nunc testimonia Antigoni et auctoris θαυμασίων, quae partim contraria tradere videntur, quanquam ex libris Philosophi ducta. Antigonus cap. 15. ita: Ἐν δὲ Κράνωνι τῆς Θετταλίας δύο φασὶ μόνον εἶναι κόρακας· διὸ καὶ ἐπὶ τῶν προξενιῶν τῶν ἀναγραφομένων τὸ παράσημον τῆς πόλεως (καθάπερ ἐστὶν ἔθιμον πᾶσι προσπαρατιθέναι) ὑπογράφονται δύο κόρακες ἐφ' ἁμαξίου χαλκοῦ, διὰ τὸ μηδέποτε πλείους τούτων ὦφθαι· — Τούτου δέ τι ἰδιώτερον ὁ Θεόπομπος λέγει· φησὶ γάρ, ἕως τούτου διατρίβειν αὐτοὺς ἐν τῷ Κράνωνι, ἕως ἂν τοὺς νεοττοὺς ἐκνεοττεύσωσι· τοῦτο δὲ ποιήσαντας τοὺς μὲν νεοττοὺς καταλείπειν, αὐτοὺς δ' ἀπιέναι. vbi vulgo scriptum προξένων correxi cum Locella ad Xenophontem Ephesium p. 252. Cranonis vrbis παράσημον ab Antigono annotatum praeferunt numi Cranoniorum, qui

hodie supersunt. Ceterum prior pars narrationis ex Aristotele, altera ex Theopompo historico ducta videtur. Auctor *θαυμασίων* cap. 138. *Ἐν δὲ Κρανῶνι τῆς Θετταλίας φασὶ δυο κόρακας εἶναι μόνους ἐν τῇ πόλει· οὗτοι ὅταν ἐκνεοττεύσωσιν, ἑαυτοὺς μὲν, ὡς ἔοικεν, ἐκτοπίζουσιν, ἑτέρους δὲ τοσούτους τῶν ἐξ αὐτῶν γενομένων ἀπολείπουσιν.* Eadem ex Callimachi libro posuit Stephanus Byzantius. Eustathius ad Iliad. *β.* p. 904. ex Stephano repetiit. Aliam fabulam de siti corui per aestatem ex Aristotelis *τοῖς περὶ θηρίων* Eratosthenis *Καταστερισμοῖς* 41. vnde etiam Plinius 10. s. 15. *Corui ante solstitium generant, iidem aegrescunt sexagenis diebus, siti maxime, antequam fici coquantur autumno.* Cf. annotatio Heynii ad Eratosthenem Schaubachii p. XLIV.

CAPVT XXII. (vulgo XXXI.)

πύγαργος] *albicillam* interpretatur Gaza. Albertus *hargum*, Vincentius 16. cap. 151. *hargor* vocat. Aeschylus Agamemn. versu 115. in faustis belli auspiciis nominat missas aquilas, *οἰωνῶν βασιλέα τὸν κελαινὸν, τόν τ' ἐξόπιν ἀργίαν, φανέντας ἴκταρ μελάθρων χερὸς ἐκ δοριπάλτου παμπρέπτοις ἐν ἕδραισι βοσκομένους λαγίναν γένναν.* vbi ὁ *ἐξόπιν ἀργίας* est hic ipse *πύγαργος*.

τὰ ἄλση] Gaza *lucos*, Thomas *arbores* vertit. Albertus: *habitatio sua vt in pluribus vel secundum plurimum est in locis nemorosis, et aliquando appropinquant ciuitatibus: vocant autem quidam hoc genus vulturis abachyonem.* Vincentius l. c. habet *abiachon.* De vocabulo *νεβροφόνος* postea dicetur ex Antonino Liberali. Deinceps verba *τὰ δὲ λοιπὰ — φοιτᾷ* omisit versio Alberti. Thomas duo tantum vocabula, *γένη ὀλιγάκις*, omisit: *reliqua autem ad campos et arborosa perueniunt.* Plinius ordine Philosophi perverso ita 10. s. 3. *Sex aquilarum genera. — Secundi generis pygargus in oppidis mansitat et campis, albicante cauda.*

πλαγγος] Juntina, Camot. *πλάγχος*, Casaubonus nescio

vnde πλάγκος, Niphus κλάγγος annotauit. Versio Thomae *plangos* habet. Plinius l. c. *Tertii generis morphnus, quam Homerus et percnon vocat, aliqui et plancum et anatariam, secunda magnitudine et vi: huicque vita circa lacus.*

βήσσας καὶ ἄγκη] Thomas vertit *loca profunda et sinus*, et deinceps verba νηττοφόνος καὶ, porro μορφνὸς omisit. Locus Homeri est in Iliade 24. versu 316. μόρφνον, θηρητῆρ', ὃν καὶ περκνὸν καλέουσι. In Hesiodi Scuto versu 134. est de sagittis Herculis: μορφνοῖο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσι. In Homero Aristarchus πέρκνον scribi voluit. In nostro loco Med. liber et Ambr. μόρφος habet.

2. μελαναιετὸς] Edd. pr. μελαιναετὸς, quod correxit Sylburg. Med. Vat. μελαναετὸς, Ambr. μελαιναιετός. Plinius l. c. *Melanaetos a Graecis dicta, eademque valeria, minima magnitudine, viribus praecipua, colore nigricans, sola aquilarum fetus suos alit: ceterae, vt dicemus, fugant: sola sine clangore, sine murmuratione. Conuersatur autem in montibus.* Albertus: *inuenitur autem aliud genus vulturis, quod planagium* (Vincentius habet *plancior*) *antiqui vocant, quod minus est, quam primum, et quantitate et fortitudine, et manet secundum plurimum in montanis et in desertis locis, et hoc a quibusdam vocatur pyrofonos. Homerus autem in libro, quem de animalibus scripsit, dixit in deserto carchomos esse aliud genus vulturis nigri coloris et minoris quantitatis, quam alia genera sint vulturis, sed validum esse et maioris vigoris, quam sint cetera genera: et manet in montanis deserti, et vocatur ab ipso melanokos, quod plumis melanokum vocat, quod interpretatur vultur niger: et hoc genus proprie insidiatur leporibus et interficit eos. Hoc enim solum genus vulturum bono et non corrupto nutrimento nutrit pullos suos, et extrahit, et docet venari, eo quod hoc solum genus vulturum velox et aptum est venationi viuorum animalium, et non curat cadauera mortuorum.*

ὠκυβόλος] Scotus *cito venatur* vertit, vnde transtulit

Vincentius. Sequens εὐθήμων Thomas *bene formatus* vertit, et deinceps vocabulum ἄφοβος omisit. Gaza *concinna, polita, apta* vertit. Scaliger: *pernici impetu, elegans, liberalis, intrepida, pugnax, auspicata: neque enim querula est neque clangit.* Gaza contra male vocabulum εὔφημος reddidit *modesta et non petulans.* Versio Thomae habet *nec pipizat neque conskinizat*, adscripto in margine *corkinizat.* Plutarchus in Amatorio p. 6. Hutten.: ὥσπερ ἀετόν τινα λέγουσι γνήσιον καὶ ὀρεινὸν, ὃν Ὅμηρος μέλανα καὶ θηρευτὴν προσεῖπεν· ἄλλα δὲ γένη νόθων ἐστὶν, ἰχθῦς περὶ ἕλη καὶ ὄρνιθας ἀργοὺς λαμβανόντων· ἀπορούμενοι δὲ πολλάκις ἀποφθέγγονταί τι λιμῶδες καὶ ὀδυρτικόν.

περκνόπτερος] Med. Ambr. et versio Thomae περκόπτερος habent. Plinius l. c. *Quarti generis percnopterus, eadem oripelargus, vulturina specie, alis minimis, reliqua magnitudine antecellens, sed imbellis et degener, vt quem verberet coruus. Eadem ieiunae semper auiditatis et querulae murmurationis. Sola aquilarum exanima fert corpora: ceterae, cum occidere, considunt. Haec facit, vt quintum genus γνήσιον vocetur, velut verum solumque incorruptae originis, media magnitudine, colore subrutilo, rarum conspectu.* Albertus: *Inuenitur autem etiam aliud genus vulturum, et hoc est alarum malarum, et habet caput album, et quantitas eius est minus quasi medietate aliorum vulturum, et habet alas paruas valde, et medietas corporis sui, quae est inter caudam et collum, est longa, et assimilatur cake, et dicitur graece onkalergos, latine autem partipitirus. Vocant autem quidam vulturem auem, quam graeci octagos dicunt, latine autem pergalios vocatur, quae manet in nemoribus, sed est auis rapax cadaverum mortuorum et vilis, ita quod fere nullum habet iuvamentum defensionis; propter quod et corui nigri et corniculae deplumant ipsum et eiiciunt et expellunt de cadaveribus: et hoc etiam faciunt ei aliae aues. Est enim gra-*

vis volatus et piger, et vilium morum, et quasi semper vociferat, et famem patitur propter pigriciam venandi. Haec autem auis a nobis potius species milui quam vulturis esse dicitur; sed, vt diximus, omnia huiusmodi genera antiqui vultures appellabant. Vbi quod περκνοπτερος interpretatur *alarum malarum*, id e versione Scoti retulit etiam Vincentius, qui deinde *percipiturus* praefert. Sed en tibi verba Vincentii: *quod est malarum alarum, inuenitur, quod a quibusdam pigardus dicitur. habet caudam album et caput album, eiusque quantitas quasi vulturum aliorum medietas.*

λευκὴ κεφαλή] Versio Thomae *albi capitis*, quasi λευκῆς κεφαλῆς scriptum legisset. Sed nec hoc nec vulgatum verum esse puto. λευκὸς τὴν κεφαλὴν malebat Sylburg. ὀῤῥοπύγιον πρόμηκες Gaza *cauda longiore* vertit. Plinius quasi auctore Phemonoe ad anatariam transtulit: *eandem aquilarum nigerrimam prominentiore cauda:* quae notae duae diuersae ad duas diuersas aquilas pertinent. Sed Scaliger Gazam reprehendit, simulque Plinium, qui ὀῤῥοπύγιον caudam verterit; ipse *clunes longos* et in haliaeeto πλατὺ *latos clunes* interpretatur. Male.

ὑπαίετος] Vulgatum γυπαίετος correxi. Med. ὑπαιετὸς habet cum Gaza, qui *subaquila* vertit, et Thoma, vbi est *ypaetos*, glossa vero *subaquila* interpretatur. Deinceps in versione Thomae est: *nominata cyconia vocatur.* Scriba voluit vel debuit *montana* scribere. Verba οἰκεῖ δ' ἄλση omisit Thomas. Postea vulgatum πονεῖ δ' ἀεὶ ex Canis. et tribus versionibus correxit Camus. Accedit auctoritas Plinii. In Medic. verae lectionis vestigia haec sunt: πείνῃ δ' αἰεὶ καὶ βία. Verbum μινυρίζει Gaza *clangit* vertit, Thomas *pipizat.* De hypaeto vel gypaeto difficile est iudicium; alius enim nullus scriptor genus hoc commemorauit eo nomine, nisi huc referas Antonini Liberalis locum cap 20. ex Boeo ductum, vbi haec sunt: καὶ ἐγένετο Κλεῖνις μὲν ὑψιαιετός· οὗτός ἐστι δεύτερος ὀρνίθων μετὰ τὸν αἰετὸν,

διαγνῶναι δ' οὐ χαλεπόν· ὁ μὲν γάρ ἐστι νεβροφόνος ἐρεμνός, μέγας τε καὶ ἄλκιμος, ὁ δ' ἀετὸς μελάντερος καὶ ἐλάσσων ἐκείνου. Cuius loci difficultatem nemo interpretum nec sensit nec explicuit Primum enim auis nomen ὑψιαιετὸς nusquam memoratum legitur, nec, quod genus significetur, constat. Sed nuper demum doctissimus *Bast* in Epistola Critica ad Gallum Boissonade monuit, in Codice Antonini inspecto a se Tabulam Capitum praepositam libro ex hoc loco habere ὑπαίετος, quam scripturam equidem probo, quoniam etiam Aristoteles plura ex Boeo duxisse videtur. Altera istius loci difficultas in lectione vulgata erat in eo, vt nescires, an auis ὑψιαίετος cum aquilis in vniuersum, an cum certo aquilarum genere comparetur. Nominatur enim deinceps νεβροφόνος, quod certo cuidam generi proprium fuisse Aristoteles docet. Sed scriptura ὑπαίετος docet, generatim ἀετὸν nominari, et vniuersum ordinem aquilarum verarum intelligi. Itaque verba δεύτερος ὀρνίθων μετὰ τὸν ἀετὸν pertinent ad gradum et dignitatem hypaieti, quae etiam ipso nomine significatur, vt in ὑποτριόρχῃ. At enim vero scriptura ὑπαίετος ipsa non caret difficultatibus. Prima et maxima est in fortitudine vocabulo ἄλκιμος expressa, quam sequitur altera ex epitheto νεβροφόνος ducenda, quod ad aquilam potius pertinere putaueris. Magnitudo quidem maior hypaieti conuenit cum Aristotelico. Sed subiunguntur in comparatione aquilae, quae non totum genus, sed quandam speciem certam definire videntur. Neque enim quiuis ἀετὸς μέλας vel μελάντερος quam percnopterus vel hypaietos, nec quiuis minor hypaieto; saltem ὁ γνήσιος excipiendus erat. Quid si suspiceris, vitium scripturae sententiam scriptoris obscurasse? Verba igitur ὁ μὲν γάρ — ἄλκιμος videntur ad proxime antecedens ἀετὸς referenda esse; tum vero scribendum erit ὁ δ' ὑπαίετος μελάντερος καὶ ἐλάσσων. Ita certe prius membrum de aquila redigitur in concordiam cum doctrina Aristotelica; alterum tamen adhuc habet du-

bitationem de magnitudine, quae non congruit Aristotelico hypaieto. Videant doctiores.

3. ἁλιαίετοι] Vatic. ἁλιαετοὶ, Ambr. ἁλιαίτοι. Vulgatum ἁλιαιετοὶ vbique mutaui. Deinceps μέγαν αὐχένα Gaza *ceruicem magnam* vertit, Scaliger potius μακρὸν significari vult. οὐροπύγιον πλατὺ Gaza *caudam latam*, Scaliger *clunes latos* interpretatur. Albertus ita: *Est autem adhuc aliud genus vulturum, quod albaton* (Vincentius ex Scoti versione *asbaton* habet) *antiqui graecorum vocauerunt, et est grossi colli, habens alas valde retortas ad dorsum suum, et magni* (*ampli* Vincentius) *est pectoris, et vt frequentius manet in ripis maris, et cum rapit aliquid, fert secum ad pelagus, et ibi comedit ipsum volando. Fugit autem ad pelagus propter aues, quae sunt in littore, quarum timet insidias.* Plinius l. c. *Superest haliaeetos, clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, visoque in mari pisce praeceps in eum ruens, et discussis pectore aquis rapiens.* Sed de hoc genere accuratius dicetur infra ad Cap. 34. vbi repetit historiam et latius exsequitur. Ibi vero est: διατρίβει δὲ περὶ τὴν θάλατταν καὶ ζῇ θηρεύων τοὺς περὶ τὴν θάλατταν ὄρνιθας, ὥσπερ εἴρηται: tum addit modum capiendi aues. Vnde patet, hoc in loco mentionem auium excidisse.

γνήσιοι — φήνης] Versio Thomae *fena* habet. Plinius l. c. *quintum genus* γνήσιον *vocatur, velut verum solumque incorruptae originis, media magnitudine, colore subrutilo, rarum conspectu.* In quibus *media magnitudo* convincitur a graecis ἡμιόλιος τῶν αἰετῶν, quae Gaza vertit: *caeteras aquilas vel sesquialtera portione excedit.* De cymindi vide dicta ad Cap. 13. sect. 3. Audiamus nunc Albertum: *Aliud etiam vulturum inuenitur genus, quod graece gression* (Vincentius *crassion* habet) *vocatur, et hoc apud nos verus vultur proprio nomine vocatur. Hoc enim genus solum vere vultur est et vocatur. Alia vero genera, sicut alyetus et ossyfragus et alia, quae dicta sunt, spuria sunt,*

ex commixtione vulturum et diuersi generis accipitrum procreata sunt per compositionem naturae, sicut diximus gugulum componi ex accipitre et columba, siue etiam ex permixtione coitus, eo quod semina auium harum fere similia sunt in complexione. et vnum eorum non corrumpit aliud, sed fecundat, sicut semen equi se habet ad semen asini. Iste autem vultur verus est, magnus valde, omnibus maior aliis vulturibus fere in sesquialtera proportione, et habet fortem vocem, et color eius est citrinus rubescens aliquantulum, et non videtur nisi raro, sicut et auis vocata cekeos. Vbi annotabis, verba *et habet fortem vocem* orta videri ex interpretatione falsae lectionis *μείζων τε τῇ φωνῇ* pro vulgata *τῆς φήνης*. Denique ex hoc loco Aelianus sua traduxit 2, 39. H. A. *ἀκούω δέ τι καὶ γένος αἰετῶν, καὶ ὄνομα αὐτῶν χρυσαίετον ἔθεντο, ἄλλοι δὲ ἀστερίαν τὸν αὐτὸν καλοῦσιν· ὁρᾶται δ' οὐ πολλάκις. Λέγει δ' Ἀριστοτέλης αὐτὸν θηρᾶν καὶ νεβροὺς καὶ λαγὼς καὶ γεράνους καὶ χῆνας ἐξ αὐλῆς. Μέγιστος δ' αἰετῶν εἶναι πεπίστευται καὶ λέγουσί γε εἰς τοὺς Κρῆτας καὶ τοῖς ταύροις ἐπιτίθεσθαι αὐτόν.* Tum modum tauros aggrediendi narrat. Patet Aelianum sua non ab ipso Philosopho accepisse, sed a recentiore aliquo scriptore, qui nomina recentiora antiquis substituerat. Is praeterea, quae Aristoteles de vniuerso aquilarum genere narrauerat, ad vnam *γνησίου* vel *χρυσαιέτου* speciem retulit, haec scilicet: *θηρεύει δὲ νεβρους καὶ λαγὼς καὶ ἀλώπεκας καὶ τὰ λοιπὰ* etc. Accipitrem *ἀστερίαν* habet Aristoteles, aquilam praeter Aelianum nemo nominauit.

4. *ἀγορᾶς πληθούσης*] Versio Thomae *ad appropinquans tempus fori* lectionem falsam *πλησιαζούσης* reddere videtur. Plinius: *A meridiano autem tempore operantur et volant; prioribus horis diei, donec impleantur hominum conuentu fora, ignauae sedent.* Rectius Plinius quam Gaza, qui ita: *a prandio ad meridianum. Mane enim quiescit, vsquedum forum frequens et prandendum iam sit.* Verius

Scaliger: *a prandio ad vesperam.* Albertus ita: *Venatur autem vultur frequentius a meridie vsque ad noctem. A tempore autem ortus solis vsque ad illud tempus quiescit et digerit cibos: et quum senescit, elongatur vncus rostri eius superioris et arcuatur et impedit eum cibum accipere, et pigritatur volatus eius et tandem moritur fame.*

αὐξάνεται τὸ ἄνω] Versio Thomae καὶ τὸ ἄνω scriptum reddidit. Antigonus cap. 52. Ὁ δὲ Ἀριστοτέλης φησὶ τῷ ἀετῷ γηράσκοντι τὸ ῥύγχος αὐαίνεσθαι καὶ γαμψοῦσθαι, καὶ τέλος ἀποθνήσκειν λιμῷ. Demetrius de Elocutione Cap. 158. meae vero editionis 157. haec ita laudauit: ὡς ὁ Ἀριστοτέλης ἐπὶ τοῦ ἀετοῦ φησιν, ὅτι λιμῷ θνήσκει (ita Codex Dresdensis pro vulgato θνήσκοι) ἐπικάμπτων τὸ ῥάμφος· πάσχει δὲ αὐτὸ, ὅτι ἄνθρωπος ὤν ποτε ἠδίκησε ξένον. Morbum accuratius definit Epiphanius: γηράσαντος γρυποῦται ὁ προμυκτήρ. Ita vocat partem rostri aduncam, quam alii ἐπιρυγχίδα. Apostolius 1, 63. τῆς καμπῆς τοῦ ἄνω χείλους πρὸς τὸ κάτω χρόνῳ συγκαμψάσης. Plura loca scriptorum vide in annotatione Jo. Beckmanni ad Antigonum. Plinius l. c. *Oppetunt non senio nec aegritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non possit.*

ἀποτίθεται] Versio Thomae ἀποτίθενται scriptum reddidit. Sequens ἐν ταῖς νεοττείαις vulgato τοῖς νεοττοῖς adiecit Camus ex Med. Canis. versione Thomae et Gazae. Albertus: *vultur autem illud, quod superfluit de cibo, ponit in nido, vt ex hoc thesauro pullos cibet eo, quod cibum sufficientem non de facili potest inuenire.* Deinceps γὰρ post διὰ adiecit Camus ex Mediceo: idem reddidit versio Thomae et Gazae.

5. *λάβωσι σκευωρούμενον*] *si quem deprehenderint violantem nidum* Gaza vertit. Scaliger: *si quem deprehendant quicquam circa nidum conuasantem*; nimis ad verbum. Diverso sensu infra cap. 49. de gallis: ἀπολομένης τῆς θηλείας αὐτοὶ περὶ τοὺς νεοττοὺς τὴν τῆς θηλείας ποιούμενοι σκευω-

ρίαν. vbi negotia et curam matris significat. De Generatione 1, 7. διὰ τὴν περὶ ταῦτα σκευωρίαν. Gaza vertit: *ea ipsa, qua vtuntur, solertia.* Thomas: *habitudinem* interpretatur. Neuter bene. Aelianus H. A. 2, 40. καὶ ζηλοτυπώτατον δ' ἦν ζῶον αἰετὸς περὶ τὰ νεόττια· ἐὰν γοῦν θεάσηταί τινα προσιόντα, ἀπελθεῖν ἀτιμώρητον οὐκ ἐπιτρέπει· παίει γὰρ τοῖς πτεροῖς αὐτὸν, καὶ τοῖς ὄνυξι λυμαίνεται, καὶ ἐπιτίθησιν οἱ πεφεισμένως τὴν δίκην· οὐ γὰρ χρῆται τῷ στόματι. Agnoscisne ingenium sophistae? Albertus: *Ea autem, quae volunt accipere pullos eius, percutit alis et vulnerat vnguibus, quantum perualet.*

ἀποκρήμνοις — δένδρων] Plinius l. c. sect. 4. *nidificant in petris et arboribus: pariunt et oua terna: excludunt pullos binos: visi sunt et tres aliquando. Alterum expellunt taedio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negauit natura, prospiciens, ne omnium ferarum fetus raperentur.* Deinceps versio Thomae pro verbis vulgatis ἐκ τοῦ τόπου τοῦ περὶ αὐτὴν παντὸς ἀπελαυνουσιν habet: *qui circa expellunt.* Igitur πέριξ scriptum legit, omisso αὐτὴν, quod Camus cum Sylburgio librorum αὐτὸν substituit. Gaza αὐτοὺς legisse videtur. Vertit enim: *post regione, quam ipsi genitores incolunt, tota exterminant.* Equidem Thomam secutus πέριξ scripsi, omisso αὐτόν. Albertus: *nec permittit, vt habitent in certa regione propter cibi sui paucitatem.*

ἐπέχει — τόπον] Versio Thomae: *Permanet enim vnum par aquilarum multo tempore:* scripturam ἐπιμένει — πολὺν χρόνον reddidit, cuius mentionem non fecit Camus. Albertus: *Vnum enim par vulturum in quaerendo cibum occupat magnum locum, et ideo alios vultures non permittunt appropinquare sibi tempore pullificationis.* Eleganter Plinius s. 4. *Verum adultos quoque persequitur parens et longe fugat aemulos scilicet rapinae. Et alioqui vnum par aquilarum magno ad populandum tractu, vt satietur, indiget. Determinant ergo spatia, nec in proximo praedantur.* Deinceps ποιοῦνται vulgato ποιεῖται ex Med. Vat. et

versione Thomae Gazaeque substituunt. *ποιεῖ* est in Ambr. Eandem scripturam posuit nescio vnde Scaliger, eamque reprehendit, cum sequatur *ἀποπτάς*. Ceterum huc pertinet locus Aeliani H. A. 2, 39. *καὶ μέντοι καὶ ἀλλήλων ἀπῳκισμένας οἰκοῦσι καλιὰς ὑπὲρ τοῦ μὴ διαφέρεσθαι ὑπὲρ θήρας, καὶ λυπουμένους λυπεῖν πολλάκις.* Postea diversam scripturam reddidit Thomae versio: *sed multum a remotis.*

6. *κυνηγήσῃ*] Med. Ambr. *κινήσῃ*, Vatic. *κινήσῃ*, versio Thomae *mouerit.* Deinceps *προπειραθεὶς* ex Ambr. recepit Camus. Plinius: *Rapta non protinus ferunt, sed primo deponunt, expertaeque pondus tunc demum abeunt.* Sequens *καὶ* omisit Camotiana.

ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ ἔλαττον] Gaza nimis breuiter, *paulatim descendunt.* Scaliger: *sed semper paulatim orbe interiore.* Annotauit etiam, non recta linea descendere, sed curua et in gyrum. Albertus: *Est autem huic aui et fere omnibus aquilis commune non venari in locis propinquis nido, sed in locis remotis valde: et cum venando aliquid ceperit, non subito rapiendo fert illud ad nidum, sed primo ducit parum et residet, et sic temptat pondus eius, et deinde fert ad nidum, si poterit: et quum deprehendent animal, quod graece dethsocodos vocatur, quod animal grauius est quam lepus et est minoris quantitatis quam capriolus, fert praedam illam de loco ad locum, eo quod aliquo modo est supra vires eius, et cum de loco portat ad locum interpositis quietibus, potest ferre pondus eius. Consueuit enim sedere in locis praeruptis altissimis in montibus, eo quod in ascendendo retardatur in volando, et a loco alto facilius accipit volatum. Videt etiam ex illis locis escam de longinquo, eo quod acutum habet visum et de longinquo videntem.* Omisit igitur verba *καὶ καταβαίνει — κατὰ μικρόν.*

ὅπως ἐπὶ] Camotiana *ὅπως* omisit. Deinceps *μόνον* omisit versio Thomae. Postea negationem ante *ἥκιστα* cum

Med. Vat. et tribus versionibus omisit Camus, qui suspicatur, vulgatum οὐχ ἥκιστα ortum habere ex οὐχ ἥδιστα. Denique ἐπὶ πέτραις scriptum vertit Thomas *in petris*, Gaza *in saxis*. Albertus: *non diu sedent super saxa et lapides, nisi aliquo medio interiecto, eo quod durities lapidum nocet vnguibus eorum.* Sylburgius ἐπὶ πέτρας malebat.

7. τὰ λοιπὰ] Versio Thomae λοιπὰ πάντα reddidit, et κρατεῖν οἷός τ' ἐστιν *obtinere possunt.* Albertus: *Vultur etiam vltimo dictus et quaedam aquilarum genera capiunt lepores et cuninos et capriolos et etiam hynulos ceruorum et caprarum et alia animalia, quae retinere possunt.*

τὴν αὐτὴν ἀεὶ διαμένειν] Med. τὴν αὐτῶν ἐπὶ πολὺ διαμένειν. Versio Thomae: *quod longo tempore idem nidus permanet.* Legit igitur scriptum: ἐκ τοῦ ἐπὶ πολὺ τὴν αὐτὴν νεοττιὰν διαμένειν. Argumento philosophum non satis firmo vsum annotauit Scaliger.

8. Σκυθίᾳ] Med. Canis. Vatic. Σκυθίαις, vbi Σκύθαις latere docet versio Thomae: *Apud Scithas.* Deinceps vulgatum γένος ἐστὶν αἱ ὠτίδες ex Med. Canis. correxi. Thomae versio: *genus est non minus bistarda.* Gazae: *magnitudine otidis.* Scoti: *in septentrione inuenitur alia auis non minor aquila.* Alberti: *In partibus autem septentrionalibus, quae multum accedunt ad polum arcticum, quaedam auis inuenitur, quae non est in quantitate minor quam aquila, et est quoddam genus aquilae, quod ouat duo oua ad plus et non fouet ea, sed ponit ea aut in corio leporis aut vulpis ex parte pilorum, quousque calore pellis et solis exeunt pulli post fracturam ouorum: et animal huiusmodi pellis capit et comedit carnem, et ducit pellem in summitatem altae cuiusdam arboris, et ouat in eam, et cum exierint pulli, reuertitur ad eos et nutrit eos in summitate arboris, et pugnat percutiendo alis et lacerando vnguibus eos, qui adscendentes volunt accipere pullos, sicut faciunt vultures et aquilae aliae.* Scripturam a nobis receptam pro vulgari

ἐν Σκυθίᾳ — οὐκ ἔλαττον ὠτίδος confirmat Plinius 10. s. 50. *In Scythis auis magnitudine otidis binos parit in leporina pelle semper in cacuminibus arborum suspensa.* Postea vulgatum *ἐγκρύψασα* ex Med. Canis. correxi. Refertur enim participium ad antecedens *γένος;* itaque etiam sequens *θηρεύων* mutandum fuit in *θηρεῦον.* Vitium vulgatae in errorem induxit Scaligerum, vt verteret *cum aucepe nullus interuenit,* quanquam versio eius habeat: *Obseruat in summa arbore, si pullos adsit qui surripiat.*

CAPVT XXIII. (vulgo C. XXXIV.)

ἀλλὰ τὴν ἀκρέσπερον] Vulgatum *ἀλλ' ἄχρις ἑσπέρου* vitiosum esse iam olim vidit Sylburg, qui *περὶ* vel *ὑφ' ἑσπέραν* malebat. Gaza *vespertino et matutino* vertit, Thomas *vespere.* Med. *μέχρις ἑσπερίου,* Canis. *μέχρις ἑσπέρας* habent; nihil praestantius, quam ea scriptura, quam ex Athenaeo restitui praeeunte Casaubono. Athenaeus vero h. l. ita laudauit: *Γλαῦκες δέ, φησί, καὶ κόρακες ἡμέρας ἀδυνατοῦσι βλέπειν· διὸ νύκτωρ τὴν τροφὴν ἑαυτοῖς θηρεύουσι, καὶ οὐ πᾶσαν νύκτα, ἀλλὰ τὴν ἀρχέσπερον.* In qua scriptura quanquam Codices omnes consentiant, et prima erroris causa quamuis exinde fuerit orta, malui tamen *ἀκρέσπερον* vt frequentiorem et veriorem formam ponere.

σφονδύλας] Iunt. Camot. *σφοδύλας.* Versio Thomae *fondili,* Gazae *verticillos* habet. Albertus: *Auis autem, quae hein vocatur, et ea, quae vocatur glauces, sunt genera bubonum, et alia quaedam genera sunt noctuarum non bene videntia de die, sed venantur in nocte et congregant cibum; nec venantur per totam noctem, sed in duobus crepusculis noctis, eo quod tunc animalia parua plus mouentur. Capiunt autem mures et lacertulos et ceacoydolos, quod est quoddam genus muris, quem nos eychel vocamus, et quaedam etiam alia venantur animalia.* Vbi nomen muris germanicum *Cisel* scribere voluit.

2. δειπνοφόρος] Thomae *cibatiua*, Gazae *coenae gerula*. Similiter supra cap. 18. de ardea prima est: εὐμήχανος δὲ δειπνοφόρος. Deinceps pro ἐκτρέφει Thomas scripturam εὖ τρέφει reddidit *bene nutrit*. Postea ἐκείνη ἀναλαβοῦσα Med. Canis. Vatic. habent: quo accepto, comma post ἐκβάλλῃ ponendum erit.

ἔτι βίου δεόμενα] *adhuc parentis operam desiderantes* Gaza vertit. Thomas: *adhuc cura indigentes*. Vitiosam lectionem vulgatam vtraque versio arguit. Deinceps negationem ante ὀξυλαβής additam vertit Thomas: *est autem tarde captiua*. Gaza: *nec copiosae venationis*. Verbum ὀξυλαβεῖν adhibuit Xenophon Hellen. 7, 4, 27. *Prompta ad praecipiendum* vulgatam vertit Scaliger. Idem sequentia λαμβάνει δὲ μέγα vertit: *Magno enim eget pastu, cum edit*. Gaza vero inepte: *Magnum tamen quid nanciscitur, cum venatur*. Albertus: *Auis autem, quam cum graeci quidam vocant, in veritate est illa, quam alii cyfred vocauerunt, et latine vocatur ossyfragus. Est autem auis de genere aquilarum paruarum, comedens carnem, et comesta ducit ossa in altitudinem, vt cadentia super saxa frangantur: et tunc descendens comedit medullam, et propter hoc vocatur ossyfragus. Est autem auis, quae bonae est pullificationis et boni moris ad pullos suos, eo quod bono affectu mouetur ad eos et miseretur eorum et multas sollicitudines habet de ipsis, et cibat pullos suos diligenter, et ex misericordia etiam colligit pullos aquilarum aliarum et vulturum abiectos vel derelictos et cibat eos. Vultur enim eiicit pullos suos ante tempus, quo possunt volare, eo quod non potest eos bene pascere propter grauitatem volatus sui, aut quod, vt dicunt quidam, inuidet eis vultur. Auis est inuida naturaliter, et est auis fortissimae famis, et quando venatur, saepe tarde inuenit cibum, cum tamen multo cibo indigeat: et ideo inuidet pullis, quando impinguantur de venatione sua. Cum igitur pulli faciles sint impinguatio-*

nis propter humorem iuuentutis, qui dominatur in eis, ex inuidia abiicit eos ante tempus debitum.

καὶ σπᾷ] Versio Thomae καὶ σπᾶν vertit *et trahendi vnguibus.* Deinceps οἱ νεοττοὶ καὶ αὐτοὶ περὶ τ. ἑ. ex Ambr. et versione Gazae dedit Camus: *Pulli etiam ipsi inter se pugnare incipiunt.* Contra Thomas vertit: *Compugnant autem pulli.* Is igitur διαμάχονται scriptum legit, et deinceps καὶ αὐτοῖς, vt est in Med. et Vatic. Equidem vulgatum μάχονται correxi.

καὶ οὕτως ὑπολαμβάνει] Camus cum Codd. οὕτως omisit. Deinceps Med. pro verbis ἐπάργεμός τ' ἐστιν habet πεπηρωμένος τ' ἐστιν. Gaza vertit: *Parum haec oculis valet: nubecula enim oculos habet laesos.* Scaliger: *est oculis ob albuginem vitiosis, neque integre videt.* Albertus: *Pugnant autem vultures, sicut et alia animalia, propter mansionem et cibum et pullos. In oculis autem ossifragi est albedo multa permixta pupillae, et ideo est debilium oculorum auis ista.*

3. Ὁ δ' ἁλιαιετός] Scripturam Med. Canis. expressam a Gaza vulgatae ὁ δ' αἰετός substituit Camus, eamque confirmant verba subsequentia ὥσπερ εἴρηται, tum Plinii, Scoti Albertique versio. Plinius enim 10. s. 3. *Superest haliaeetos, clarissima oculorum acie, librans ex alto se, visoque in mari pisce, praeceps in eum ruens et discussis pectore aquis rapiens.* Albertus: *Auis autem graece vocata alinkos, latine vero alietus, est acuti visus valde, et cogit suos pullos aspicere solem, antequam habeant alas completas: cogit autem eos percutiendo eos alis, et convertendo ad solem: et si oculus eorum lachrymetur, illum interficit.* Recte igitur Scaliger iam olim veram scripturam in textu posuit.

ἔτι ψιλὰ ὄντα] Versio Thomae, *adhuc non coecum existentem*, scripturam οὐκέτι τυφλὰ ὄντα reddidit. Quae lectio mire mihi blanditur. Vulgatam ex h. l. excerpsit Antigonus cap. 52. τὸν δ' αἰετὸν ἐπαναγκάζειν τὰ τέκνα

ἔτι ψιλὰ ὄντα πρὸς τὸν ἥλιον βλέπειν· τὸ δὲ δακρύον αὐτῶν καὶ μὴ θέλον ἀντοφθαλμεῖν ἀποκτείνειν. Is etiam vulgatam scripturam *αἰετοὶ*, non *ἁλιαίετοι* in libro suo reperit: Plinius autem contra 10. s. 3. *Haliaeetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit aduersos intueri solis radios, et si conniuentem humectantemque animaduertit, praecipitat e nido, velut adulterinum atque degenerem, illum, cuius acies firma contra stetit, educat.* Sed Aelianus H. A. 2, 26. simpliciter *αἰετὸν* nominans: *ἀργοὺς ἔτι καὶ ἀπτῆνας ἀντίους τῇ αὐγῇ τοῦ ἡλίου ἵστησιν.*

καὶ ὁποτέρου — ἀποκτείνει] Hoc membrum omisit Medic. Versio Thomae *ἔμπροσθεν prius* reddit, vt Gaza. Deinceps *ὄρνιθας, ὥσπερ εἴρηται*, respicit superius dicta de haliaeeto, sed ibi nec auium nec piscium fit mentio, tantum est: *ἁρπάζοντες δὲ καὶ οὐ δυνάμενοι φέρειν πολλάκις καταφέρονται εἰς βυθόν.* Quo in loco vertendo aliena Plinius immiscuisse videtur. Is statim subdidit: *Illa quam tertiam fecimus, circa stagna aquaticas aues appetit mergentes se subinde, donec sopitas lassatasque rapiat. Spectanda dimicatio, aue ad perfugia littorum tendente, maxime si condensa arundo sit: aquila inde ictu abigente alae, et cum appetit, in lacus cadente, vmbramque suam nanti sub aqua a littore ostendente: rursus aue in diuerso et vbi minime se credat expectari, emergente. Haec causa gregatim auibus natandi, quia plures simul non infestantur, respersu pennarum hostem obcaecantes. Saepe et aquilae ipsae non tolerantes pondus apprehensum vna merguntur.* Postremum membrum ductum est ex priore loco de haliaeeto, vbi nec piscium nec auium fit mentio. Reliqua narratio omnis ex hoc loco ducta, sed a Plinio vel potius interprete latino Aristotelis, vnde is est mutuatus, ad tertiam aquilam Plinii, secundam Philosophi, anatariam vel *νηττοφόνον* appellatam

traducta. Quod fecit etiam Aelianus, cuius locum deinceps ponam.

καταδύεται, ὡς] Versio Scoti apud Vincentium 17. c. 140. *expectat, vt vultur a loco transeat.* Albertus: *Timet autem haec auis multum vulturem magnum et aquilam, et fugit et mergit se sub aquam, vt sic praeseruetur a vulture et aquila, in alio loco emergens de aqua et recedens.* Is igitur facit cum Gaza, qui vertit *vt in diuersa prolapsa emergat.* Thomas etiam pro vulgato αὖθις vertit *alibi.* Recte enim Med. et Vatic. ἑτέρα habent pro αὖθις. Scribendum ἑτέρᾳ vel ἑτερᾷ, vt in Aeliani H. A. 3, 16. ἑτέρᾳ μετοικιζόμενος. In Platonis Epinomide p. 256. Codex ἑτέρᾳ habet pro ἑτέρως. Apud Pindarum Nemeor. 7, 9. est doricum ἑτερᾷ.

ἀεὶ πέτεται] Gaza *sedulo aduolat*, sed Thomas vertit *semper intuetur, donec suffocetur.* Quid is scriptum legerit, dubitari potest. Deinceps vulgatum ἀθρόαις γὰρ ex versione Thomae et Gazae correxi. Pro ῥαίνουσαι, quod Plinius reddidit *resperşu pennarum hostem obcaecantes*, Med. Canis. νέουσαι habent, *natantes* versio Thomae. Albertus: *Sed vultur et aquila magna quum etiam sint acuti visus, semper volant super aquam contemplantes eam desub aqua natantem, et aliquando ita diu volat super ea, donec suffocatur in aqua. Si autem emerserit, rapient eam et deuorabunt.* Scotus igitur non solum vt Thomas ἀποπνιχθῇ scriptum vertit, sed etiam iuxta verba ἀεὶ πέτεται verbum ἀποθεωρῶν vel simile scriptum in suo libro reperit. Aelianus etiam ἀποπνιχθῇ de aquila scriptum reperisse videtur. Ita enim h. l. retulit de anate narrans H. A. 5, 33. ἀετὸς δέ, ὃν καλοῦσι νηττοφόνον, ἐπιπηδᾷ τῇ νηχομένῃ, ὥσπερ ἁρπασόμενος· ἡ δὲ καταδῦσα ἑαυτὴν ἠφάνισεν, εἶτα ὑπονηξαμένη ἀλλαχόθι ἐκκύπτει. Ὁ δὲ καὶ ἐκεῖ πάρεστι, καὶ αὖθις κατέδυ ἐκείνη, καὶ πάλιν ταὐτὰ καὶ πάλιν, καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ καταδὺς ἀπεπνίγη, ἢ ὁ μὲν ἀπέστη ἐπ' ἄλλην ἄγραν, ἡ δὲ ἔχουσα τὸ

αὖθις ἐπινήχεται αὖθις. Narrationem igitur Philosophi, vt Plinius, ad aquilam anatariam, non ad marinam retulit. Potest tamen fieri, vt Aelianus *καταδῦσα ἀπεπνίγη* scripserit et ad anatem retulerit, quam coniecturam et vulgata Aristotelicorum librorum scriptura et narrationis series confirmare videntur.

Haec duo sunt loca Aristotelis, vbi marinae aquilae fit mentio, quam male Buffonus cum aliis comparauit cum Balbuzardo Anglorum et Gallorum aquila *Craupêcherot* vocata, vt recte admonuit Camus, qui potius Belonii ossifragam de Natur. au. 2. c. 7. comparandam cum haliaeeto censuit.

Sed Aelianus H. A. 3, 45. vbi duas diuersas Philosophi narrationes de columbis excerpsit, intermedio loco quasi auctore eodem haec tradit: *Δοκεῖ δέ πως ταῖς περιστεραῖς τὸ ἐντεῦθεν πρὸς μὲν ἄλλους ὄρνιθας τοὺς ἁρπακτικοὺς ἔνσπονδα εἶναι, τοὺς μέντοι ἁλιαέτους καὶ τοὺς κίρκους ὡς πεφρίκασί φησι.* Idem repetit 5, 50. *περιστεραὶ πρὸς ἀετῶν μὲν κλαγγὴν καὶ γυπῶν θαῤῥοῦσι, κίρκων δὲ καὶ ἁλιαιέτων οὐκέτι.* Cuius narrationis vestigium nullum hodie in libris Philosophi extat.

Superest narratio de phene suscipiente pullum aquilae e nido eiectum a parentibus, quam Plinius 10. s. 4. transtulit: *Alterum expellunt taedio nutriendi. — Sed eiectos ab his cognatum genus ossifragae excipiunt et educant cum suis.* Ex narratione hac ortum habere videtur altera de haliaeetis apud Plinium sect. 3. *Haliaeeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur. Id quidem, quod ex iis natum est, in ossifragis genus habet, e quibus vultures progenerantur minores, et ex iis magni, qui omnino non generant.* Quae ille duxit e libro *θαυμασίων* c. 61. vbi locus vulgo vitiosus legitur. Emendationem a C. Gesnero olim propositam confirmat Codex Vindobonensis, vnde emendatum apponam: *Ἐκ τοῦ ζεύγους δὲ τῶν ἀετῶν θάτερον τῶν ἐκγόνων ἁλιαίετος γίνεται*

παραλλάξ, ἕως ἂν σύζυγα γένηται. Ἐκ δὲ ἁλιαιέτων φήνη γίνεται· ἐκ δὲ τούτων οἱ περκνοὶ γύπες· οὗτοι δ' οὐκέτι διορίζουσι περὶ τοὺς γύπας, ἀλλὰ γεννῶσι τοὺς μεγάλους γυπας· οὗτοι δ' εἰσὶν ἄγονοι. Σημεῖον δὲ τουτου, διότι νεοττίαν οὐδεὶς ἑώρακε γυπὸς μεγάλου. vbi tamen verba *οὐκέτι διορίζουσι περὶ τοὺς γύπας* vitiosa adhuc supersunt, quibus ego emendandis non sufficio. Cetera Gesner ita interpretatus est: *Ex coitu aquilarum pullus alter fit haliaeetus, idque vicissim, nunc mas scilicet, nunc femina, donec vtriusque sexus haliaeeti prognati fuerint. Ex his deinde ossifraga nascitur: ex ossifragis percni vultures. Hi tandem non amplius . . . . sed generant vultures maiores, qui plane steriles sunt. Argumentum rei est, quod vulturis magni nidum nemo adhuc vidit.* Haec vero narratio non est profecta ex libro aliquo perdito Aristotelis, sed potius ex libro Herodori sophistae, cuius fabulosam narrationem de genere vulturum duobus locis refutauit Philosophus. Ceterum is scriptor duo tantum vulturum genera statuit, minorem *περκνὸν*, alterum maiorem sterilem, cuius color non editur. Ita noster supra 8, 5. *τῶν γυπῶν δύο ἐστὶν εἴδη, ὁ μὲν μικρὸς καὶ ἐκλευκότερος, ὁ δὲ μείζων καὶ σποδοειδέστερος.*

Alia extat in Geoponicis 14. c. 26. narratio adscripta Aristoteli, *γῦπας μὴ συγγίνεσθαι, ἀλλὰ ἀντιπρώρους τῷ νότῳ πετομένους ἐγκυμονεῖν, καὶ διὰ τριῶν ἐτῶν τίκτειν.* Gemina ex Aeliano H. A. 2, 46. aliisque ibi adscripsit doctissimus Niclas. In Aeliani vero loco nescio quo pertineat mentio *αἰγυπιῶν*, quos in confiniis aquilarum et vulturum positos et colore nigros esse ait. In Antonini Liberalis Cap. 5. ex Boeo narrantur Aegypius et Neophron mutati in aues *αἰγυπιούς*, communi quidem vtramque nomine, (*ἐγένοντο αἰγυπιοὶ ὁμώνυμοι*) sed colore et magnitudine differentes. Neophron quidem minor *αἰγυπιός* factus est. Duos igitur *αἰγυπιοὺς* magnitudine et colore

diuersos statuit Boeus, quorum vter niger alioue colore sit, dubium est.

De phene aue fabulam incerto auctore narrat idem Antoninus Cap. 6. Periphan, regem Atticae, mutatum in aquilam, vxorem vero eius in φηνην, huicque a Ioue peculiare datum fuisse πρὸς ἅπασαν πρᾶξιν ἀνθρώποις αἰσίαν ἐπιφαίνεσθαι. Primus phenem celebrauit carmine Homerus Odysseae 16. versu 217. vbi φῆναι et αἰγυπιοὶ lugentes pullos raptos introducuntur. Libri vero 3. versu 372. Minerua abiens comparatur cum eadem aue. Noster vero supra libri 8. cap. 5. magnitudinem et colorem ita definiit: ἔστι δὲ ἡ μὲν φηνη τὸ μέγεθος αὐτοῦ μείζων, τὸ δὲ χρῶμα σποδοειδής. Posuit vero idem notam peculiarem oculorum phenae nubecula obtectorum, (ἐπάργεμός ἐστι) quae non solum aui conuenit, a Buffono comparatae cum φήνῃ, praeeunte Aldrouando et Cortesio Ornitholog. T. I. p. 226. ed. Francof. qui est Falco ossifragus Linnaei, quem Buffonus gallice *Orfraie* vocauit, sed etiam Balbuzardo a Perralto dissecto, quod nescio cur Buffonus dissimulauerit. Fluctuat igitur comparatio phenae inter ossifragam Aldrouandi et Buffoni et balbuzardum Perralti, vti annotaui ad Friderici II. Reliqua p. 93. nisi quis forte demonstrare possit, vtramque auem male hucusque genere et specie diuersam fuisse habitam.

4. κέπφοι] Med. κέμφοι habet. Gazae *fulicae*. Scaliger *fuliginem* Italis hodieque dici ait. Albertus: *Auis autem, quae fokocol vocatur, et est de aquilarum genere, capit animal, quod afforon vocatur, et detruncat ipsum: caro enim huius animalis tota bona est praeter iuncturas, in quibus fetidum flegma putrefactum, propter quod etiam pigri est motus, et multum dormit, et est quoddam genus mutis, sed magnum est corpore et pingue multum.*

καπτουσι] Vulgatum κόπτουσι ex Med. Canis. correxit Camus. *mordet enim ipsam* versio Thomae. *appetunt enim eam auidius* Gazae. Deinceps θινός vulgato θύννης ex

Med. Canis. Vatic. substituit Camus. *θήνης* Iunt. Camotiana habent. Gaza vertit: *lituum olet.* Scaliger *θίνης* posuit, *coenum arenae* interpretatus. Versio Thomae: *thine autem solum fontale foetet.* Scripturam *θινὸς* iam olim proposuit C. Gesner, interpretatus *littus vel limum olet.* Is Gazam censet non *lituum*, sed *littus* scripsisse. Nicander Alexipharmacorum versu 170. spumam maris vocans *δορπήϊα θοοῦ κέπφου* addit: *τῷ γὰρ δὴ ζωήν τε σαοῖ καὶ πότμον ἐπισπεῖ, εὖτε δόλοις νήχοντα κακοφθόρα τέκν' ἁλιήων οἰωνὸν χραίνωσιν, ὁ δ' ἐς χέρας ἔμπεσε παίδων θηρεύων ἀφροῖο νέην κλύδα λευκαίνουσαν.* Aratus versu 916. *καί ποτε καὶ κέπφοι, ὁπότ' εὔδιοι ποτέονται, ἀντία μελλόντων ἀνέμων εἰληδὰ φέρονται.* quem locum Festus Auienus interpretatus versu 356. male nominauit *sturnum edacem.* Graeci hanc auem stultitiae infamia notatam saepe nominarunt, veluti Aristophanes Pacis versu 1067. Pluti 912. ad quae loca Scholia graeca plura attulerunt, quae Suidas exscripsit sub voce *Κέπφος*. Satis accurate descripsit auctor Ixeuticorum 2, 10. nomen a *κουφότητι* deriuans, vnde notis collectis omnibus *Procellariam pelagicam* Linnaei intelligi docuisse mihi videor in Promtuario Lipsiensi ad histor. naturalem anni 1786. p. 501 seqq. Denique ex loco postremo Ixeuticorum, vbi dicitur cepphus thynnos et delphinos sectari, vt praedae particulas decidentes sibi capiat, quisquam fortasse vulgatam scripturam *θύννης* defendi posse putet, ita vt *θύννης ὄζει* generatim *piscem olet* verti possit. Sed potius *θὶς ὁ μέλας* videtur intelligi, de quo supra 8, 13. Hinc Anigrus fluuius Straboni p. 533. *θινώδης ὢν ἐξ εἴκοσι σταδίων βαθεῖαν ὄχθην παρέχει καὶ τοὺς ἰχθῦς ἀβρώτους ποιεῖ.* vbi Tyrwhitt male *θρυώδης* corrigebat.

CAPVT XXIV. (vulgo XXXVI.)

δεύτερος δ' αἰσάλων] Med. Venetus, Vatic. Ambr. *δεύτερος δὲ σάλων* habent. Gazae *aesalon* et Thomae. Alber-

tus: *Accipitrum vero multa sunt genera: fortissimum tamen genus, quod est in eis, est illa auis, quae graece transhohiz, latine autem vocatur astur, et capit grues et ardeas, quando est aquilonare bene nutritum. Secundum autem genus est id, quod Graeci celon vocant, quod rarum est apud nos, tamen aliquando videtur.* Gaza aegithum Philosophi *salum* interpretatur, quod vocabulum reperit in libris Plinii 10. c. 52. vbi Editiones quaedam habent: *Plurima pariunt struthiocameli, gallinae, perdices, sali. Coitus auibus duobus modis.* Harduinus contra dedit *perdices. Soli coitus* neglecto sensu. Hesychius: *σάρων, εἶδος ἱέρακος*, quod ex *αἰσάρων* truncatum videri possit. Plinius in vertendo hoc loco non satis fidelis haec tantum excerpsit libri 10. sect. 9. *Accipitrum genera sedecim inuenimus. Ex iis aegithum claudum altero pede prosperrimi augurii nuptialibus negotiis et pecuariae rei. Triorchem a numero testium, cui principatum in auguriis Phemonoë dedit: buteonem hunc appellant Romani.*

ὁ κίρκος] Vatic. *κίρχος*. Albertus: *kyricos graece, et a quibusdam astanos et aliis fasceocos, a nobis autem vocatur nisus aut speruerius, et est debilissimus in genere accipitrum, et est aliquantulum lati corporis.* Aelianus aliquoties *κίρκην* a *κίρκῳ* diuersum nominauit, nullis tamen additis formae notis.

ἀστερίας] Gazae *stellaris*, Thomae *astur*. Deinceps vulgatum *πέρνης*, Gazae *pernix*, in *πέρκης* mutatum voluit C. Gesner p. 42. vt deinde *πέρκοι* in *περκνοί*. Sed ecce Med. Venetus et versio Thomae *πτερνὶς* exhibent scriptum, quod eo magis amplectendum censui, quod Hesychius habet *Πτερνὶς, εἶδος ἱέρακος*. Sequens *ἀλλοῖοι* Gaza vertit *differunt*, Scaliger *alieni*. Supra libri 8. c. 5. *ἐκεῖνοι καὶ ἱέρακες ἄμφω ὅ τε φαβοτύπος καὶ ὁ σπιζίας· διαφέρουσι δὲ τὸ μέγεθος οὗτοι πολὺ ἀλλήλων. Καὶ ὁ τριόρχης· ἔστι δὲ ὁ τριόρχης τὸ μέγεθος ὅσον ἐκτῖ-*

νος, καὶ φαίνεται οὗτος διὰ παντός. vbi Med. cum Thoma στιγξίας habent. Suspicari inde possis, accipitrum genera duo tantum ibi statuere Philosophum. Causam certe comminisci non potuit Scaliger, quare duos tantum accipitres nominauerit ibi, cum hic plura genera statuerit. Aristophanes Auium versu 1179. inter aues rapaces nominat κεγχρίδα, τριόρχην, γῦπα, κυμινδιν, αἰετόν.

οἱ δὲ πλατύπτεροι ἱέρακες] Vulgatum πλατύτεροι correxi e versione Thomae, vbi est *latarum autem alarum accipitres*. Ex Med. et Canis. monstrosam scripturam apposuit Camus πλατυτεροπτέρακες, quam inspecta Thomae versione facile potuisset interpretari. Albertus post superiora: *Est tamen genus falconum lati corporis in dorso, et hoc vocant quidam occata graece, et alia sunt duo genera istius auis, quorum vnum dicitur linotrobelgo. Aliud autem est innominatum: apud nos autem primum horum generum vocatur gyrofalco et secundum vocatur falco lapidum, eo quod in praeruptis lapidum pullificat: et tertium vocatur pes blauus siue iacintinus, et est peius inter tria.*

πέρκοι καὶ σπιζίαι] Gazae *percae et fringillarii*. Med. Vat. Ambr. σπίζαι habent. Deinceps λεῖοι Gaza vertit *laeues*, φρυνολόχοι *rubetarii*. Sequens εὐβιώτατοι *abunde viuunt*, Scaliger *facili victu contenti*. Quid in vocabulo λεῖοι lateat, conicere nondum potui, nisi forte fuit olim οἱ δ᾽ ἕλειοι, *palustres*. In Plinii loco supra indicato sequuntur haec: *Epileum Graeci vocant, qui solus omni tempore apparet: ceteri hieme abeunt.* Ita enim Codices scripti omnes habent, vbi libri editi ante Harduinum dabant *aesalona*. Epileum Harduinus vocatum putabat a similitudine quadam cum accipitribus λείοις appellatis, vt ὑποτριόρχαι dicuntur similes τριόρχαις. Verum ratio nominis in ὑποτριόρχῃ est dispar; et lectio loci Aristotelici suspecta. Coniecturam meam adiuuat praeter appositum φρυνολόχοι glossa Hesychii: Ἐλειός, εἶδος ἱέρα-

κος. Ad palustres hos pertinere videtur ipse triorches, quem supra cap. 2. sect. 4. serpentes et φρύνους in cibo sectari ait noster. Nominum, si non generum, numerum auxit Aelianus H. A. 12, 14. vbi accipitribus annumerat φήνην καὶ ἅρπην, nominans praeterea περδικοθήραν eundemque ὠκύπτερον Apollini dicatum, φασσοφόντην Mercurio, Junoni τανυσίπτερον, Dianae τριόρχην, Matri deûm μέρμνον, quem postremum aliunde ignotum latere puto in Hesychii glossa μερύνης, τριόρχης.

χθαμολοπτῆται] Gazae *humiuolae*. Versio Thomae *profunde videntes*, quasi χθαμαλόπται scriptum legisset. Albertus post superiora: *Sunt tamen et alia paruorum falconum genera, quae sunt velocissimi volatus et paruis auibus insidiantes. Genus autem accipitrum pulchrae vitae est in venando et hoc commune habet, quod semper volant omnes accipitres iuxta terram.*

2. οὐκ ἐλάττω τῶν δέκα] Hinc Pintianus initium loci Pliniani supra positi ita corrigebat: *Accipitrum genera sunt decem, non minus.* Sed totus ille locus mutilus et misere a librariis turbatus tam leui emendatione restitui posse non videtur. Albertus h. l. ita vertit: *Dicitur autem, quod modi accipitrum insidiantium columbis sunt tres, et fere nulla differentia inuenitur in quantitate et figura et colore ipsorum; sed in opere solo.*

καὶ συναρπάζουσιν] Haec versio Thomae omisit. Gaza vno verbo *rapiunt* vtitur. Albertus: *Quidam enim modus percutit columbam quum est super terram solum, et secundum hunc modum capiunt eas, et cum volant, non appropinquant eis. Quidam autem modi accipitrum non deprehendunt eas, nisi quando sunt super arbores, et cum sunt in terra vel mare non appropinquant ad eas.* Vides, quam inepte verba ἢ μετεώρου reddiderit. In libro Ambr. haec, οὔσης ἢ μετεώρου, exciderunt. Sequitur in Alberto: *Quidam autem modi, si capiant eas nisi cum volant in aere, et hoc faciunt accipitres noti apud nos, et in alio*

loco non appropinquant ad eas. Referunt autem quidam, quod columbae cognoscunt vnumquodque genus accipitris, et ideo videntes accipitrem capientem in aere, fugiunt et stant in terra vel in arbore. Si autem aderit accipiter capiens in terra vel arbore, fugiunt volando in aere aut in arborem. Similiter autem, quando adest accipiter capiens in arbore, fugiendo praeseruant se in terra vel in aere.

3. *ὑπομένειν, ἀλλὰ ἀναπέτεσθαι*] Versio Thomae scripturam diuersam nec improbandam *ὑπομένουσιν, ἀλλὰ ἀναπέτονται*, reddidit. Comparemus nunc locum Aeliani H. A. 3, 45. *ὅταν μὲν αὐτὰς διώκῃ ὁ μετάρσιός τε καὶ εἰς ὕψος πεφυκὼς πέτεσθαι, αἵδε ὑπολισθαίνουσι τὴν πτῆσιν, καὶ κατωτέρω ἑαυτὰς καθέλκουσι, καὶ τὸ πτερὸν δὲ πειρῶνται πιέζειν. Ὅταν δὲ ὁ κατωτέρω λαχὼν ἐκ τῆς φύσεως τὴν πτῆσιν, αἵδε αἴρονταί τε καὶ μετεωροποροῦσι, καὶ ὑπὲρ αὐτὸν πετόμεναι θαῤῥοῦσιν, ἀνωτέρω ἄϊξαι μὴ δυνάμενον.* Plinius 10. s. 9. *Distinctio generum ex auiditate. Alii non nisi ex terra rapiunt auem, alii non nisi circa arbores volitantem, alii sedentem in sublimi, aliqui sedentem in aperto. Itaque et columbae nouere ex iis pericula, visoque considunt vel subuolant, contra naturam eius auxiliantes sibi.*

4. *Κεδροπόλει*] Med. *Κέδρει πόλει*, versio Thomae *Cedripoli*. Paulo antea vulgatum *Θρᾴκῃ* cum Sylburgio in *Θρᾴκης* mutaui, quod facere non ausus est Camus. Sane etiam Antigonus c. 34. vulgatum ex h. l. retulit ita: *Ἐν Θρᾴκῃ δὲ τῇ κληθείσῃ ποτὲ Κεδροπόλει τοὺς ἀνθρώπους καὶ τοὺς ἱέρακας κοινῇ θηρεύειν τὰ ὀρνιθάρια· τοὺς μὲν γὰρ σοβεῖν τοῖς ξύλοις, τοὺς δὲ ἱέρακας καταδιώκειν· τὰ δὲ φεύγοντα εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἐμπίπτειν· διὸ καὶ μεταδιδόναι τοῖς ἱέραξιν αὐτοὺς τῶν ληφθέντων.* vbi Editio princeps *Κεδρειπόλει* habet. Nomen varie tentant, quod viri docti non meminerant legere in Theophrasti Libro de Odoribus p. 441. vbi *αἱ κριθαὶ αἱ ἐκ τῆς Κεδροπόλιος* memorantur propter malum odorem a iumentis contemtae. Con-

tra Auctor *θαυμασίων* cap. 138. eandem rem narrans locum accuratius definit: *περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην τὴν ὑπὲρ Ἀμφιπόλεως*, vt Plinius 10. cap. 8. *in Thraciae parte, super Amphipolim.* Plura dixi ad Theophrastum de Odoribus sect. 4.

οἱ μὲν γὰρ — καὶ τὴν ὕλην] Gaza vertit *arundines et fruteta.* Contra Thomas: *percutiunt ad materiam calamum, vt euolent.* Legit igitur scriptum *σοβοῦσι πρὸς τὴν ὕλην τὸν κάλαμον, ἵνα ἐκπέτωνται.* Med. Vat. Ambr. *κατὰ τὴν ὕλην* habent. *ἐκπέτωνται* etiam Gaza vertit: *quod aues euolarent.* Itaque vulgatum *πέτωνται* correxi. Albertus: *Fertur autem, quod in Tracia in loco qui antiquitus dicebatur radiculi manent accipitres in quodam loco nemoroso, in quo sunt multae aquae. Columbarum autem, quarum est habitatio ibidem, propter quod venatores columbarum frequenter exeunt ligna sonora portantes in manibus, quibus arbores percutiendo et proiiciendo fugant columbas, quas cum insequuntur accipitres, cadunt ad terram timore accipitrum et a venatoribus percutiuntur et colliguntur. Dant autem de praeda columbarum accipitribus, quod aliter de cetero non exirent cum eis ad venationem columbarum. Huius autem simile ego ipse, cum essem iuuenis, de falconibus sum expertus.* Auctor *θαυμασίων* ait, pueros cum lignis exire venatum et accipitres nominatim aduocare. Plinius *homines* simpliciter nominat: *hi,* inquit, *ex siluis et arundinetis excitant aues, illi superuolantes deprimunt.* Ita vulgata scriptura *καὶ τὴν ὕλην* satis defenditur.

ταῦτα δὲ φοβούμενα — πρὸς τὴν γῆν] Auctor *θαυμασίων* auctior ex Codice Vindobonensi: *παρασοβοῦσι τοὺς ὄρνιθας, οἱ δὲ δεδιότες ἐκείνους καταφεύγουσιν εἰς τοὺς θάμνους, ὅπου αὐτοὺς οἱ παῖδες ξύλοις τύπτοντες λαμβάνουσιν.*

καὶ τῆς θήρας — ὑπολαμβάνουσιν] Haec desunt in Med. et Ambr. Gaza haec tantum, *ῥίπτουσι γὰρ — ὑπο-*

λαμβάνουσι, omisit. Plinius: *Rursus captas aucupes dividunt cum iis. Traditum est, missas in sublime sibi excipere eos, et cum tempus sit capturae, clangore ac volatus genere inuitare ad occasionem.* Modum ex diuerso auctore aliter narrauit Aelianus H. A. 2, 42. Commemorat enim ἐν ταῖς ἑλείοις ἄγραις retia et δικτύων περιβολάς, in quas aues terrefactae decidant. Similem venationem indicare mihi videtur Odyssea libro 22. versu 302. et seqq. vbi nominantur αἰγυπιοὶ ἐξ ὀρέων ἐλθόντες ἐπ' ὀρνίθεσσι θορόντες. Societatem enim hominum satis addita illa clausula arguit: χαίρουσι δέ τ' ἀνέρες ἄγρῃ. Manetho libri 5. versu 177. accipitrem aucupatoriae artis comitem memorat.

5. διαφθείρειν — ἐν τῇ γῇ] Praepositionem ἐν addidit Sylburg. Gaza vertit: *retia cum in terra expansa resiccantur, lacerare.* Thomas: *laniare ipsorum retia siccata in terra.* Antigonus cap. 33. haec eadem narrans verbis diuersis et accuratius aliunde duxisse videtur: Φησὶ περὶ Κωνώπιον τῆς Μαιώτιδος λίμνης τοὺς λύκους παρὰ τῶν ἁλιέων λαμβάνοντας τροφὴν φυλάττειν τὴν θήραν· ἂν δ' ὑπολάβωσί τι ἀδικεῖσθαι, λυμαίνεσθαι τὰ λίνα καὶ τοὺς ἰχθύας αὐτῶν. Consentit Aelianus H. A. 6, 65. qui διαξαίνειν τὰ δίκτυα dixit. Plinius 10. s. 10. sua ex h. l. duxit: *Simile quiddam lupi ad Maeotin paludem faciunt: nam nisi partem a piscantibus suam accepere, expansa eorum retia lacerant.* Albertus ita: *Dicitur enim, quod iuxta paludes maeotidas — ad piscatores veniunt lupi quidam aquatici et pellunt pisces in retia de profundo aquarum: et cum finita est piscatio, datur lupis de piscibus, vt alia vice iterum reuertantur: et si non dederint eis piscatores de piscibus, obseruant retia, quando siccantur, et lacerant ea absentibus piscatoribus.* Quod ait Scaliger ad h. l. Albertum irrisisse haec et fabulam putasse, nescio quid spectauerit vir doctus. Ne verbulum quidem iecit Albertus, quo vel dubitationem suam significaret.

Sed ridicule fecit, cum lupos aquaticos dixit. Lutras intelligi censuit C. Gesner; auem lupum, cuius ipsum nomen dubium est, intelligi asseuerabat Jo. Beckmann ad Antigonum p. 60.

CAPVT XXV. (vulgo XXXVII.)

τὸν ἁλιέα] Versio Thomae *haliena*. Camus inde posuit: *circa ranam vocatam aliena*. Med. ἄλλα. Nostrum ex Camotiana recepit Sylburgiana eamque secutae Edd. ἀλίαν ceterae habent. βατον in libris scriptis quibusdam esse ait Niphus.

τριχῶδες] Antigonus cap. 52. ex nostro: *τῶν ἰχθύων δὲ τὸν ἁλιέα καλούμενον βάτραχον θηρεύειν τὰ ἰχθύδια τοῖς ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποκρεμαμένοις, ὧν τὸ μὲν μῆκός ἐστι τριχοειδὲς, ἐπ' ἄκρου δὲ προσκείμενον ὥσπερ δέλεαρ στρογγύλον· ταῦτ' οὖν κρύψαντα ἑαυτὸν προτείνειν*. Cicero de natura deorum 2, 49. *ranae marinae dicuntur obruere sese arena solere et moueri prope aquam, ad quas quasi ad escam pisces cum accesserint, confici a ranis atque consumi*. vbi quaedam excidisse videntur.

κοπτόντων] Camus καπτόντων malebat. Versio Thomae: *mordentibus autem pisciculis*. Gazae: *pulsant*. Galli coniecturam iuuat locus Plutarchi de Solertia p. 172. ed. Reiskii, p. 187. Hutten., mire corruptus: *ὁ δὲ καλούμενος ἁλιεὺς γνώριμός ἐστι πολλοῖς καὶ διὰ τὸ ἔργον αὐτῷ γέγονε τοὔνομα· ᾧ σοφίσματι καὶ τὴν σηπίαν χρῆσθαί φησιν ὁ Ἀριστοτέλης· καθίησι γὰρ ὥσπερ ὁρμιὰν ἀπὸ τοῦ τραχήλου πλεκτάνην, μηκύνεσθαί τε πόῤῥω χαλώσης καὶ πάλιν συντρέχειν εἰς ἑαυτὴν ἀναλαμβανούσης ῥᾶστα πεφυκυῖαν· ὅταν οὖν τι τῶν μικρῶν ἰχθυδίων ἴδῃ πλησίον, ἐνδίδωσι δακεῖν, καὶ κατὰ μικρὸν ἀναμηρύεται λανθάνουσα, καὶ προσάγεται, μέχρις ἂν ἐν ἐφικτῷ τοῦ στόματος γένηται τὸ προσερχόμενον*. Verba enim *ᾧ σοφίσματι — Ἀριστοτέλης* alieno loco posita sunt a librario et retrahenda post polypi mentionem. Sed librarius, cum alieno loco verba ab aliis posita reperisset, sequentia etiam ad sepiam accommoda-

vit, quae ad ranam marinam pertinent. Igitur corrigendum erat: *χαλῶντος — ἀναλαμβάνοντος — λανθάνων*. Plinius 9. s. 67. *nec minor solertia ranae, quae in mari piscatrix vocatur. Eminentia sub oculis cornicula turbato limo exserit, assultantes pisciculos attrahens, donec tam prope accedant, vt assiliat.* Aelianus H. A. 9, 24. *δελέατα ἐκεῖνος ὑπεράνω τῶν ὀφθαλμῶν ἔχει προμήκεις τρίχας — εἶτα ἑκάστῃ τραχὺ σφαιρίον προσπέφυκεν. — ὑποκρύψας ἑαυτὸν ἐν τοῖς θολερωτέροις τε καὶ ἰλύος μᾶλλον πεπληρωμένοις ἡσυχάζει προτείνων τὰς τρίχας τὰς προειρημένας. Τὰ οὖν βράχιστα τῶν ἰχθύων προσνεῖ ταῖσδε ταῖς βλεφαρίσι, τὰς ἐπ᾽ ἄκρου σφαιροειδεῖς περιφορὰς οἰόμενα δέλεαρ εἶναι — πλησίον δὲ τούτων γεγενημένων, ὑπάγει τὰς τρίχας εἰς ἑαυτὸν* etc. Oppianus Halieut. 2, 86. alium auctorem secutus breuem piscis (Lophii piscatoris Linnaei) notitiam adiunxit: *Βάτραχος αὖ νωθὴς μὲν ὁμῶς καὶ μαλθακὸς ἰχθὺς, αἴσχιστος δ᾽ ἰδέειν· στόμα δ᾽ οἴγεται εὐρὺ μάλιστα — ὀλίγην δ᾽ ἀνὰ σάρκα τιταίνει, ἥ ῥά οἱ ἐκ γένυος νεάτης ὑπένερθε πέφυκε, λεπτή τ᾽ ἀργεννή τε, κακὴ δέ οἱ ἐστιν ἀϋτμή· καὶ θαμὰ δινεύει, δόλον ἰχθύσι βαιοτέροισιν* etc. Haec notitia magis in Lophium barbatum Montii conuenire videtur, Aeliani vero quaedam communia habet Lophio vespertilioni. Sed de fide horum scriptorum magna esse potest dubitatio.

μέχρι περ ἂν] Med. Vatic. *μέχρι περ ἂν οὗ* dederunt. Ita Theophrastus de Animalibus subito apparentibus initio: *μέχρι οὗ ἂν ξηρανθῇ τὸ ἐν τοῖς καθάρμασιν ὑγρόν*. Contra in nostro 4, 8. est *μέχρι περ ἂν συγκυκλῶσωνται*. Infra 9, 5. *μέχρι περ ἂν ἐκφύσωσιν*. 7, 4. erat vulgo *μέχρι γένωνται ἑπτὰ μῆνες*, quod correxi. De Generat. 2, 4. *μέχρι περ ἂν οὗ γεννήσῃ ζῶον*. In Thucydide 1, 137. legitur *μέχρι πλοῦς γένηται*. Sed etiam ibi *μέχρι ἂν* corrigendum censeo, quanquam in Oppiani Halieut. 2, 97. sit *ἄχρι λάθωσι βατράχου εὐρείῃσιν ἔσω γενύεσσι μιγέντες*. sed ibi Codex Mosquensis

ὄφρα scriptum habet. Infra habebimus *μέχρις οὗ ἂν ἐκτέκωσιν.*

2. *ἐν τῷ σώματι*] Ita pro *στόματι* ex Canis. et versione Gazae dedit Camus. Deinceps *τρέφεται τούτους* Camotiana. Sylburg ex cap. 40. infra *τρέφεσθαι τὸ τῶν μελιττῶν* comparabat. Antigonus cap. 53. *τὴν δὲ νάρκην καθαλμίσασαν ἑαυτὴν τὰ μὴ δυνάμενα τῶν ἰχθύων, ὅταν συνεγγὺς ᾖ, κολυμβᾷν διὰ τὴν νάρκησιν, συλλαμβάνειν.* Verum equidem in verbis dubius adhuc haereo: *τῷ τρόπῳ, ὃν ἔχει ἐν τῷ σώματι.* quae Gaza vertit: *afficit ea ipsa, quam suo in corpore continet, facultate torpendi.* Nouum mihi accidit, hanc facultatem ab Aristotele *τρόπον* dici. An potius *τρόπος* est ratio capturae et venationis? Ita sequens *λαμβάνουσα* melius conuenit. Plinius 9. s. 67. *Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens, mersaque in limo se occultat, piscium, qui securi supernatantes obtorpuere, corripiens.* In paucis variat narrationem Plutarchus de Solertia p. 186. Hutten.: *κύκλῳ δ. περιϊοῦσα τὸ θηρευόμενον — διασπείρει τὰς ἀποῤῥοάς.* Cum quo ex fonte communi hausisse videtur Aelianus H. A. 9. cap. 14.

πλὴν οὐχ ὁμοίως] Plinius l. c. *Nam pastinaca latrocinatur ex occulto, transeuntes radio, quod telum est ei, figens. Argumenta solertiae huius, quod tardissimi piscium hi mugilem velocissimum omnium habentes in ventre reperiuntur.* Suspicor radii mentionem et venationis modum in nostro excidisse. Albertus etiam h. l. ita habet: *sed alium modum obseruat in se abscondendo et insidiando: — vita siquidem huius est, quod super se transeuntes pisces capit ore suo; et hoc apparet, quoniam, quando de luto, in quo absconditur, extrahitur, frequenter in orificio suo pisces inueniuntur. Κέντρον* cum Oppiano Halieut. 2, 470. nominat Aelianus H. A. 8, 26. 9, 40. 2, 36. et 50. 1, 56. Est raia pastinaca Linnaei, caudae aculeo armata.

τὰ ἐπὶ ταῖς θριξὶν] Scilicet *τὰ στρογγύλα*, quae Aelianus *σφαιρία* dixit. Sequens *καταμμίζουσι* Vat. mutat in *κα-*

θαμμίζουσι δὲ αὐτά. Etiam Leon. et Camot. *καθαμμίζουσι* habent, eodemque ducit Antigoni cap. 53. *καθαλμίσασαν.*

3. *καὶ βάτραχος*] In hoc nomine consentiunt Codices, versio Thomae et Scoti; Gaza tamen *raiae* habet. Plinius 9. s. 67. *Simili modo squatina et rhombus abditi pinnas exsertas mouent specie vermiculorum itemque quae vocantur raiae.* Omisit igitur *asellum,* et pro *βατραχος* scriptum legit *βάτος,* quae nomina saepius in nostro confusa a librariis reperiuntur. Vitium igitur, etiam a L. Th. Gronovio ad Plinii Librum IX. pag. 90. animaduersum, correxi. Conf. etiam dicta in Histor. litter. Piscium p. 146. *ψῆττα* Thomae est *pecten*, Gazae *passeres*, Plinio *rhombus.* Supra 4. cap. 11. s. 4. *τὸ τῶν ψηττῶν γένος* Guilelmus *pectinum genus* vertit. Inter pisces *χυτοὺς* nominat 5, 9. Motum explicat de Motu cap. 16. Speciem vnam nominat *κίθαρον* 2, 6. *Pectinem* etiam Albertus vbique interpretatur. Appendices maxillae inferioris multas albasque habet pleuronectes solea Linnaei; quarum vsum hucusque ignorabamus, nisi verus est, quem edidit Philosophus.

ῥαβδία] Recte Gaza *virgulas* vertit, male Plinius *pinnas,* peius Thomas *feces.* Verba *τὰ δὲ μικρὰ ἰχθύδια* omittunt Med. V. A. Deinde Ambr. *προσέρχονται δ' ὡς προσπεφυκέναι.* Med. *προσέρχονται δ' ὥσπερ πεφυκυίαι.* Intelligit Philosophus cirrhos oris, quos squatina habet in raiarum genere; de *βάτῳ* non constat. Cf. Histor. litter. Piscium l. c. *Ψῆτταν* arguunt cirrhi esse *soleam* Plinii, Pleuronecten linguam intelligi. Cf. Histor. litt. Pisc. p. 30. In Gadorum genere, ad quod plerique omnes asellum referunt, barbatum latum et cirrho menti instructum nouimus, praeterea callariam, aeglefinum, morhuam, minutum, luscum, Saida, blennoidem, et paucos alios.

ἀνθίας] Athenaeus 7. p. 282. ex h. l. refert: *ὅπου ἐὰν ἀνθίας ᾖ, οὐκ ἔστι θηρίον, ᾧ σημείῳ χρώμενοι οἱ σπογγιεῖς κατακολυμβῶσι καλοῦντες αὐτὸν ἱερὸν ἰχθύν.* Ad se-

quens *πάντες* Sylburg *οὗτοι* subaudit. Contra Gaza: *omnes enim limaces ab his eduntur.* Legit igitur *πάντας* scriptum, quod posui. Aelianus H. A. 10, 5. ardeas et perdices vna nominat in hac narratione. Plutarchus de Solertia p. 195. Hutt.: *οἱ πλεῖστοι τὸν ἀνθίαν ἱερὸν εἶναι καὶ λέγεσθαι νομίζουσιν· ὅπου γὰρ ἂν ἀνθίας ὀφθῇ, θηρίον οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ θαῤῥοῦντες μὲν οἱ σπογγοθῆραι κατακολυμβῶσι.* Plinius 9. cap. 47. *Certissima est securitas vidisse planos pisces, quia nunquam sunt, vbi maleficae bestiae: qua de causa vrinantes sacros appellant eos.* vbi manifestum Plinii errorem primus animaduertit Pintianus. Codices scripti nihil mutant.

4. *ἀμαυρότερος*] Gaza: *sed obscuriore atque acrior.* Thomas: *nigrior et vehementior.* Deinceps Juntinarum et Camotianae scripturam recepit Casaubon et Duval, eamque reddit Gaza: *si capta dimittatur foris.* Aldina, M. V. A. Venet. *ἐὰν δὲ φοβηθῇ καὶ ἀφεθῇ. si autem timuerit et tangatur* versio Thomae. Legit igitur scriptum *ἁφθῇ.* In margine Veneti tantum *ἐὰν φοβηθῇ* adscriptum legitur. Basileensis scripturam *ἐὰν δὲ φοβηθῇ καὶ ληφθῇ* recepit Sylburg. Plinius 9. cap. 27. *Draco marinus captus atque immissus in arenam cauernam sibi rostro mira celeritate excauat.* vbi ex Romana editione *missus* reuocauit et deinceps *arena* recte correxit Pintianus. De ipso pisce, ad muraenas an ad ammodytem Linnaei pertineat, dubitari potest. Cf. Histor. litter. Piscium p. 42.

τῇ δὲ ἄψει] Ita pro *ὄψει* ex Gazae versione scripsit primus Sylburg. Plinius 9. s. 67. *Scolopendrae terrestribus similes, quas centipedes vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent.* Dioscorides 2, 16. *σκολόπενδρα θαλασσία — ψαυθεῖσα δὲ κνησμοὺς ἐργάζεται.* Scolopendram supra noster nominauit 2, 17. Repetiit Aelianus H. A. 7, 35. sua ex Oppiani Halieut. 2, 424. vbi de captura scolopendrae non traditur. Contra Aelianus 9, 12. de vulpe marina: *ἡ γὰρ οὐ πρός-*

εισι τῷ ἀγκίστρῳ τὴν ἀρχὴν ἢ καταπιοῦσα παραχρῆμα ἑαυτῆς τὸ ἐντὸς μετεκδῦσα ἔτρεψεν οὕτως ἔξω, — καὶ τοῦτον δήπου τὸν τρόπον ἐξεώσατο τὸ ἄγκιστρον. Quod exscripsit ex Plutarcho de Solertia p. 183. Hutt. qui tamen in libro de Sera Numinis Vindicta: ὥσπερ αἱ θαλάττιαι σκολοπένδραι καταπιοῦσαι τὸ ἄγκιστρον ἐκτρέπουσιν ἑαυτάς. ad quem locum Batauus Editor malim Plutarchum inconstantiae quam erroris accusasset. Scolopendram cetaceam habet Aelianus H. A. 13, 23. ad quem posui Antiphili et Theodoridae epigrammata, vbi eadem scolopendra describi videtur; Theodoridas eam σέλαχος vocat. Ad Nereidum genus scolopendram Aristotelis retulit O. Fr. Müller; alii forte cum Aphroditis Linnaei comparabunt. De nomine et genere terrestri dictum ad 4, 7, 2.

κνίδαι] De iis dictum ad 2, 6. Addo nunc, κνίδαν herbam hodie Graecis audire τζουκνίδα teste Cangii Glossario et Scholiaste Oppiani ad Halieut. 2, 429. Incolae insularum Zacynthi et Corcyrae vrticas marinas hodieque κικουνίδας vel κικνίδας appellant, testante Italo *Carburi* in libro: *Nuova Raccolta d'Opuscoli scientifici e filologici* Tom. III. qui locus germanice versus legitur in libro *Allgemeines Magazin* Tom. X. pag. 165. Ceterum Medic. κνεῖγαι, Vatic. κνίγαι habent h. l.

5. ὥσπερ καὶ ἡ σκολόπενδρα] Haec verba in errorem induxerunt Plutarchum, qui sequentia legisse vel attendisse animum non videtur. Hinc Antigonus cap. 54. τὰς δὲ καλουμένας ἀλώπεκας, ὅταν αἴσθωνται, ὅτι τὸ ἄγκιστρον καταπεπώκασιν, ἀναδραμούσας ἄνωθεν τῆς ὁρμιᾶς ἀποτρώγειν. Eadem cum nostro tradit Oppianus Halieut. 3, 144. vna nominans amias: εὐθὺς ἄνω σπεύδουσιν ὑποφθαδὸν, αἶψα δὲ μέσσην ὁρμιὴν ὑπ' ὀδοῦσι διέτμαγον, ἠὲ καὶ ἄκρας χαίτας· τοὔνεκα τῇσιν ἐχαλκεύσανθ' ἁλιῆες καυλὸν ἐπ' ἀγκίστρῳ δολιχώτερον, ἄρκος ὀδόντων. Aelianus Variae Hist. 1, 5. ηδε ἀνέθορε καὶ ἀπέκειρε τὴν ὁρμιὰν — πολλακις δ' οὖν καὶ δυο καὶ τρία κατέπιεν ἄγκιστρα· ο

δ' ἁλιεὺς ἐκείνην οὐκ ἐδείπνησε. vbi quae sequuntur, etiam in nouissima egregii Coraii Editione, *προϊοῦσαν τῆς θαλάττης*, pertinent ad sequens caput de testudinibus marinis, ita corrigenda, vt *προϊοῦσαι* legatur, quod vidit etiam Steph. Bernard in annotationibus MSS.

ἁλίσκονται δὲ] Ex Med. V. A. *γὰρ* praetulit Camus. Deinceps vulgatum *πολλοῖς ἀγκίστροις* ex Medic. Canis. V. emendauit idem. Oppianus Hal. 3, 78. *πολυαγκίστρους ὁρμιὰς* vocat.

ῥοωδεσι] Vulgatum *ῥώδεσι* correxit Camus. Gaza vertit: *gurgite praealto et fluctuoso*. Thomas: *in fluxilibus et profundis locis*. C. Gesner H. A. p. 1011. vulgatum in *πετρώδεσι* mutabat. Aelianus H. A. 14, 24. *ῥοώδεις ἄκρας* aestate a caniculis marinis habitari ait.

αἱ ἅμιαι] Plutarchus de Solertia p. 191. *ἀμίαις δ' καὶ τοὔνομα παρέσχηκεν ὁ συναγελασμός.* Scriptum ita oportebat *ἀμίαις*, quod alibi factum. De amia loca veterum collecta posui in Histor. litt. Pisc. p. 66. sqq. quibus addo nunc Plutarchum de Solertia p. 183. *τῶν δ' ἀγκίστρων τοῖς στρογγύλοις ἐπὶ κεστρέας καὶ ἀμίας χρῶνται μικροστόμους ὄντας· τὸ γὰρ εὐθύτερον εὐλαβοῦνται.*

ὀδόντας ἰσχυροὺς] Pugnam cum delphinis describens Oppianus Halieut. II, 553. sqq. *ταῖς μὲν ἀφαυρότερον θύννων δέμας, ἀμφὶ δὲ σάρκες ἀβληχραὶ, θαμέες δὲ διὰ στόμα λάβρον ὀδόντες ὀξέα πεφρίκασι· τὸ καὶ μέγα θάρσος ἔχουσιν.* vbi *στόμα λάβρον* magnum os quo minus interpreteris, locus Plutarchi antea positus impedit. Eandem pugnam describens Aelianus H. A. 1, 5. pro amia *τρώκτην* nominat, nescio quo auctore. Putant scombrum amiam Linnaei intelligi.

λαμια — καθελκωθεῖσα] Vulgatum *ἅμια* ex Med. Can. V. A. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Ego etiam vulgatum *καθελκυσθεῖσα* ex Med. Canis. et versione Thomae emendaui. Hic habet *vlcerata*. De lamia dictum ad 5, 5.

6. ποταμίων ὁ γλάνις] Rem eandem breuius iam supra 6, 14. tradidit, vbi de genere fuit dictum. Sequens παραμένων vulgato περιμένων ex Med. substituit Camus. *iuxta manens* versio Thomae. Postea vulgatum ἰχθύδια ἄττα ex Med. Canis. V. A. correxit Camus. Gaza: *quatit, prosilit, et ictum sonumque mouet.* Thomas: *tumultuans enim pisces fugat:* μυγμὸν *impulsum* vertit. Plinius 9. sect. 75. *Silurus mas solus omnium edita custodit oua, saepe et quinquagenis diebus, ne absumantur ab aliis. Ceterae feminae in triduo excludunt, si mas attigit.* Mirum in modum Albertus: *prohibet alios pisces accedere ad oua sua: cum ore texit opus quoddam, in quo inuoluit oua, et texendo et operando aliquando sonant branchiis: propter quod etiam quidam errantes opinati sunt, hos pisces in Acheloo fluuio vocem habere; de quo etiam errore in libro de anima secundo fecit mentionem.*

τὰ ᾠὰ προσῇ] Versio Thomae: *si profundis radicibus oua connexa fuerint.* Legit igitur scriptum προσεχῆ ᾖ. Deinceps eadem habet: *sursum ducunt quantum possunt in minus profundum.* Legisse igitur βραχύτερον videtur. Ceterum meminisse oportet lectorem ex 6. cap. 14. glanin oua connexa more percae edere.

ὁ δὲ ὅμως] Ita cum Sylburgio vulgatum ὁμοίως correxi, suadente etiam Gazae versione. Sequens νέος omittunt Med. V. A. versio Thomae. Ceterum de glani disputationem et opinionem meam habes in Histor. litter. Piscium p. 166. sq. et p. 293.

7. πλωτὰ καὶ τὰ μόνιμα] Ambr. τὰ ποτὰ καὶ τὰ νόμια. De vocabulo πλωτὸς pro vago dixi ad 6, 13. Deinceps verba πάντα δὲ σχεδόν ἐστι σαρκοφάγα omisit Medic. cum Gaza. Etiam Leon. et Camot. σχεδὸν τὰ σαρκοφάγα habent, et indicium similis lacunae. Postea vulgatum antea σάρπης ex Gazae versione correxit Sylburg. Vitium idem est in Vat. Ambr.

φωλίδα] Hesychius φωλὶς, ἰχθύς ποιός, ex h. l. habere

videtur. Praeterea nemo eum nominauit. Suspicabar olim, Blennium gattoruginem Forskalii p. 23. posse intelligi. Sed dubitari potest de genere, ad pisces an ad aliud genus marinum pertineat. Statim enim nominantur ostracoderma. De pectinis volatu iam supra vidimus.

ἐπὶ μικρότατον] Thomae versio: *ad modicum.* Igitur μικρὸν vertit. Sequens ἐν Πύῤῥᾳ dedi pro vulgato ἐκ Πυῤῥαίου, quod in τοῦ Πυῤῥαίου vel τοῦ τῶν Πυῤῥαίων mutari voluit Sylburg. *De Euripo Pyrrhaeo* versio Gazae. Πυρίᾳ Med. *in Pyria* versio Thomae. Postea ψυχρορὸς Leon. et Camot. εὔριππος Med. hic et alibi.

8. σκάρος] Med. σαργὸς — θρίττα. Deinceps ἀνθηροτέρων Aldina, Canis. ἀνθηρῶν Basil. ἀθερωτέρων Scaliger coniiciebat. Versio Thomae: *neque antheroterorum vllum.* In Lipsiensi reperi scriptum *anthōterorum.* Statim vulgo βολιταῖναι legebatur. Denique idem postea: *Nascencia autem in euripo non est pelagalis cobius.* Igitur λευκὸς non scriptum legit. Hicesius medicus Athenaei κωβιοὺς μέλανας, χλωροὺς et λευκοὺς memorat.

μέχρις οὗ ἂν] Ita pro ἄχρις Med. Canis. Vatic. de qua formula dictum supra ad sect. 1. Deinceps versio Thomae verba περὶ δὲ τὴν Λέσβον omittit et sic reliqua continuat: πάντα δὲ τὰ πελάγια. Postea Med. συζευγνύμενα. Canis. ζευγνύμια.

9. ἀφίησι δὲ — θόλον] Haec omnia omisit Med. et versio Gazae. Pro θόλῳ paulo antea Med. Canis. θόρῳ hic et vbique habent. Alibi θολὸν scribi et Suidam hanc scripturam vnice probare admonuit Sylburg. Albertus *bolos* dixit et τευθὶς vertit *in tauris, qui vocatur calamare latine.* Sequens προδείξασα ita interpretatur Athenaeus 7. p. 323. διωκομένη τε ἡ σηπία τὸν θολὸν ἀφίησι καὶ ἐν αὐτῷ κρύπτεται, ἐμφήνασα φεύγειν εἰς τοὔμπροσθεν. Verbo προδείκνυμι sic vsus est Xenophon Hipparchici 8, 24. Plutarchus de Gloria Atheniensium p. 364. Reiskii: ὑπέδειξε

μὲν ὡς αὖθις ἐπὶ λεηλασίαν τρεψόμενος, ἐξαπατήσας δὲ et cetera.

τοῖς μακροῖς τοῖς ἀποτείνουσι] *suis illis longis praetenturis* Gaza vertit. Sunt proboscides seu branchia longiora duo, quibus polypi carent.

καταναλώσῃ] Versio Thomae *comprehenderit vtiliora.* Hinc Antigonus c. 55. *τὸν δὲ πολύποδα κατατίθεσθαι τροφὴν εἰς τὰς θαλάμας, καὶ ὅταν τὰ χρήσιμα ἀναλώσῃ, τὰ ἀχρεῖα ἐκβάλλειν· καὶ τὰ συνερχόμενα τῶν ἰχθυδίων ἐπὶ τὰ ἐκβεβλημένα θηρεύειν, ποιοῦντα δὲ τὸ χρῶμα παραπλήσιον οἷς ἂν ἐγγὺς ᾖ λίθοις· καὶ ὅταν φοβηθῇ δὲ, τοῦτο ποιεῖν αὐτόν.* Plinius 9. cap. 29. *Vescuntur conchyliorum carne, quorum conchas complexu crinium frangunt; itaque praeiacentibus testis cubile eorum deprehenditur. Et cum alioqui brutum habeatur animal, vt quod ad manum hominis adnatat, in re quodam modo familiari callet. Omnia in domum comportat; dein putamina erosa carne egerit, adnatantesque pisciculos ad ea venatur. Colorem mutat ad similitudinem loci, et maxime in metu.* Recte ad Antigonum admonuit Beckmannus, in Philosophi libris locum integriorem olim legisse Antigonum et Plinium; quare verbum *συνερχομένους* inserui, vncis tamen seclusum.

10. *ὡς καὶ ἡ σηπία*] Plutarchus de Solertia p. 172. ed. Reiskii, 187. Hutt.: *ὁ δὲ καλούμενος ἁλιεὺς γνώριμός ἐστι πολλοῖς, καὶ διὰ τὸ ἔργον αὐτῷ γέγονε τοὔνομα· ᾧ σοφίσματι καὶ τὴν σηπίαν χρῆσθαί φησιν ὁ Ἀριστοτέλης· καθίησι γὰρ ὥσπερ ὁρμιὰν* etc. vbi verba de sepia intempestiue et alieno loco intrusa sunt a librariis, translocanda in eum locum, vbi de polyporum mutatione colorum tractaverat.

ῥίνη] Camus monet, in Scoti versione mentionem huius non fieri, sed ibi esse haec: *nullus piscis hoc faciet, sicut facit multipes.* Verum Albertus habet: *nullus enim omnino piscis facit hoc, nisi tamen ille qui vocatur rahy. Iste enim*

mutat suum colorem, sicut facit multipes, qui est polipus, quem graeci rahyconsy vocant.

οὐ διετίζει] Gaza: *biennio viuere non potest.* Thomas: *biennio non viuit.* συντηκτικὸν Gaza vertit: *tabi obnoxium est.* Sequens ἐστὶ post σημεῖον δὲ seclusi, quod nunquam Noster nec reliqui Graeci scriptores in hac dictione addunt. Thomae versio scriptum expressit. σημεῖον δέ, ὅτι πιλούμενος ἀφ. Edd. Aldina, Junt. Camot. et Codex Vatic. Ad rem pertinet Suidae locus: δὶς ἑπτὰ πληγαῖς πολύπους πιλούμενος — παρόσον ὁ πολύπους θηρευθεὶς τύπτεται πολλάκις πρὸς τὸ πίων γενέσθαι. vbi vitium apertum ita corrigendum est, vt πέπων legatur. Caedendo enim fit mollior et tenerior, quod Graeci hodierni quoque faciunt, teste Chandlero Itinerarii Tom. I. p. 179. vers. germanicae. De eadem re Oribasius Collectionis medicae IV, 2. ὅτι μὴ τοὺς ἄγαν σκληροὺς, μηδὲ ἐξαράσσειν ὅτι μὴ τὰ μαλάκια. Pertinet igitur hoc πιλοῦν non ad polypum solum, sed ad omnia μαλάκια. Plinius 32. s. 42. *sanguinem sisti polypo tuso illitoque. De quo et haec traduntur, muriam ipsum ex sese emittere, et ideo non debere addi in coquendo: secari arundine: ferro enim infici vitiumque trahere, natura desinente.*

κυματιζόμεναι] Gaza: *vt neque vndis iactatae sentiant.* Contra Thomas: *a cauernis eductae sentiunt, capique manu.* Legit igitur ἐκκυματιζόμεναι vel ἐκσπιλαζόμεναι αἰσθάνονται· λαβέσθαι τε τῇ χειρί. Sequens βλεννώδεις vertit *pigrae,* Gaza *sordescunt:* vterque male. Albertus: *stupidae fiunt et segnes et quasi nihil venantes, et ideo moriuntur: tunc enim non sentiunt vndas nec pedibus bene accipiunt aliquid, et efficitur caro eorum viscosa et pigri motus, et ideo nihil venantur.* Vides, quam peruerse acceperit verba λαβεῖν τε τῇ χειρὶ — ῥᾴδιον. Pergit idem: *Marium autem carnes plus durescunt, sed tamen viscosae etiam efficiuntur, et ideo pigritia subrepit et insensibilitas.* Locum vero nostri de polypi collo ita vertit: *sed collum eius est debile eo, quod*

ibi lineam quandam diuidentem habet testa eius: et similis nec sunt et pisces, quia carent testis et coriis testalibus, et ideo facillime dislocantur capita ipsorum ex colli sui debilitate. Quorum pars extrema vitiose scripta est nec intelligi potest.

11. *σχυτώδεις*] Med. *κυτώδεις*, Vatic. *κητώδεις*. Canis. vtramque scripturam annotauit. Versio Thomae *coriales fiunt.* Gaza *alueo tument:* reddidit igitur *κυτώδεις*. Ceterum ex male intellecto h. l. putabat doctissimus Koelreuter, sepias et polypodes in ipso partu mori, vti mytulos, qui tamen ouaria pulmonibus ipsis conclusa gerant, nec ouiductu peculiari instructi oua excernere possint, in Nouis Actis Petropol. Tom. VI. p. 239. Sed in ipsis his mytulis ouiductum hucusque ignoratum a viro docto germanicae nationis detectum et descriptum nunciarunt Ephemerides litterariae Goettingenses anni 1806. Narrationem Aristotelicam repetiit Oppianus Halieut. 1, 535. addens: *τοὔνεκα καὶ λυκάβαντος ὑπέρτερον οὔποτε μέτρον πουλύποδες ζώουσιν· ἀποφθινύθουσι γὰρ αἰεὶ αἰνοτάτοισι γάμοισι καὶ αἰνοτάτοισι τόκοισι.* Quae repetiit Aelianus H. A. 6, 28.

ὥστε καὶ] Copulam *καὶ* ex versione Thomae inserui, qui sequens *φωλεῶν petris* reddidit. Postea *ἐπὶ τοῦ τραχέος in asperis:* Gaza *per asperiora.* Polypodem et osmylum in siccum egredi et arborum vicinarum fructus depasci, cum Oppiano Halieut. 1, 305. sqq. tradit Aelianus H. A. 9, 45. vnde patet, ipsos osmylum a testa absolutum, cancri Bernhardi instar, egredi posse censuisse. Narrationem ipsam nondum recentiorum experientia confirmatam legi. Plinius 9. s. 46. *Vada non apprehendunt polypi, et grandibus minor tenacitas. Soli mollium in siccum exeunt, duntaxat asperum, laeuitatem odere.* sect. 48. *Vltra bimatum non viuunt. Pereunt autem tabe semper, feminae celerius et fere a partu. — Neque sepiis bimatu longior vita.* In quibus error Plinii manifestus est.

12. *Περὶ μὲν οὖν τῶν μαλακίων — τρόπον*] His igitur

verbis absolutam polyporum et ceterorum molluscorum tractationem declarat Philosophus. Quibus, interiectis paucis, subiungit nautili mores victumque, vti supra 4, 1. absolutae molluscorum historiae subiunxit duo genera testis inclusa, nautilum alterumque innominatum. Sed quid interiecta ista narratio de conchis sibi vult, tam intempestiue inter polyporum nudorum et testa inclusorum historiam interposita? Quibus quid commune est cum sepiis et polypis? Diu dubius in hoc loco haesi; tandem verum mihi reperisse videor. Videamus ipsa verba, quae Gaza ex vero ita interpretatur: *Conchas tenuiores scabrasque efficere circa se velut loricam duram, eamque eo ampliorem, quo ipsae sunt ampliores, atque de ea quasi latibulo aut casula quadam prodire aiunt.* Contra Camus enormi errore falsus facile lectorem fallit incautum, ita vertens: *Passons des mollusques aux conques. On dit que celles qui sont lisses, ainsi que celles qui ne le sont pas, se font à elles-mêmes une sorte de cuirasse qui est ferme, qu'elles aggrandissent à mesure qu'elles augmentent elles-mêmes, et qu'elles en sortent comme d'une espece de caverne ou comme d'une maison.* Peccatum grauissimum in eo est, quod *κόγχας λεπτὰς* vertit *lisses*, quasi *λείας* scriptum esset. Sunt quidem in genere proprio *κογχῶν* quaedam, quas *τοῖς λειοστράκοις* annumerauit supra 4, 4. aliae sunt ibidem inter *τὰ τραχέα, οἷον τὰ λιμνόστρεα καὶ πίννα καὶ γένη κογχῶν ἔνια;* denique quaedam conchae sunt inter *ῥαβδωτὰ*, veluti *κτεὶς καὶ κογχῶν τι γένος*, aliae inter *ἀῤῥάβδωτα*, veluti pinnae *καὶ κογχῶν τι γένος*, vt ibidem est. Sed nusquam *κόγχας τὰς λεπτὰς* memorauit; quas vero hic *τραχείας* vocat, eae non solum asperae, sed etiam *ῥαβδωταὶ* mihi esse videntur, quod postea apparebit. His igitur conchis quid commune est cum molluscis? Cui vsui thoracem sibi parant, vbi lateant tectae, et vnde prodeant? An non ipsae satis tectae sunt valuis, quanquam tenuibus? Sed iterum accuratius inspecta verba

graeca vitium latens facile monstrabunt. Philosophus enim si conchas sibi thoracem parare, in quo lateant, dicere voluisset, addere materiem non omisisset, ex qua thoracem sibi parant, veluti terram, limum, lutum vel arenam, vt fecit in piscibus et aliis animalibus. Nunc vero ait, *ποιεῖσθαι περὶ αὐτὰς οἷον θώρακα σκληρὸν*, *efficere circum se veluti loricam duram*, vt Gaza vertit. Sed facilius vitium dictionis senties, si magis proprie vertas: *efficere circum se similem thoraci duro.* Statim agnoscis defectum vocabuli, quo materia thoracis vel latebrae significetur. Quid igitur? Deesse aliquod statuemus vocabulum? Minime! sed vitium latet in *αὐτὰς* et in collocatione totius periodi. Breuiter rem expediam. Pertinent haec verba omnia ad genus alterutrum polyporum eorum, quos in testa habitare ait noster 4, 4. De nautilo quo minus suspicer, ad eum pertinere verba, videtur impedire illud, quod de eo vbique et hic et supra 4, 4. testam ab eo habitatam *ὄστρεον* vel *ὄστρακον* nominat; praeterea de nautilo numero singulari loquitur. Contra verba illa dubia plurali numero sunt: *περὶ αὐτὰς — ὅταν γίνωνται μείζους.* Ad alterum igitur genus innominatum referre malim, cui, plurali numero commemorato, domum assignat Philosophus: *κόγχας τὰς λεπτὰς καὶ τραχείας.* Hic igitur conchas tenues et asperas (quo nomine non biualuem aliquam testam, sed vniualuem et similem illi, quam Argonauta Linnaei habitat, quamque noster supra 4, 4. cum testa pectinis caua separata comparauit, intelligi puto,) sibi circumponit *οἷον θώρακα σκληρὸν*, tanquam thoracem durum, in quo lateat tectus, sed ita, vt egredi, si libeat, possit. Denique mirum est, qua ratione hunc locum Albertus verterit. Is statim post ea verba, quae supra posui, *colli sui debilitate*, ita pergit: *Facit autem multipes circa se texturam quandam aliquando, et quum vult pasci, exit ex illa sicut ex quodam vestimento siue ex domo. Inuenitur etiam quaedam species multipedis, quod graecorum aliqui lucalim vo-*

cauerunt, quod quidam latinorum pamphylonem vocant: et haec species naturaliter est astuta multum. Magnae enim suae solertiae est indicium, quod cum in profundo vult ascendere etc. Qui quidem locus suspicionem meam egregie adiuuat.

ἢ οἰκίας] Versio Thomae: *in latibulo quodam aut ventre.* Legit igitur scriptum *ἢ κοιλίας.*

Ἔστι δὲ καὶ ὁ ναυτίλος] Copula *καὶ* arguit de alio genere mentionem antecessisse. Sed ecce Athenaeus 7. p. 317. ex hoc vel simili loco ita refert: *Ὁ δὲ ναυτίλος καλούμενος, φησὶν Ἀριστοτέλης, πολύπους μὲν οὐκ ἔστιν, ἐμφερὴς δὲ κατὰ τὰς πλεκτάνας· ἔχει δὲ τὸ νῶτον ὀστρακόδερμον. ἀναδύνει δὲ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἐφ' ἑαυτὸν ἔχων τὸ ὄστρακον, ἵνα μὴ τὴν θάλατταν ἕλκῃ· ἐπαναστραφεὶς δ' ἐπιπλεῖ ἄνω ποιήσας δύο τῶν πλεκτανῶν, αἳ μεταξὺ αὐτῶν λεπτὸν ὑμένα ἔχουσι διαπεφυκότα, ὡς καὶ τῶν ὀρνίθων οἱ πόδες ὁρῶνται μεταξὺ τῶν δακτύλων δερμάτινον ὑμένα ἔχοντες· ἄλλας δὲ δύο πλεκτάνας καθίησιν εἰς τὴν θάλατταν ἀντὶ πηδαλίων· ὅταν δέ τι προσιὸν ἴδῃ, δείσας συστέλλει τοὺς πόδας, καὶ πληρώσας αὐτὸν τῆς θαλάττης κατὰ βυθοῦ ὡς τάχος χωρεῖ. Ἐν δὲ τῷ περὶ Ζωϊκῶν καὶ Ἰχθύων, πολύπους, φησὶ, τις ὁ μὲν τρεψίχρως, ὁ δὲ ναυτίλος.* Ita enim ex Codicum fide locum hunc restituit nuperus Editor, quem antiquiores Editiones varie incrustauerant verbis alienis. Prima statim verba, si ex h. l. sunt excerpta, arguunt quaedam excidisse in antecedentibus, vbi transitum ad genera duo polyporum habitantium testas parauerat Philosophus. Negatur autem nautilus esse polypus eo sensu, vt a polypo vulgari specie diuersus esse dicatur. Cetera deinceps videbimus.

περιττός] Versio Thomae *imparia* habet; igitur *περιττὰ* scriptum legit. Deinceps vertit: *vt facile cum venerit vacua natet.* Legit igitur scriptum *ἵνα ῥᾴδιον, ἂν ἔλθῃ, κενῷ ναυτίλληται.* Gaza: *concha inuersa, vt ascendere possit facilis et inani scapha enauiget.* Antigonus cap. 56.

Ἴδε καὶ τὸν ναυτίλον πολύποδα οἷς ποιεῖ περιττόν. Ἔχει μὲν γὰρ ὄστρακον, ὃ καταστρέψας ἀναφέρεται, ἵνα ῥᾴδιον ἀνενεχθῇ κενόν· ἄνωθεν δὲ γενόμενον μεταστρέφειν. vbi rectius Meursius dedit *μεταστρέφει.* Hinc equidem vulgatum *γε ἀνέλθῃ* mutatum velim in *ἀνενεχθῇ.* Particulae enim *γε* nullus hic est vsus.

μεταξὺ τῶν πλεκτανῶν ἐπί τι σύνυφες] Med. *σύνηφες*, Canis. *συναφές.* Praepositionem *ἐπὶ* Sylburgius in *λέπος* mutabat, secutus Gazae versionem, vbi est: *Habet inter sua brachia membranulam quandam annexam similem iis, quae digitis insertae palmipedum auium continentur.* Camus vero ita vertit: *Entre ses bras est une espece de tissu qui s' étend jusqu' à leur extremité, et ressemble à la membrane qui joint les doigts des oiseaux palmipedes:* vbi iterum male deseruit Gazam, et lectorem fallit. Athenaeus: *ἄνω ποιήσας δύο τῶν πλεκτανῶν, αἳ μεταξὺ αὐτῶν λεπτὸν ὑμένα ἔχουσιν διαπεφυκότα.* Antigonus: *ἔχειν δὲ μεταξὺ τῶν πλεκτανῶν ἐπί τι συνεχὲς, οἷον ὑμένα, καὶ τούτῳ, ὅταν πνευμάτιον ᾖ, ὥσπερ ἱστίῳ χρῆσθαι· ἀντὶ πηδαλίων δὲ παρακαθιέναι τῶν πλεκτανῶν.* Vides etiam hic adesse vitiosum illud *ἐπί τι*, quod significat *aliquo vsque.* Sed ita deest vocabulum, ad quod pertineat adiectum *συνυφές.* Praeterea etiam in polypo vulgari initium brachiorum membrana contextum et coniunctum est; quare eam speciem Philosophus spectare non potuit. Athenaeus autem duo praecipue brachia membrana intermedia ait esse contexta et coniuncta, duo vero brachia vtrinque gubernaculorum instar demitti. Deesse vero numerum in Aristotele, suspicari licet saltem ex posteriore loco, vbi est *ἀντὶ πηδαλίων δὲ τῶν πλεκτανῶν παρακαθίησιν.* vbi Athenaeus scriptum legit *ἀντὶ πηδαλίων δὲ δύο τῶν πλεκτανῶν παρακαθίησιν.* Igitur etiam in priore membro scriptum habuit: *ἔχει δὲ μεταξὺ τῶν δύο πλεκτανῶν μέρος τι συνυφές*, vel simile aliquod vocabulum pro *μέρος.* De duobus brachiis membrana contextis ne soli Athenaeo, quippe Gram-

matico, credas, dabo testem locupletiorem Plinium 9. s. 47. *inter praecipua miracula est qui vocatur nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in summa aequorum peruenit, ita se paulatim subrigens, vt emissa omni per fistulam aqua velut exoneratus sentina facile nauiget. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa mirae tenuitatis extendit. Qua velificante in aura, ceteris subremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo se regit. Ita vadit alto liburnicarum ludens imagine, et si quid pauoris interuenit, hausta se mergens aqua.* Quod de cauda addit Plinius, ineptum est, vt sensit Dalecampius, qui *maria sulcando* corrigebat. His ego auctoritatibus confisus numerum δύο vtrique membro addidi, sed seclusi vncis adhibitis. Vulgatum vero ἐπὶ plane omisi, confisus versione Thomae, vbi est: *plectanarum quoddam contextum sicut steganopedibus.* Denique vulgatum τοῖς στεγανόποσι τοῦ μεταξὺ suadente Sylburgio correxi. τῷ μεταξὺ reddidit etiam Thomas. Camus τῶν μεταξὺ, nescio quo auctore, edidit.

πνεῦμά τι ᾖ] Med. Canis. et Antigonus πνευμάτιον ᾖ. Paulo antea pro αὐτῷ versio Thomae αὐτοῖς reddidit: *vtitur autem ipsis.* Sequens πηδαλίων vulgato πηδαλίου ex Med. Vatic. Antigono et Athenaeo substitui, accedente Gazae versione. Sequentia Thomas vertit: *plectanis secus depositis.* Denique ἀπολυόμενος vulgato ἀποδυόμενος substitui ex Mediceo, versione Thomae, Alberti et Gazae. *absolutum* Thomas, *concha solutus* Gaza, *separata a testis* Albertus habet. Addo nunc reliquam versionem Alberti: *habet autem in medio sui id quod flaytanon quasi filicanon vocatum, hoc est cellarem quamdam inter digitos pedum coniunctionem: hoc enim crescit ei, sicut quibusdam auibus. Sed in hoc differentia est, quod est magis latens et magis subtile quam inter digitos auium, ita quod fere est simile texturae araneae, et cum venit ventus, vtitur membro isto, sicut est vsus veli quod astarson quidam vocant, et decli-*

net in ventum illud flaydanon: et aliquando, quando non habet ventum, ponit ipsum in vsu remorum: et quando timet, impingit cum illis sursum, et profundat se in mari. Implet enim testam suam aqua, et tunc descendit impingens se pedibus. Generatio autem testae multipedis et aliorum omnium testam habentium secundum causam veram adhuc non apparet. Denique, quod emendationem meam loci Aristotelici de proboscidibus duabus nautili in membranam tenuem expansis plane confirmat, est observatio recentissimorum Physicorum, quos supra nominaui, Gallorum *Cuvier* et *Dumeril.* Idem antea affirmauit et pedum seu proboscidum duarum velum expansum cum toto animalculo velificante pinxit Britannus innominatus in libro: *European Magazine 1788. no. 39. pag. 167. Description of the Argonauta Argo of Linnaeus.* Is simul annotauit, pedes animalis viuentis contactos pruritum et punctiones intolerabiles manibus inferre.

CAPVT XXVI. (vulgo XXXVIII.)

ἐργατικώτατα σχεδόν ἐστιν, ὡς πρὸς τἄλλα] Vulgatum σχεδὸν ἐστι, καὶ πρὸς cum Sylburgio correxi. Camus ex Med. Canis. ἐργατικώτατον ζῶόν ἐστι, σχεδὸν δὲ πρὸς τἄλλα. Etiam V. A. σχεδὸν δὲ habent. Gaza vertit: *Insectorum officiosissimum et prae ceteris fere omnibus animalibus genus formicarum et apum est.* Thomas: *magis operosum est. fere autem et ad.* Legit igitur ἐργατικώτερον, σχεδὸν δὲ καὶ πρός. Albertus: *Artificiosiora autem et plurium pulchrorum operum et laborum sunt annulosa inter omnia cetera animalia, quando fit comparatio artificiositatis interea: hoc autem ostendit genus formicarum et vesparum. — Omnibus autem dictis artificiosior et instantior ad opus videtur esse aranea.*

τῶν ἀραχνίων αἱ] Sylburgius ἀράχνων voluit corrigi. *aranearum mirabilissimae et sedulissimae et artificiosissimae* vertit Thomas. Gaza: *aranei etiam lautiores et strigosiores,*

ingeniosiores in vitae muneribus sunt. Camus: *celles qui sont plus belles et plus lestes que les autres, elles montrent plus d'industrie dans leur manière de vivre.* Equidem vulgatum οἱ γλαφυρώτατοι καὶ λαγαρώτατοι καὶ τεχνικώτεροι mutaui in sexum foemineum ex versione Thomae. Rationem edam postea ad sect. 4. Λαγαρὸν graece dicitur laxum, gracile, et ὀγκώδει, μεστῷ, tumido, pleno, opponitur.

ἰδεῖν, καὶ ὡς ἀεὶ] Ex Camotiana ἀνατρέποντες post ἰδεῖν insertum Sylburg mutari voluit in ἀναστρέφοντες. Sequebatur deinceps ἀεὶ μίαν. Vitium ex Med. Can. V. A. correxit Camus, omisso verbo ἀνατρέποντες, consentiente versione Gazae. Thomas vero habet: *videre, et quod semper omnes vadunt vnam insequentes, et repositionem alimenti:* vnde constat, eum scriptum legisse καὶ ὡς πάντες βαδίζουσι μίαν τραπόμενοι, omisso ἀτραπόν. Atque ita apparet, vnde Camotianae ἀνατρέποντες ortum sit, tanquam glossa verbi τραπόμενοι, si cum Sylburgio ἀναστρέφοντες scripseris. Fieri tamen potest, vt Thomas scriptum ἐπακολουθοῦντες expresserit. Sed ecce Med. pro verbis ἀτραπὸν πάντες habet verbum ἀνατρέποντες, quae scriptura magis etiam suspicionem meam firmare videtur. Post ταμιεῖαν verbum ποιοῦνται deesse monuit Sylburg. Sed est etiam alia via emendationis breuior, si pro καὶ scripseris πρὸς τὴν ἀπόθεσιν. Postremum τὰς νύκτας ex Med. Canis. V. A. recepi in locum barbari ταῖς νύκταις, quod seruauit Camus, in ταῖς νυξὶ vel ταῖς νυκτὸς, scilicet ὥραις, mutatum voluit Sylburg. *noctibus plenilunii* versio Thomae. Narrationem hinc duxit Aelianus H. A. 4, 43. ὡς κἂν ταῖς πανσελήνοις μηδὲ νύκτωρ βλακεύειν. qui quanquam ταῖς πανσελήνοις absolute dixerit, intellecto νυξὶ, id tamen in Philosopho imitari nolui; quare vulgatum ταῖς πανσελήνοις in casum antecedentem mutaui.

2. ἀραχνίων — τῶν μὲν δηκτικῶν] Tentaueram ἀράχνων ex versione Thomae, qui *aranearum* dixit, cum ἀράχνια *aranealia* dicere soleat. Etiam Gaza *araneorum* dixit; sed

continui me propter rationes ad sect. 4. edendas. Deinceps μέντοι δηκτικῶν scribendum esse mihi persuasi, quod respondeat antecedenti μὲν πολλὰ γένη. Primo vero loco phalangia morsu noxia expedit.

δὲ ψύλλα] Versio Thomae δὲ omisit. Plinius 11. s. 28. *Araneorum plura sunt genera nec dictu necessaria in tanta notitia. Phalangia ex his appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium. Altera eorum species nigra, prioribus cruribus longissimis. Omnibus internodia terna in cruribus.*

μακρά] Gaza μέλανα vertit. Sequens οὐ κρατερὸν Thomas *et non expectans.* Deinceps φαρμακοπῶλιται Med. παρατίθενται Gaza vertit *proponunt*, quasi προτίθενται scriptum legisset.

3. ἄλλο δ' ἐστι] Gaza: *genus secundum, quod lupi nomen accepit.* Numerat a phalangiis primo loco dictis secundum. Deinceps vulgatum τοῦτο μὲν οὖν τὸ μικρὸν correxi e versione Thomae, vbi est: *paruum quidem igitur.* Plinius: *Luporum minimi non texunt. maiores in terra et cauernis exigua vestibula praepandunt.* vbi inepte Harduinus *interna* edidit, ineptiusque etiam defendit. Postea τραχὺ vulgato παχὺ substituit Camus ex Med. Canis. V. A. et versione Gazae. *grossam telam* Thomas et Scotus. αἱμασιαῖς Thomas reddit *lapidum congeries*, Gaza *sepes.*

ἐπὶ τοῖς στομίοις] Gaza: *bucculis intexere solitum primordiis intus positis obseruatur.* Thomas *foramina* vertit στόμια. Rectius. In his enim foraminibus, quibus praetexitur tela, latet ipsum animal et praedam obseruat.

κινήσῃ] Vulgatum κινηθῇ ex versione Thomae et Gazae correxi. Ille enim *mouerit*, hic *commouerit* reddit. Deinde pro ποικίλον Thomas habet *quod autem paruum.*

4. τρίτον τούτων] Ex Med. Canis. V. A. τούτων adiecit Camus, idemque inseruit Thomas; *omnium* additum habet Gaza. Ceterum hoc ipsum τούτων et numerus τρίτον non refertur ad lupos, λύκους, sed ad totum aranearum genus.

Primum erat phalangiorum, alterum luporum. Plinius post superiora pergit: *Tertium eorundem genus erudita operatione conspicuum, orditur telas, tantique operis materiae vterus ipsius sufficit.*

πέρατα] Med. Canis. *κέρατα. cornua* versio Thomae, qui sequens *στημονίζεται* vertit *complet.* Pro *κρόκας* scriptum reperi *κρονEnnitalia.* Verba *εἶτα συνυφαίνει* vertit *deinde texit.* Verbum *τηροῦσα* cum Medic. omisit Camus. Genus et sexum subito mutat Philosophus hic et postea, vbi est *ἀραμένη.* Vocabulum *ἀράχνης* et *ἀράχνη* saepiuscule cum tertio *ἀράχνιον* vsurpat Aristoteles, inprimis 5, 27. vbi libri scripti nil variant. Sed ibidem est *αἱ δὲ λειμώνιαι ἀράχναι.* Postea *αἱ γλαφυραί*: quo nomine eas species intelligit, quae faciunt opus eruditum. Videri igitur possit loquendi vsus sexum femineum de specie *γλαφυρᾷ* et pratensi peculiariter vsurpasse, de reliquis vero promiscue *ἀράχνης* et *ἀράχνιον.* In postrema tamen forma ambiguitatem facit, quod tela aranearum alio vocabulo graece non dicitur, sed eodem. At vero priore sectione erat *τῶν ἀραχνίων οἱ γλαφυρώτατοι*, vbi si sexum seruaveris, *ἀράχνων* ab *ἀράχνης* scribendum erat; sed cum versio Thomae adiecta vocabula omnia sexu foemineo reddiderit, vulgatum *ἀραχνίων* seruandum censui, sed adiecta ei vocabula in femineum sexum transtuli, vt morem loquendi suum seruaret Philosophus. *Γλαφυρὸν* Philosophus non ad formam sed ad mentem retulit etiam de Partibus 2, 4. *συμβαίνει δ' ἔνιά γε καὶ γλαφυρώτερον ἔχειν τὴν διάνοιαν τῶν τοιούτων.*

ἐμπέσῃ τι] Camotiana *τι* omisit. Sequens *ἐξεχύλισε* recte Gaza vertit *exugit.* Thomas *euoluit*, sed is scriptum *ἐξεκύλισε* legit. Postea *τι* inserui post *ἐὰν δὲ* ex versione Thomae et Gazae. Hic quidem ita: *Si quid inter medium et extrema inciderit,* quae sententia velim graecis inesset. *μεταξὺ* enim solum positum alio nisi ad tempus inter venationem et reparationem retis medium referri non potest.

In versione Scoti et Alberti totum hoc membrum omissum est. Albertus narrationem de hoc genere ita exorditur: *et huic generi inuenitur aliud quasi simile, sed est maius ipso et discretius: et hoc texit sub tecto contra fenestras.* Equidem μεταξὺ seclusi, quod nec Plinius habuisse videtur. Is enim ita: *Cum vero captura incidit, quam vigilans et paratus ad cursum? licet extrema haereat plaga, semper in medium currit: quia sic maxime totum concutiendo implicat. Scissa protinus reficit, ad polituram sarciens.*

5. ἐὰν δέ τις] Versio Thomae τι reddidit. Gaza: *si quis telam lacerarit, texere iterum incipit. Venatur oriente sole aut occidente.* Scotus: *Apud occasum solis et ascensum venatur reparata textura, quoniam.* Sed versio apud Bartholomaeum 18. c. 10. habet ita: *et si quis ruperit texturam, incipiet ipsam reparare circa occasum solis vel circa ortum: et tunc maxime laborat, quia tunc plures bestiolae incidunt.* Ceterum etiam Listerus testatur, exordire telam sole vel oriente vel occidente, p. 66.

θηρεύει ἡ θήλεια] Scoti versio: *araneae autem femina parit et venatur, mas autem iuuat.* Contra Albertus: *femina autem parat rete et venatur, sed non mas, licet aliquando parum inueniatur coadiuuare feminam: cuius causa est, quod humor eius propter calorem complexionis et siccitatem non est tantus neque ita viscosus, sicut est humor feminae.* Diuersam etiam sententiam ex h. l. retulit Plinius: *Feminam putant esse, quae texat, marem, qui venetur: ita paria fieri merita coniugio.* Sed Albertus ipse expertus affirmat p. 251. a. *Coit autem aranea in fine veris, et dum coire vult, filo attrahit marem, qui multo minor est quam femina, et non facit telam, sed viuit de venatione.*

6. τῶν δ' ἀραχνίων τῶν γλαφυρῶν] Genus illud, quod antea dixerat σοφώτατον καὶ γλαφυρώτατον, distinguit nunc in duo genera. Neque enim de nouo aliquo genere

docere nunc incipit. Albertus tamen aliter: *Adhuc autem et alia genera aranearum multa valde inueniuntur: quae omnia debilem et quasi diuaricatam faciunt texturam circa stipulas in terra: et sunt duo modi, paruum videlicet et magnum, et habitant haec genera sub textura retis sui.*

τὸ δὲ συμμετρότερον] Vulgo desideratum δὲ inseruit tacitus Camus. Gaza: *At alterum, quod moderatius est.* Thomas: *Mediocrius autem super telae adaptant foramen paruum.* Albertus: *aliud autem genus, quod minus est, ad vnam partem extendit texturam suam, et ibi facit quasi sacculum quendam: et in illo locatur et insidiatur.*

7. Δύνανται δ' ἀφιέναι] Vulgatum οὐ δύνανται ex Vat. versione Thomae et Gazae correxit Camus. Versio apud Vincentium Sp. N. 20, 114. habet: *cumque paritur aranea, subito interponitur in textura.* Apud Bartholomaeum: *et statim quando pariuntur, ponit eas in textura, et statim se mouent, et disponunt ad texendum.* Albertus: *Oportet autem scire, quod quando parit aranea, omnia oua sua quasi cohaerent et inuoluit ea in folliculo spisso, qui est de natura texturae suae, sicut faciunt bombices sericum suum, et custodit ea diligenter. Exitus autem materiae, de qua texit, non est sicut exitus superfluitatis stercoris sui, sicut dixit Democritus philosophus: eicit ipsum a corpore ab humore cibali generatum, sicut animal, quod astauecos, quod nos bombicem vocamus, eicit pilos sericeos.* Noster 5, 27. πηδᾷ δ' εὐθὺς καὶ ἀφίησιν ἀράχνιον de pullis exclusis: vnde negatio h. l. male inserta intelligitur. Narrat etiam Albertus p. 251. a. ex vero haec: *Femina autem in autumno ouat, et in principio veris exeunt araneae paruae, ita quod ab vno filo plurimae dependent, quando mouetur nidus.*

ὡς ὂν περίττωμα] Ita pro ὡς ἂν Med. Vatic. Sequentia aliter scripta vertit Thomas: *corticem, sicut emittuntur pili velut ystriches.* Legit igitur καθάπερ ἐκβάλλονται αἱ

τρίχες, οἷον αἱ ὕστριχες. Plinius: *Orditur telas, tantique operis materiae vterus ipsius sufficit: siue ita corrupta alui natura stato tempore, vt Democrito placet, siue est quaedam intus lanigera fertilitas.* Gaza vertit: *sed extrinsecus de suo corpore veluti corticem, aut more eorum, quae suos villos iaculantur.*

Ἐπιτίθεται] Vulgatum περιτίθεται correxi. Versio enim Thomae habet *imponit*, Gazae *inuadit*, vnde verum coniiciendo est assecutus Sylburg. εἶτα βάλλονται Camotiana habet. Pro σαύραις Med. ταῖς αὔραις habet. Albertus: *venantur autem araneae non tantum parua, sed etiam maiora animalia, si inciderint in suum rete, ita quod etiam aliquando capiunt lacertulum paruulum: et cum talium ceperint aliquid, primo ligant circumnectendo os ipsius, ne incidere possit, et deinde adscendunt super ipsum et mordendo cogunt ipsum, quousque moriatur.* Addit paulo post: *Imo frequenter visum est, quod ab alto aranea se submisit et bufonem vel serpentem pungens lingua suxit: et sic etiam aliquando pungit homines volens sugere humiditatem ex ipsis.* Plinius l. c. *Namque et lacertarum catulos venantur: os primum tela inuoluentes, et tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes.* Denique Albertus in extrema disputatione de araneis haec addit: *Est etiam adhuc aliud genus aranearum aquaticarum, quae nihil omnino texunt, sed stant super aquam in pedibus suis et currunt velociter super eam et capiunt paruulas muscas, quae insident aquis.* Quae eadem repetit p. 251. a. his verbis: *et quaedam currunt erectis cruribus super aquam et insidiantur cynifibus et paruulis pisciculis et captos exsugunt eos.* Vides igitur Hydrachnas, de quibus egregius liber extat *O. Fr. Mülleri*, innotuisse iam Alberto, qui maximam earum speciem, *geographicam* appellatam Müllero, praecipue cognitam habuisse videtur.

CAPVT XXVII. (vulgo XL.)

ἀνώνυμον] Vulgatum *ὁμώνυμον* reddidit versio Scoti: *et dicitur communis nominis.* Albertus: *Animal autem, cui nomen commune, quod est anulosum esse, magis proprie conuenit, est quod in commune habitat sicut grex, et ceram et mel operatur.* Contra lectionem a Camo restitutam expressit versio Thomae et Gazae.

βασιλεῖς τῶν μελιττῶν] Haec verba omisit Med. Vat. versio Thomae. *τενθρηδὼν* Gazae *teredines.*

μοναδικὰ δὲ] Med. Canis. *νομαδικὰ* male habent. *σειρὴν* Gazae *sirenis minor, qui fuscus totus est.* Thomas *φαιὸς* vertit *paruus et pallidus.* Medic. bis habet *εἴρην* scriptum, Vatic. autem *φαλός.* Hesychius: *σείρη — μέλιττα ἢ μελίττης οἶκος.* Aelianus H. A. 4, 5. *σειρὴν* (*μελίττης ὄνομα*) *πρὸς κίρκην — διαφέροντε πεφωρασθον.* Apium nomina idem enumerans 5, 42. *ἡγεμόνες καλοῦνταί τινες καὶ ἄλλαι σειρῆνες, καὶ ἐργοφόροι τινὲς, καὶ ἕτεραι πλάστιδες.* In Plinio locus est vnicus 11. 8. 16. *Cetera turba cum formam capere coepit, nymphae vocantur, vt fuci sirenes aut cephenes.* qui ex nostri libro 5. c. 19. translatus est, sed hodie nomen sirenum ibi non legitur. Ex nostro loco Eustathins ad Odyss. p. 471. ed. Basil. *παρὰ Ἀριστοτέλει δὲ ζωΰφιόν τι ἔντομόν ἐστιν ὁ σειρὴν, ἀρσενικῶς οὕτω καλούμενος· ὅτι δὲ καὶ σημειώδη τινὰ φωνὴν ὁ τοιοῦτος ἔχει σειρὴν, σοφός τις ἱερὸς δηλοῖ. Ἐν δὲ ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται καὶ ταῦτα· σειρῆνες τὰ ἄστρα.* — Idem p. 767. *τὸ γὰρ ζωΰφιον ἡ σειρὴν ἀμυδρόν τι κλαυθμυρίζεται, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι νόμον ἐπίκλαυτον.* Denique Suidas versum habet: *σειρὴν μὲν φίλον ἀγγέλλει, ξεῖνον δὲ μέλισσα.* cui addit: *σειρὴν ζῶόν ἐστι κηροποιὸν, μελίσσῃ παραπλήσιον.* Haec sunt loca veterum scriptorum omnia, vbi sirenum insectorum fit mentio. Cami coniecturas vide in Commentario p. 774. qui certe in eo errat, quod duo tantum sirenum genera ait ab Aristotele poni. Ceterum mirum, de singulis generibus

separatim exposuisse Aristotelem deinceps, veluti de ἀνθρήνῃ, σφηκὶ post apes; demum cap. 43. de bombylio et tenthredine breuiter tractat, sed sirenum nulla fit reliquarum mentio. Albertus: *et alia tria per se solitaria morantur. — Tria autem genera sub terra morantur, quorum quidam nomen commune dicunt esse atactum: et horum primum genus est, quod graece tyrin vocatur, et est quidem figurae spicae, et est minoris quantitatis quam alia duo genera: et nidum per modum faui facit in terra circa radices arbustarum, et ideo rasa terra aliquando inuenitur nidus eius adhaerere plantae, sicut fauus cerae: sed cera sua est mala et inutilis. Secundum autem genus vocatur quidem graece etiam tyryn, sed est longius aliquantulum, et inuenitur apud nos trium colorum, nigrum videlicet et rubrum et varium. Id autem, quod est rubeum, est quasi purpureum vel sanguineum, obscurum habens colorem. Tertium genus est, quod Graeci iomalyas vocant, et est maximum quantitate inter tria, et frequentissime est varium et curtum. Inter haec igitur tria genera apud haec quae vocantur communiter, apis parua est et longitudinis mediae. Citrina autem est longitudinis maximae in generibus istis. Tertium autem genus, quod atactum quidam vocant, est minimae longitudinis et maximae rotunditatis et spissitudinis: omnia autem haec genera commune habent, quod sonant in volatu, et quando tenentur, et in sono illo alae earum mouentur crispo motu, sic vt ventum concutiant: et huius causa est, quod sonus horum animalium spiritu naturali percutiente diafragma eorum: et ibi sunt quasi abscissa et succincta ista genera animalium: et spiritus ibidem spirans percutit radices et membranas alarum, et ideo crispari in sono et tremere videntur. Cum autem haec genera ad inuicem comparantur in operibus, omnia quidem conueniunt in hoc, quod in cauernis habitant praeter vespam, quae est coloris pulueris, quae etiam ex cadaueribus generatur, et*

quod ex fetido generatur humore: ideo etiam fetida quaerit in cibum et frequenter inuenitur domum propriam non habere, sed sedet in parietibus et herbis, et ibi moritur tempore frigoris. Omnia autem alia genera cauernas sibi parant ad habitandum, et in illis fauos construunt et mella reponunt: sed mel apum solum est bonum et similiter cera. Alia autem mella sunt aquatica, parum valentia, et cera quasi in toto sicca, terrestris et inutilis. In hac barbarie verborum lectorem detinui, quoniam fragmenta Aristotelici loci deperditi latere suspicor.

οἱ μὲν οὖν μύρμηκες] Mentionem formicarum et aranearum qua ratione interponere historiae insectorum cerificantium potuerit commode philosophus, non apparet. Igitur hunc locum aut turbatum aut lacunosum esse merito suspiceris. Albertus etiam post multa interposita, quorum in graecis hodie nullum est vestigium, ita pergit: *Differunt autem in hoc, quod quaedam habitant in congregatione, sicut apum genera et citrinarum apum. Sed alia genera artacotum habitant solitaria, cum mellificant et faciunt ceram, sicut et apum genera. Est autem alia comparatio omnis generis apum ad alia, de quibus sermonem fecimus, genera annulosorum, quoniam formicae quaedam non tendunt insidias ad venandum animalia alia, sed eum cibum, quem labore inueniunt, ponunt in thesauris: araneae autem non multum deponunt in thesauro suo, sed in tendendo insidias continue venantur. Apes autem non tendunt insidias omnino* etc. Cetera de araneis et phalangiis vide in annotatis ad libri 5. c. 27.

2. *αὐταὶ δὲ ποιοῦνται*] Recte Gaza: *ipsae sibi cibaria faciunt atque recondunt.* Sequens *ἐξαιρεῖν* vitioso *ἐξαίρειν* substitui, monente Sylburgio. Sequentia ita excerpsit Antigonus cap. 57. *τὰς δὲ μελίττας θυμιωμένας ὑπὸ τοῦ καπνοῦ καὶ κακοπαθούσας, τότε μάλιστα μὲν ἐσθίειν, τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον φείδεσθαι, ὡς τροφῆς χάριν ἀποτιθεμένας.* Plinius 11. s. 15. *Cum eximuntur mella, apes*

abigi fumo vtilissimum, ne irascantur aut ipsae auide vorent. Fumo crebriore etiam ignauia earum excitatur ad opera. Idem sect. 21. *Aliquando et ipsae contrahunt mortis sibi causas, cum sensere eximi mella, auide vorantes, cetero praeparcae, et quae alioqui prodigas atque edaces non secus ac pigras atque ignauas proturbent.*

κήρινθον] Med. κύρινθον, Vat. κόριθον. Versio Gazae: *quod quidam ceraginem, alii cerrum vocant.* Thomae: *cyrinthum.* Vincentius ex versione Scoti *cocizon* habet, Albertus *cokyeon.* Hesychius: κήρινθος, ἡ λεγομένη ἐριθάκη· ἔστι δὲ τροφή, ἣν παρατίθενται ἑαυταῖς αἱ μέλισσαι. Plinius 11. s. 7. *Praeter haec conuehitur erithace, quam aliqui sandaracam, alii cerinthum vocant. Hic erit apium, dum operantur, cibus, qui saepe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, et ipse amari saporis. — Menecrates florem esse dicit, sed nemo praeter eum.* Noster infra: τροφῇ δὲ χρῶνται μέλιτι καὶ θέρους καὶ χειμῶνος· τίθενται δὲ καὶ ἄλλην τροφὴν ἐμφερῆ τῷ κηρῷ τὴν σκληρότητα, ἣν ὀνομάζουσί τινες σανδαράκην. Varro 3, 16, 8. ἐριθάκην nominat, qua aluei foramina et rimas omnes oblinunt et obturant apes. Sed idem sect. 23. *Erithacen vocant, quo fauos extremos inter se conglutinant, quod est aliud melle et propoli.* Vide annotata ad locum priorem, et Jo. Beckmannum ad Auctorem θαυμασίων p. 42. Noster supra 5, 19, 6. φέρει δὲ κηρὸν μὲν καὶ ἐριθάκην περὶ τοῖς σκέλεσι, τὸ μέλι δ' ἐμεῖ εἰς τὸν κύτταρον. vbi Thomas *alimentum* vertit.

3. πολλὴ ποικιλία] Gaza vertit: *perquam varia in earum operatione et vita ratio est.* Scaliger: *magna earum varietas in opere et viuendi ratione.* Dicitur potius ποικίλα hic, vt in istis Xenophontis Memor. 2, 3, 10. καὶ μὴν οὐδέν γε ποικίλον οὐδὲ καινὸν δεῖ ἐπ' αὐτὸν μηχανᾶσθαι. i. e. *atqui non exquisita aliqua vel noua machinatione ad id opus est.*

κόμμωσιν] Edd. pr. cum Ambr. κώνυσιν, Vat. κώνησιν, quod post Sylburgium receperunt Editores. Med. κύνινσιν. Versio Thomae: *vocant hoc gommosem*, vel, vt in Lipsiensi est, *gemmosem*. Hesychius: κόμμωσις — ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τοῦ σμηνους διάχρισις. Plinius 11. cap. 7. sect. 6. *Prima fundamenta commosin vocant periti; secunda pissoceron; tertia propolin, inter coria cerasque: magni ad medicamina vsus. Commosis crusta est prima, saporis amari. Pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior cera. E vitium populorumque mitiore gummi propolis, crassioris iam materiae, additis floribus, nondum tamen cera, sed fauorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruuntur, odore et ipsa etiamnum graui, vt qua plerique pro galbano vtantur.* vbi Parmensis Editio *mityn* habet, Vincentius *metin*, atque iterum altero loco pro *commosis* habet *metis — ceu dulcior cerae initium populorumque mitiori gummi. Propolis crassioris* etc. Atque omnino vtroque loco *mityn* et *mitys* restituendum esse patet ex nostri loci sect. 5. Deinde libri editi habent *ceu dilutior, cerae initium plerumque e mitiore gummi. Propolis.* Sed Codd. *vitium populorumque* habent, vnde locum concinnauit Harduinus. Sed hunc ipsum locum nostrum Plinius reddidit antea s. 5. *Primum fauos construunt, ceram fingunt, hoc est domos cellasque faciunt. Deinde sobolem, postea mella, ceram e floribus, melliginem e lacrymis arborum, quae glutinum pariunt, salicis, vlmi, arundinis, succo, gummi, resina. His primum alueum ipsum intus totum vt quodam tectorio illinunt, et aliis amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auiditates. — His deinde fores quoque latiores circumstruunt.* Videtur Plinius verba Philosophi φέρουσαι τῶν τ' ἄλλων ἀνθέων καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δακρυα integriora legisse, ita fere: φέρουσαι κηρὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνθέων, καὶ ἀπὸ τῶν δένδρων τὰ δάκρυα. Atque ita effugimus Scaligeri criminationem, qui flores lacrymas ha-

bere recte negat. Ceterum breuiter hinc Antigonus cap. 57. τοῖς ἀπὸ τῶν δένδρων δὲ δακρύοις διαχρίειν τὸ ἀμῆνος τῶν ἄλλων ἕνεκεν θηρίων.

ἀφθονία ἐπισημαίνῃ] Vulgatum ἀφθονίαν correxi cum Sylburgio. Recte Gaza vertit: *cum copia mellis speratur.* Plinius 11. sect. 10. *domos primum plebei exaedificant, deinde regibus. Si speratur largior prouentus, adjiciuntur contubernia et fucis. Hae cellarum minimae, sed ipsi maiores apibus.*

4. πρὸς τοῖς αὐτῶν] Versio Thomae: *cum his ipsarum.* Gazae: *Fauos regum minores faciunt iuxta suos, fucorum iuxta regum, minores quam suos.* Deinceps verba τῷ μεγέθει omisit Camot. τὰ μελίττια dici, vt κηφήνια, cellas apium operatricum, monuit Sylburg. Camus interpretando Gazam secutus verba τῷ μεγέθει omisit cum Camotiana, quo magis conueniat Philosopho secum. Camus scilicet fucorum cellas minores numero facit. At ita ἐλάττους τῷ ἀριθμῷ esse debebat. Infra sect. 8. est εἰσὶ δὲ μείζους οἱ τῶν κηφήνων κύτταροι. Difficultatem lectionis tollere non possum. Plinius, vti lector animaduertere potuit, verba μικρὰ δ' ἐστὶ ταῦτα ad cellas vulgarium apium retulit, et alibi de regalibus addit sect. 12. *regias imperatoribus futuris in ima parte aluei exstruunt amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentes: quod si exprimatur, non gignuntur soboles.*

κάτω συνυφεῖς ποιοῦσιν ἕως τοῦ ἐδάφους ἱστοὺς πολλούς] Vulgatum κ. σύνυφες· ποιοῦσι δὲ ἕως τοῦ ἐδάφους ἱστοὺς πολλοὺς correxit Camus, praeeunte Turnebo Aduers. 23, 13. Med. habet συνυφὲς ποιοῦσι τε ὡς τοῦ ἐδαφουσίου τοὺς πολλούς. Versio Thomae: *Incipiunt autem ordiri — contextum faciunt quasi pauimenti contexta multa.* Legit igitur scriptum: σύνυφες ποιοῦσιν ὡς ἐδάφους ἱστοὺς πολλους. Gaza: *textusque ad pauimentum perpetuo stabilimento agitur, pluresque ad pauimentum telae deducuntur.* Plinius 11. s. 10. *Struunt orsae a concameratione aluei,*

textumque velut a summa tela deducunt, limitibus binis circa singulos actus, vt aliis intrent, aliis exeant. vbi ante Harduinum vulgabatur: *Struunt orsa ea concameratione aluei, textumque vel vsque ad summa tecta deducunt.* Harduinus suam emendationem duxit e Codd. plurimorum scriptura: *textumque vel ista summa tela.* Turnebus malebat: *textumque velis a summa tela.*

καὶ αἱ τῶν σχαδόνων] Articulum *αἱ* Victorius Var. Lect. 34. cap. 22. adiungi iussit. Deinceps articulum *ἡ* ante *τῶν ἀμφικυπέλλων* cum Eustathio ad Iliad. pag. 159, 1. omisit Camus. Thomas *σχαδόνων*, vt alibi, *spadonum* vertit. Postea vulgatum *συνυφεῖαι* ex Med. Canis. Ambr. correxit Camus, vti iam olim coniectura ductus fecerat Sylburg. *contextae* vertit Thomas. Plinius 11. s. 10. *Primi fere tres versus inanes struuntur, ne promtum sit, quod inuitet furantem: nouissimi maxime implentur melle, ideoque auersa aluo faui eximuntur.* Ceterum cum Sylburgio *συνύφειαι* malui, quam cum Camo *συνυφεῖαι*. *Compages, qua parietibus faui adhaerent* Gaza. Vt a *συναφὴς* fit *συνάφεια*, ita *συνύφεια* a *συνυφὴς*, quasi compaginatio, contextura. Sed potius locus significatur compaginationis: *συνυφὴ* est ipsum opus compaginationis. Male Albertus: *Foramina etiam, quae sunt inter latera aluearis et ipsas domos cerae, sunt parua et minora quam alia, eo quod ibi parum habitant. In domo autem qualibet interius sunt duae bases aut etiam tres, si fauus fuerit multus spissus. Domus autem aliquae inter eas inueniuntur aliquando coopertae cera, et illae plurimumque sunt plenae aera, et ibi est reposita, eo quod non sit indigentia ad opus, eo quod superabundat.*

5. *περὶ δὲ τὸ στόμα — τὸ μὲν πρῶτον*] Gaza vertit: *Pars aditus aluei prior illita est ex commose.* Scaliger: *aluearii ostium ad primum aditum oblinitur mity.* Equidem verba *τῆς εἰσδύσεως* vitiosa censeo, vel potius abundant. *τὸ πρῶτον* coit cum sequenti *ἡ δὲ συνεχὴς τούτῳ*. Med. Canis. *μύτυι* et deinceps *μύτυος* habent. Versio Thomae *mytys*. Plinii

versionem 11. sect. 6. supra ex h. l. Vincentio et editione Parmensi correximus. Pronomen *αὐταῖς* ne superfluum putes, monet Scaliger significare, opus ipsarum esse extractum e cera. Albertus ita: *In circuitu autem fauorum in extremitate, quae tangit latera aluneariorum, includunt id quod vocatur micoz, et est superfluitas terrestris nigra, quae expurgatur a cera, quasi sit fex cerae.—Oleum autem pingue quoddam inuenitur aliquando in ista nigra superfluitate, quod quidam graecorum kyceokabor vocauerunt, et est ac si sit cera pice admixta, et debilius est quam micoz, de qua diximus, nec valet ad medicinas, ad quas diximus valere mychoz.*

τυμμάτων] Vatic. *τριμμάτων*. Deinceps *ἐμποιημάτων* Med. Versio Thomae *tymnadorum* habet. Sequentia *μερίζομένους πρὸς τὰς μελίττας* Gaza vertit: *et cum apibus negotium conficiendi faui partiri.* Male. Non opus, sed fauum et locum partiuntur fuci cum apibus. Denique *τῷ τῶν μελιττῶν* pro *τὸ τῶν μ.* recte scripsit Scaliger et recepit Camus. Camotiana paulo antea *τῷ αὐτῶν σμήνει*, Isingr. *μελιττουργεῖν* habet.

τὰ μὲν πολλὰ] Versio Thomae *τὰ μὲν πλεῖστα* reddidit. Deinceps vulgatum *ῥυβδην* Med. et Venet. mutant in *ῥύδην*. Sed Hesychius: *ῥύβδην, δαψιλῶς, ἢ ταχύτητι ἢ μετ' ἤχου.* Thomas vertit *gregatim*, Gaza *fusim.* Sequens *ἐπιδινοῦντες* Thomas vertit *probantes*, et statim vocabulum *ὥσπερ* omisit. Albertus: *cum saturatae fuerint, spaciando volant in aere quasi se exercentes.* quasi pro *ἐκπετασθῶσι* Scotus aliud verbum scriptum legisset. *εὐωχοῦνται* Thomas vertit *satiantur.* Plinius sect. 22. de apibus refert, quod haud scio an pertineat ad fucos: *Effecto opere, educto fetu, functae* (Codd. *functo*) *munere omni exercitationem solemnem habent, spatiataeque in aperto et in altum datae, gyris volatu editis, tum demum ad cibum redeunt.*

6. *ἔξω, ἐὰν*] Vatic. *ἔξω* omisit. Sequens *ἄλλως* Thomas vertit *ad aliud.* Videtur igitur *ἐπ' ἄλλο* scriptum legisse.

Deinceps vulgatum ὁ ἀφεσμὸς ex Med. correxi, cum quo facit versio Thomae. Male Gaza vertit: *et si, cum pergunt, rex ipse forte aberrauit, omnes inquirere.* Aliter errauit Albertus: *Dicunt autem aliqui, quod quando pulli iuuenes aliquando amittuntur et auolant sine rege, quod rex tunc quaerit eos et cognoscit eos inuentos ex odore.* Errorem parere potuit scriptura vitiosa ἀνιχνεύσας pro ἀνιχνευούσας. Denique τὸν αὐτῶν ἑσμὸν scripsi ex Med. et versione Thomae pro vulgato τὸν ἀφεσμόν. Pro ἀπόληται Edd. pr. ἀπόλλυται habent, quod vitium correxit Sylburg, approbantibus Codd. Plinius 11. s. 17. *Procedit foras non nisi migraturo examine — Fessum humeris subleuant, validius fatigatum ex toto portant. Si qua lassata deficit aut forte aberrauit, odore persequitur.* vbi recte Dalecampius *lassatus* corrigit. Locum nostrum excerpsit Aelianus H. A. 5, 10.

καὶ κηρία ποιήσωσι] Vulgo intersertam negationem οὐ cum Codd. et versionibus tribus omisit recte Camus, et iam olim deleri iussit Scaliger. Albertus hoc membrum omisit.

7. ἀναῤῥιχώμεναι] ἀρχόμεναι Medic. Canis. *incipientes* versio Thomae. ἀῤῥιχώμεναι Vatic. Sequens βρύα Thomas *virentia*, Gaza et Albertus *flores*, Scaliger *germina* vertit. Deinceps πρὸς importune insertum ante τοῖς ἔμπροσθεν cum Codd. et versione Thomae omisit Camus. Postea ἐκμάττουσι Gaza vertit *abstergunt in medios*, Scaliger *mediis abstergunt*, Albertus *conuerrunt eam mediis pedibus.*

βλαισά] Hanc lectionem a Sylburgio praelatam vulgatae βλαίσια ex Med. Vatic. recepit Camus, sed postea in Notitiis Codicum idem ex Med. et Veneto Codice βλαισία annotauit. Thomas vertit *curua*, Gaza *blaesa*, Scaliger *curuaturas.* Deinceps βιασθεῖσαι habent Edd. pr. verum γεμισθεῖσαι cum Camotiana Medic. et Vatic. habent. Albertus: *et inuoluunt circa coxas pedum posteriorum, et tunc primo volant cum ipsa et temptant pondus eius an du-*

cere possint. Plinius 11. sect. 10. *Quae flores comportant, prioribus pedibus femina onerant propter id natura scabra, pedes priores rostro: totaeque onustae remeant sarcina pandatae. Excipiunt eas ternae quaternaeque et exonerant.*

οἷον ἀπὸ ἴου ἐπὶ ἴον] Gaza vertit: *Mos apibus, ne plura florum genera petant vno eodemque profectu, sed singulis singula; verbi gratia a viola ad violam aduolant.* Scaliger: *sed verbi gratia a viola ad violam.* Albertus non verba singula, sed sensum reddidit. In versione Thomae nihil variatur; ibi est *ab io ad vi.* (sic.)

ἕως ἂν εἰς τὸ σμῆνος ἀφίκωνται] Vulgo erat *ἕως ἂν εἰς τὸ σμῆνος εἰσπετασθῇ. ὅταν δ' εἰς τὸ σμῆνος ἀφίκωνται.* Med. habet *ἕως ἂν εἰς τὸ σμῆνος ἀφίκωνται ἀποσείονται.* Vatic. *ἕως ἂν εἰς τὸ σ. ἀφίκωνται, καὶ τότε ἀποσείονται.* quam scripturam Gaza reddidit, nisi quod male verbum *ἀποσείονται* vertit *se quatiunt*, Scaliger *excutiunt se*, rectius Albertus *deponit.*

ἑκάστοτε] Vulgatum *ἑκάστῃ* ex Vatic. correxi. Modum operationis in fingendis cellis explicare deinde conati sunt curiosi, quorum annotationem retulit Plutarchus de Solertia animalium p. 89. Reisk., p. 199. Hutten.: quem locum in vulgatis Editionibus lacerum et vitiosum ita ductu Codicum concinnauit Gallus Meziriac: *ὥσπερ τῆς μελίττης ἐνδυομένης τῷ σώματι καὶ τὸ κηρίον ἀνοιγούσης, ὁμοῦ ψαύοντες οἱ ἓξ πόδες εἰς ἑξάγωνα τὸ πᾶν ἀγγεῖα διαιροῦσιν.* vbi erat *ὁμοῦ ψαύοντες εἰς ἀγκῶνα τόπον ἀγγεῖα διαιροῦσιν.* Hinc Plinius 11. s. 12. *Sexangulae omnes cellae, singulorum eae pedum opere.* Hinc Varro R. R. 3, 16, 5. *in fauo sex angulis cella, totidem quot habet ipsa pedes.* Quem auctorem habeat haec explicatio, ignoramus.

8. *ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ*] Casauboni coniecturam vulgatum *ἐν τῷ κηρῷ* corrigentis e Gazae versione, vbi est *eadem in cella*, confirmat Med. vbi est *ἐν τῷ αὐτῷ κηρῷ*, versio Thomae: *in eodem fauo*, Alberti: *in eadem domo:* igitur

recepit Camus. Verba *καὶ γίγνεσθαι τούτους θυμικωτέρους· διὸ καὶ* aliter vertit Albertus: *eo quod tunc non timent magistrum. Mares autem carent aculeis et si nitantur pungere aliquando, quasi sint aculeati, non possunt.*

εἰσὶ δὲ μείζους] Aliter Albertus: *Mares etiam et quando viuente rege habitant solitarii sequestrati a feminis, occupant plures domos quam feminae. Dicunt etiam quidam, quod aliquando mares faciunt sibi aliquas domos ex cera, quam comparauerunt feminae.* Scaliger iam olim vidit, haec non congruere cum iis, quae supra sect. 4. docentur, vbi *τὰ κηφήνια ἐλάττω τῷ μεγέθει τῶν μελιττίων* dicuntur, vbi vide annotata.

9. *πρότερον· δύο μὲν ἡγεμόνων· ὁ μὲν*] Med. *προτερον δύο ὁ μὲν ἡγεμὼν ὢν· ὁ μέν.* Vulgatam tueri videtur locus Varronis 3, 16, 18. *et vt quidam dicunt, tria genera cum sint ducum in apibus, niger, ruber et varius; vt Menecrates scribit, duo, niger et varius: qui ita, melior, vt expediat mellario; cum duo sunt eadem aluo, interficere nigrum. — De reliquis apibus optima est parua, varia, rotunda. Fur qui vocatur, ab aliis fucus, ater est, lato ventre. Vespae quae similitudinem habet apis, neque socia est operis et nocere solet morsu, quam apes a se secernunt.* Vides, *ἀνθρήνην* Varroni esse *vespam.* Gaza *crabronem* interpretatur. Plinius sect. 19. *Apes sunt et rusticae siluestresque, horridae aspectu, multo iracundiores, sed opere ac labore praestantes. Vrbanarum duo genera: optimae breues variaeque, et in rotunditatem compactiles: deteriores longae et quibus similitudo vesparum: etiamnum deterrimae ex iis pilosae.*

μέλας καὶ πλατυγάστωρ· ἔτι δὲ ὁ κηφὴν] Vulgatum *ἔστι δὲ ὁ κηφὴν* ex Vatic. versionibusque Gazae, Thomae et Scoti correxit Camus. At Med. habet *μέλας· πλατυγάστωρ δὲ ὁ κηφήν.* Varro vulgatum legisse et male interpretatus esse videtur. Thomae *φὼρ* dicitur *formiger.* Albertus ita vertit locum: *Cum autem genera apum sint multa, tamen rectores earum sunt duorum modorum, niger videlicet et rubeus:*

sed melior est rubeus. Apis autem bona est parua, rotunda, in se densa, quam si sit constricta. Inuenitur etiam alia longa, quasi vespae citrinae in figura similis, et tertia invenitur, quam cako quidam vocant, quae est magna, lati ventris. Inueniuntur iterum etiam aliae, quae communi nomine cakyn dicuntur, quae sunt maiores omnibus aliis apibus et sunt ponderosae generis volatus et non habent aculeos. Etiam Vincentius ex versione Scoti habet: *magna, lati ventris.* Itaque Scotus μέγας καὶ πλατυγάστωρ scriptum legit. Plinius s. 18. *Quanquam de fucis video dubitari, propriumque iis genus esse aliquos existimare, sicut furibus, grandissimis inter illas, sed nigris lataque aluo, ita appellatis, quia furtim deuorent mella.*

κηρία ὁμαλά] Thomas vertit *fauos regulares.* Varro totum locum ita transtulit: *Apes differunt inter se, quae feras et cicures sunt: nunc feras dico, quae in siluestribus locis pascitant, cicures, quae in cultis. Siluestres minores sunt magnitudine et pilosae, sed opifices magis. — Sanitatis signum, si opus quod faciunt est aequabile et laeue.*

ἔτι δὲ ἓν εἶδος τοῦ κηρίου] Intellige ἐργάζονται. Ita cum Basil. Sylburg. Contra reliquae Edd. quibuscum Camus facit, ἔστι δὲ habent, quam scripturam reddidit etiam Thomas, ita tamen vt deinceps νεοττοὶ ἢ κηφῆνες scriptum verteret: qua mutatione non est opus in nostra lectione. Gaza: *et ad singulos vsus fauum singulatim effingit, videlicet partem aliam ad mella, aliam ad prolem, aliam ad fucos accommodatam.* Scaliger: *Est autem vna cellae species, vt sit totum aut mel aut apicula aut fucus.*

ἅπαντα ποιεῖν αὐτά] Ita vulgatum εἶναι αὐτά ex Med. Vatic. et versione Thomae correxi. Sequentia Gaza ita vertit: *loculus alter deinceps dispositus habetur inanis.* Scaliger: *proximo loco alia cellae species est inanis.* In annotatione haec posuit: *Fauorum duo ponit genera: vnum inane, alterum occupatum. Pleni species duae. Prior, in qua vna tantum res sit: altera, in qua plures. Prima*

species continet tres modos, aut mel aut apiculam aut fucum. Altera species continet haec omnia, sicut supra memorauit. Quod si ita eueniet, prouidet apis relicta altera cella vacua, vt occupaturo sit sedes. De verbis dubiis δι' ἀντλίας, quae versio Thomae omisit, ne verbulum quidem. Albertus haec tantum ex h. l. excerpta posuit: *Amplius id quod inuenitur in domibus apum, est aut pulli aut mel aut mares apum.* Camus vertit: *il y en aura un second ensuite pour recevoir le superflu du premier.* Qui sensus qua ratione ex verbis graecis possit deduci, equidem non intelligo; nec magis rationem Gazae intelligo.

10. *αἱ δὲ μακραὶ*] Ante Casaubonum erat *μικραὶ*, vt in Vat. Ambr. Ex versione Gazae correxit Scaliger, consentiente Thoma, Scoto et Alberto. Vitium vidit etiam Accorambonus. Verum est in Med. *ἀνῳδηκός* Thomas vertit *iustum.* Albertus: *quasi gibbosa et arcualia, non ad vnam lineam aequaliter descendentia, sed in finibus retracta et in medio arcualiter descendentia, sicut faciunt apes citrinae.* Deinceps Med. Vatic. *τἄλλα τεταγμένα ὡς ἂν τύχῃ* habent. Similiter Thomas vertit: *et alia ordinata.*

συμπέττουσι] Junt. Camot. *συμπίπτουσι* habent cum Ambr. Albertus vertit: *sugunt mel; quod est in fauis, quod per aluearis resudat latera.* Rectius Plinius s. 15. *Nam nisi incubauere, fauos liuidos faciunt.* Deinceps *ἔκτρωμα* ex Canis. et versione Gazae dedi pro vulgato *ἔκβρωμα.* In Veneto est *ἔκτρομα*, in versione Thomae *putredo.* Albertus conturbauit omnia. De insecto dictum fuit ad 8, 26. Vulgatum *ἐκπέταται* correxi. Locum ita vertit Gaza: *quod si de cetero se continere potuerint, vt incubitu perseuerent, partis quasi abortus fit.* Scaliger: *quod si postea reliquum temporis possint insidendo sese continere, id quasi cibarium fit.* Camus: *Si elles ont le courage d'y demeurer tout le temps necessaire, leur miel devient propre à leur nourriture.* Pessime vterque, Scaliger et Camus. Non enim de cellis mellariis loquitur Philosophus, sed de iis, quibus

proles inclusa haeret, quibus incubant apes. Quarum partem si forte neglexerint, et aranearum telae occupaverint, apes cum deinde incubando fouerint, cauent, ne celiae totae pereant; fit tamen abortus, quia vitium cellae et fetus ab initio contraxerant.

προσπορευσονται] Vulgatum *προσπορεύονται* ex Medic. Vat. Ambr. correxit Camus, vti fieri voluit Sylburg. Paulo antea vulgatum *ἐρυσματα* idem Sylburg. correxit. *ἐρύματα* est in Med. Vat. Ambr. Plinius s. 10. *ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis sic a solo fornicatis, ne desit aditus ad sarciendum.* Male Plinius *ad sarciendum* pilas substrui narrat. Ceterum ineptissime Albertus: *si forte de alueari cadit rex, subito erigunt eum et reducunt in thronum regni sui et supponunt ei sedem cerae, per quam sustentatur, ne cadat, et vigorant ipsum, et faciunt ei locum, per quem intret et exeat. Cum enim apes non habent expeditum locum, per quem intrent et exeant, super aluearia sedebunt, et tunc mel interius corrumpitur et implebitur araneis.*

11. *ὅταν μὴ πολύγονον ᾖ*] Negationem omisit Medic. sed versio Thomae: *quando non fiunt multae proles.* Plinius s. 16. *reges plures inchoantur, ne desint. Postea ex his, soboles cum adulta esse coepit, concordi suffragio deterrimos necant, ne distrahant agmina.* et sect. 18. *inuitae autem interimunt eos, cum plures fuere, potiusque nascentium domos diruunt, si prouentus desperatur: tunc et fucos abigunt.*

ὡς ἐξαγωγέων ὄντων] Gaza vertit: *vtpote cum desint quibus mittendis duces ipsi praeficiantur.* Gazam reprehendit Scaliger, ipse vertens: *demoliuntur sedes quoque regias, si sint apparatae, quorum sane ductu iuuentus educi possit,* vel *vtpote cum ipsi autores sint emigrandi.* Versio Thomae habet *educibilibus,* quasi *ἐξαγωγαίων* scriptum legisset, vel *ἐξαγωγίμων.* Similem scripturam Gaza interpretatus esse videtur. Albertus mire: *Reges tamen raro*

interficiuntur, nisi quando in aluearibus non est multitudo pullorum, sed multitudo cethorum sine condigno exercitu: et hoc est, quando non paullatim pulli generati fuerunt a pullis apum et ab apibus ipsis. In istis igitur temporibus et istis de causis deserunt domos regum suorum, si non interficiunt eos, quamuis ipsae domus optime sint praeparatae: et hoc ideo faciunt, quoniam reges extrahunt pullos apum paucos, qui sunt, et tunc euagantur aluearia ac deseruntur. Idem sequens ἐξαιροῦσι ad fucos retulit, non ad apiarios. Deinceps Med. habet καὶ μὴ εὐμέλιττα σμήνη. *et non bene mellita aluearia* vertit Thomas. Theophrasti locum h. pl. 6, 2. posuit Stephanus hunc de thymo: ἀφ' οὗ καὶ ἡ μέλιττα λαμβάνει τὸ μέλι· καὶ τούτῳ φασὶν οἱ μελιττουργοὶ δῆλον εἶναι, πότερον εὐμελιττοῦσιν ἢ μή· ἄλλως γὰρ ἀπανθήσαντος, οὐκ εὐμελιττεῖ. Recte vero H. Stephanus scripturam εὐμελιττεῖν praetulit vulgatae, quam correxi cum Scaligero.

ἐν τῷ τεύχει] Thomas vertit *in tabula.* Gaza: *foris in alueo residentes exules:* quasi ἀποκαθήμενοι scriptum legisset. Scaliger contra: *conspiciuntur sedentes in muro,* quasi τείχει esset pro τεύχει scriptum. Sed in annotatione ait: *Tanquam in statione excipientes fucos ignauos pro muro sedent vel excubant.* Albertus: *saepe videntur sedentes super foramina sua quasi defendentes introitum maribus,* quasi προκαθήμεναι Scotus scriptum legisset.

12. αὐταὶ ἐφ' ἑαυτῶν] Vulgatum αὗται correxi, quod suspectum fuit iam olim Sylburgio. Gaza vertit: *si hae solae permanserint.* Scaliger: *quod si fiat, vt alterum genus illud per se solum sit.* Inepte Albertus: *Apum autem alia genera, quae solitariae habitant, solitudinem quaerunt, et nihil vtilium faciunt operum.*

ἐὰν — ἀποθάνῃ] Versio Thomae: *si autem intus interficiant, educunt similiter.* Antigonus c. 57. ἃς δ' ἂν ἀποκτείνωσιν αἱ χρησταὶ μέλιτται, πειρᾶσθαι μὲν αὐτὰς ἔξω τοῦτο ποιεῖν· ἐὰν δ' ἔσω τοῦ σμήνους ἀποκτείνωσιν, ἐκφέρειν.

τὰ παρ' αὐτοῖς] Gaza vertit: *et suos inuicem fauos offendunt.* Scaliger: *At fures suis fauis etiam nocent.* Camus pessime: *gatent jusqu' aux gâteaux destinés à eux-mêmes — ils entrent dans les autres gâteaux.* Albertus: *Animal autem quoddam, quod graece koyes vocatur, et est simile api, intrat aliquando aluearia, cum tamen non sit de his, quae pertinent ad examen, et quando possunt super ipsum, interficiunt ipsum apes, eo quod corrumpit opera et generationes earum: et ideo constituunt apes quasi speculatores, qui sigillatim sedent super foramina.* Sunt τὰ κηρία τὰ παρ' αὐτοῖς *faui sui aluearis*, τὰ ἀλλότρια vero *faui aluearis alieni.*

καὶ εἰς τὰ ἀλλότρια] Copulam cum Med. et Thoma omisit Camus. Deinceps post λησθῶσι repetebantur vulgo verba εἰς τὰ ἀλλότρια, quae recte cum Medic. et versione Thomae omisit Camus. Postea vulgatum οὐκ ἔργον δ' ἐστὶ λαβεῖν correxi e Med. Canis. versione Thomae et Gazae. Antigonus cap. 157. haec negligenter ita excerpsit: τοὺς δὲ φῶρας καλουμένους κακουργεῖν, ἐὰν λαθῶσι παρεισελθόντες· εἰσέρχονται δὲ σπανίως· τηρεῖσθαι γὰρ αὐτούς, καὶ ἐπὶ πασῶν φύλακας εἶναι. quem locum facile ex nostro redintegrabis.

13. συνεσπειραμέναι] Vulgatum συνεσπαρμέναι, quod Thomas vertit *conspersae*, correxi e Med. Canis. Vat. Ambr. Recte Gaza: *vt circa ipsum principem glomerentur.* Sequens μονῶτις Thomas *singularis* vertit, Gaza *solitaria*, Scaliger *singularis*, interpretatus: *aequale omnium murmur.* Plinius s. 17. *Procedit foras nonnisi migraturo examine. Id multo intelligitur ante, aliquot diebus murmure intus strepente, apparatus indice, diem tempestiuum eligentium.* Varro R. R. 3, 16, 29. *duo solent praeire signa. — alterum, quod cum iam euolaturae sunt, aut etiam inceperunt, consonant vehementer, proinde vt milites faciunt, cum castra mouent.*

αἱ ἄλλαι· ἐὰν δὲ] Med. habet βασιλέων· αἱ δ' ἄλλαι

ἐὰν τύχωσι. In versione Gazae *αἱ ἄλλαι* omissum est. Thomae habet: *aliae autem, si non contigerint:* quasi scriptum legisset *αἱ δ᾽ ἄλλαι, ἐὰν μὴ συντυχῶσι.* Deinde Edd. veterum *ἀπόληψιν* correxit Sylburg.

14. *αὐταῖς τεταγμέναι*] Gaza: *singulis muneribus se distribuunt.* Antigonus cap. 57. *εἶναι δ᾽ αὐτὰς τεταγμένας ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν ἔργων· καὶ τὰς μὲν ἀνθοφορεῖν, τὰς δὲ κατορθοῦν τὰ κηρία* ex h. l. excerpsit. Plinius s. 10. *Itaque temperie caeli cum agmen ad opera processit, aliae flores aggerunt pedibus, aliae aquam ore, guttasque lanugine totius corporis. Quibus est earum adolescentia, ad opera exeunt, et supra dicta conuehunt: seniores intus operantur. — Sunt enim intus quoque officia diuisa. Aliae struunt, aliae poliunt, aliae suggerunt, aliae cibum comparant ex eo quod allatum est.*

αἱ δὲ ὑδροφοροῦσιν] Haec omittunt Edd. pr. cum Vat. Ambr. Canis. praeter Camotianam. Aelianus H. A. 5, 11. *τὰς μὲν προστάττει (ὁ βασιλεύς) ὑδροφορεῖν, τὰς δ᾽ ἔνδον κηρία διαπλάττειν, την γε μὴν τρίτην μοῖραν ἐπὶ τὴν νομὴν προϊέναι· εἶτα μέντοι ἀμείβουσι τὰ ἔργα ἐκ περιόδου.* Sequens *ἔχωσι* vulgato *ἔχῃ* substitui, monente Sylburgio; et versio Thomae *habeant* habet. *ἐν ὥρᾳ ἔτους* Gaza vertit: *aestiuo potissimum tempore.* Scaliger: *potius vere.* Equidem vocabulum *ἔτους* abundare censeo. *ἐν ὥρᾳ* est mature. Plinius s. 12. *Nihil horum stato tempore, sed rapiunt diebus serenis munia.*

ὅταν ἐκδύῃ] Gaza: *tertio quam prodierint die.* Malim igitur cum Gaza *ἐκδύσῃ* scribere. Inepte Albertus: *Apis autem rex, quae regit alias, aliquando quidem, postquam primo exit cum examine, forte operatur per tres dies ad plus, et tunc redit ad locum suum in alueari, et ordinat praesentia sua et quodam strepitu opera aliarum.* Plinius s. 16. *protinus educti operantur quadam disciplina cum matribus.*

ὁ γόνος τῶν μελιττῶν] Versio Thomae *τῶν μελιττῶν*

omisit et post *μόνον* inserit *περί*. Gaza vertit: *proles felicis examinis quadraginta diebus intermittitur, tantummodo a bruma.* Scaliger: *apum proles deficit circiter quadraginta diebus tantum, quae brumam sequuntur.* Albertus: *Amplius autem aliquando sunt aluearia sterilia propter aliquam causam ex parte vasis aut ex parte apum hoc facientem: et tunc apes antiquae retinent pullos, quos habent, ne exeant, ita quod retenti stant aliquando per XL dies post tropicum hiemale in terris calidis. In terris enim frigidis non emittunt pullos nisi in principio aestatis et raro in fine.* Scaligero de loci obscuritate questo videtur Philosophus loqui adhuc de emissione, quae circiter alio atque alio die, sed intra XL a bruma fieri solet, si examen sanum sit. In Plinio nullus alius est locus, qui huic nostro congruat, nisi sect. 15. *A bruma ad Arcturi exortum diebus LX somno aluntur sine vllo cibo. Ab Arcturi exortu ad aequinoctium vernum tepidiore tractu iam vigilant, sed etiam tunc alueo se continent, seruatosque in id tempus cibos repetunt. In Italia vero hoc idem a Vergiliarum exortu faciunt; in eum dormiunt.* Quae Plinius non satis fideliter traduxit ex his Columellae 9, 14, 17. *Post confectam brumam diebus fere quadraginta, quicquid est repositi mellis, nisi liberalius a curatore relictum sit, consumunt; saepe etiam vacuatis ceris vsque in ortum fere Arcturi, qui est ab Idibus Februariis, ieiunae etiam fauis accubantes torpent more serpentum, et quiete sua spiritum conseruant: quem tamen ne amittant, si longior fames incesserit, optimum est — dum Arcturi ortus et hirundinis aduentus commodiores polliceantur futuras tempestates. Itaque post hoc tempus, cum diei permittit hilaritas, procedere audent in pascua. Nam ab aequinoctio verno sine cunctatione iam passim vagantur, et idoneos ad foetum decerpunt flores atque intra tecta comportant.* Aelianus H. A. 5, 12. *ἐν τοῖς χειμεριωτάτοις τῶν χωρίων μετὰ Πλειάδων δυσμὰς εἰς ἰσημερίαν ἠρινὴν διατελοῦσιν οἰκουροῦσαί τε καὶ ἔνδον*

ἀτρεμοῦσαι ἀλέας πόθῳ καὶ φυγῇ ῥίγους αἱ μέλιτται· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον τοῦ ἔτους πάντα ἀργίαν μὲν καὶ ἡσυχίαν μισοῦσι καὶ καμεῖν εἰσιν ἀγαθαὶ, καὶ οὐκ ἄν ποτε ἴδοις βλακεύουσαν μέλιτταν τῆς ὥρας ἐκείνης ἔξω, ἐν ῇ μαλακιεῖ τὰ μέλη. Denique huc pertinet locus Auctoris θαυμασίων cap. 65. ἡ μέλιττα δοκεῖ τὰς τροπὰς σημαίνειν τῷ ἐπὶ τὰ ἔργα βαδίζειν· ᾧ καὶ οἱ μελιττοπόλοι σημείῳ χρῶνται· ἠρεμία γὰρ αὐτῶν γίνεται. de quo disputarunt nuper Editores docti duo. Neuter tamen vidit negationem excidisse, quamuis versio Natalis de Comitibus vitium indicet, vbi est: *cum ad opus minime accedant.* Praeterea sequens ἠρεμία aperte negationem et vacationem operis flagitat. τροπὰς igitur dicit χειμερινὰς, non solstitium. His igitur vestigiis veram huius nostri loci scripturam indagasse mihi videor. Nimis enim apertum est vitium vulgatae, quae sobolem vel examina nisi XL diebus post brumam non deficere fert. Pro γόνος scribo πόνος. Labor et operatio apium non deficit, nisi XL diebus post brumam, quibus ab opere vacant et quiescunt.

καταχρίουσιν] Gaza: *cibo apposito derelinquunt.* Igitur καταλείπουσι scriptum legit, quanquam Scaliger Gazam *deliquant* scripsisse putabat. Thomas vertit *concludunt:* igitur κατακλείουσι scriptum legit. Albertus: *cum enim volunt parentes retinere iuuenes apud se, claudunt super eos vias exitus cera subtili.* Miror Scaligerum probasse hanc Alberti versionem. Sed ex annotatione eiusdem: *Si tertia die incipiunt operari, ergo etiam edere: quare igitur apponunt cibum?* Non meminerat vir egregius, quod tamen ad sequens membrum ipse monuit, peruerti historiam apum, et prius doceri de adultis, quam de iis, quae nondum putamine rupto exierunt. Denique ἀδύνατος habet Med. *impotens* versio Thomae.

15. ἐκκαθαίρουσιν] Gaza vertit: *tollunt et rem familiarem tuentur.* Albertus: *interficiunt eas et eiiciunt eas extra aluear suum.* Deinceps vulgatum χειμῶνα ex Med.

Can. Vatic. correxi, vt postea vulgatum διαρκὴς ᾖ ex Mediceo. Thomas vertit: *et si quidem abundantes fuerint.* Pro αὐτοῦ θνήσκουσιν versio Thomae αὐταὶ ἐνθνήσκουσι scriptum reddit *per se immoriuntur.*

τῷ κηρῷ] Versio Thomae κηρίῳ scriptum *fauo* reddidit. σανδαράμην habet Ambr. Hesychius: σανδαράκη, τροφή τις τῶν μελιττῶν, ὡς Ἀριστοτέλης. *sandaracem* vertit Thomas.

16. οἵ τε σφῆκες] Vitium vulgatae αἵ τε cum Sylburgio correxi. Deinceps ὕδωρ αὐτὸ scriptum vertit Thomas. Verba καὶ τὰς σφηκίας omisit Thomas. χελιδόνας est pro χελιδόνων νεοττίας. Apium hostes ex h. l. enumerauit Aelianus 5, 12. aliunde cum remediis 1, 58. Verba nomini αἰγίθαλοι addita τὰ ὄρνια Scaliger glossema esse censuit. *Agiciolos auiculas* vocat Albertus addens: *idem faciunt animalia quae varatos vocantur, et est quoddam genus lacertae magnae.* Postea ranas et araneas aquaticas nominat.

καὶ πρὸς αὐτὰς καὶ πρὸς] Med. Ambr. ἐστὶ πρὸς αὐτὰς καὶ τοὺς σφῆκας. Hunc locum excerpsit Aelianus 5, 12. οὐδὲ ἓν ζῶον ἀποδιδράσκουσιν — παίουσι δὲ καὶ τοὺς σφῆκας κακῶς. — ἤδη μέντοι καὶ πρὸς ἀλλήλας διαφέρονται. Verba καὶ ἔξω μὲν Gaza vertit *cum ruri sunt*, reprehensus a Scaligero, qui interpretatur *extra pugnam.* peius! Albertus recte: *nunquam extra aluear remotae pugnant contra aliquod.*

17. αἱ δὲ τύπτουσαι] Scaliger malebat τύψασαι. Sed ita statim dicitur ἀποβάλλουσα ἀποθνήσκει. Sequens ἐξαιρεῖσθαι Thomas vertit *amittere.* Postea τὸ κεντρίον ἀποβάλλουσα ex h. l. excerpsit Apollonius historiae falsae cap. 44. Historiam equi occisi excerpsit Aelianus 5, 12. Plinius s. 19. *ad vnum ictum aculeo infixo quidam eas statim emori putant. Aliqui non nisi in tantum adacto, vt intestini quidpiam sequatur. — Est in exemplis, equos ab iis occisos.*

18. ἐκκομίζουσιν ἔξω] Apollonius l. c. βαστάζουσιν ἔξω

τοῦ σμηνιῶνος habet. Deinceps καθαρώτατον Med. Vat. Ambr.; τῶν ζώων Med. Ambr. Sequentia excerpsit Antigonus l. c. δυσχεραίνειν δ' αὐτὰς καὶ τῇ δυσωδίᾳ τῆς τροφῆς καὶ τῷ μύρῳ· καὶ τὸ περίττωμα δὲ ἔξω ἀφιέναι. Plinius s. 19. *Odere foetidos odores proculque fugiunt, sed et fictos: itaque vnguenta redolentes infestant.*

ἀπαγάγῃ πῃ] Vulgatum auxi e Med. et Vatic. *adducit* est in versione Thomae pro *abducit*, et deinceps *syrinis* pro *phrynos*. Dubito, an γυρίνος scriptum legerit; Aelianus 1, 58. gyrinos interficere docet. Vocabulum κακὸν ex Med. Canis. Vatic. versione Gazae addidit Camus. Postea κτείνει αὐτὸν διὰ τὸ γένος scriptum reddidit Thomas. Plinius s. 19. *insidiantur aquantibus ranae: quae maxima earum est operatio tum cum sobolem faciunt: nec hae tantum, quae stagna et riuos obsident, verum et rubetae veniunt vltro, adrepentesque foribus per eas sufflant: ad hoc prouolant, confestimque abripiuntur. Nec sentire ictus apum ranae traduntur.* Inepte Albertus: *Locustae autem quoddam genus, quod graeci circironos vocant, nocet multum apibus: quando venit ad ostium apium et insufflat stridore quodam: et tunc territae exeunt apes fugere volentes, et exeuntes capit locusta et destruit eas.*

19. οὐδὲ κεντοῦσι] Ex Med. et versione Thomae οὐδὲ inserui. Sequentia διὸ οἱ ἑσμοὶ φέρονται Gaza vertit: *quarum examen quotannis auolare solitum est.* Recte contra Scaliger, quem sequitur Camus: *iccirco portantur emissa examina.* Amputatis enim, addit annotatio, ramis, in quibus consederint, gestant et in alueum reponunt. Versio Thomae partem huius membri continuat cum antecedente ita: διὰ τὸ γένος τὸ τῶν μελιττῶν — ἐργάζεται. Εἰσὶ δέ τινες etc. Verbum ἐκβάλλουσι et παραβάλλουσι ad apiarios retulerunt Gaza, Albertus, Camus, contra Scaliger solum verbum posterius ad apiarios refert, et τότε post καὶ omissum censet.

τὰ εἴσω] Articulum omisit versio Thomae. Antigonus

etiam cap. 57. ex h. l. excerpsit: *καὶ τὰς μὲν πρεσβυτέρας εἴσω ἐργάζεσθαι.* Aelianus 5, 12. *φιλοῦσιν οἰκουρεῖν αἱ πρεσβύταται.* Plinius s. 10. *quibus est earum adolescentia, ad opera exeunt et supra dicta conuehunt: seniores intus operantur.* Igitur articulum deleui. Deinceps *διὰ τὸ εἴσω μὲν εἶναι* Medic. Postea *δὲ* ante *ἀποκτείνουσι* inserui ex versione Thomae. Verba *ὅταν μηκέτι χωρῇ αὐταῖς ἐργαζομέναις* Gaza vertit: *quoties non satis loci operibus est.* Scaliger: *cum locus angustior est operantibus.* Albertus similiter, qui iuuenum corpora ait esse *aliquantulum mollia,* veterum autem *duriora.* Aelianus H. A. 1, 11. *μελιττῶν δὲ ἡλικίαν διαγνοίη τις ἂν τὸν τρόπον τοῦτον. Αἱ μὲν αὐτοέτεις στιλπναί τ' εἰσι καὶ ἐοίκασιν ἐλαίῳ τὴν χρόαν, αἱ δὲ πρεσβύτεραι τραχεῖαι καὶ ἰδεῖν καὶ ἅψασθαι γίγνονται, ῥυσσαὶ δὲ ὁρῶνται διὰ τὸ γῆρας· ἐμπειρότεραι δ' εἰσὶν αὗται καὶ τεχνικώτεραι.*

οὕτως ἐπεξήεσαν] Versio Thomae *οὕτως* omisit. Plinius s. 18. *Quod si defecerit aliquas aluos cibus, impetum in proximas faciunt rapinae proposito. At illae contra dirigunt aciem: et si custos adsit, alterutra pars, quae sibi fauere sentit, non appetit eum.* Vides Plinium factum mutasse in morem et deprauasse locum. Rectius locum excerpsit Aelianus 5, 11. qui tamen verbum *νοσοῦντος* non expressit.

20. *ὅ,τε καλούμενος κλῆρος*] Versio Thomae *τό τε καλούμενον* reddidit. Edd. pr. Vat. Ambr. *σκληρὸς* habent. Cf. dicta ad 8, 26. Verbum *σήπεται* Thomas vertit *putrefacit.* Deinceps *γίγνεται ταῖς μελίτταις* Med. Canis. Albertus ita: *Accidit autem infirmitas apibus, quam scaliros graeci vocant, quando videlicet apis efficitur puluerulenta in alis et volare non potest. Inuenitur etiam in profundo aluearis vermis paruus, de quo superius diximus, quod crescit in modum araneae et texit in alueari et destruit mel, et tunc apes destruuntur. Aliae etiam infirmitates apibus accidunt ex foetore et corruptione alueariorum, et quando nimis quiescunt et non exercent se per volatum.*

λευκὸν τοῦ ἐρυθροῦ] Theophrastus h. pl. 6, 2. *καὶ θύμον τὸ μὲν λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν· εὐανθὲς δὲ σφόδρα περὶ τροπὰς θερινάς· τότε γὰρ ἀνθεῖ· ἀφ' οὗ καὶ ἡ μέλιττα λαμβάνει τὸ μέλι· καὶ τούτῳ φασὶν οἱ μελιττουργοὶ δῆλον εἶναι, πότερον εὐμελιτοῦσιν ἢ οὔ. καλῶς γὰρ ἀπανθήσαντος, εὐμελιτεῖ, κακῶς δ', οὐκ. βλάπτει δὲ καὶ ἀπόλλυσι τὴν ἄνθησιν, ἐὰν ὕδωρ ἐπιγένηται.* Thymum candidum et nigrius habet etiam Plinius 21. cap. 21. Colorem eum ad folia referendum esse monuit Bodaeus. Albertus: *Contra omnes autem istas infirmitates vtuntur flore origani agrestis, quod hasse graeci medici vocant: quod autem melius medicatur eis in genere, origanum est quod florem habet albiorem: hoc enim melius est nigro vel rubeo.* Ad verba sequentia *ὅταν ἐρυσιβώδη* compara dicta ad 8, 26.

21. *ἐφ' ἑαυταῖς*] Non supra se, sed pedibus gestare annotat Scaliger. At Plinius s. 10. *Gerulae secundos flatus captant: si cooriatur procella, apprehensi ponduscolo lapilli se librant. Quidam in humeros eum imponi tradunt.* Aelianus 5, 13. *ὄψει φέρουσαν λίθον ἑκάστην ἄκροις τοῖς ποσὶν, ἔρμα εἶναι τοῦ μὴ ἀνατρέπεσθαι.* Erroris occasionem praebuit apis genus diuersum, quod sabuli granis congestis nidificat, vt post Swammerdammium monuit Réaumur in Historia apium.

καὶ αὖθις ἐπ' ἔργον] Vulgatum *εὐθὺς* ex versione Thomae correxi. Verba *ἀνεμοῦσι τὸ μέλι* Gaza vertit: *pergunt ire ad mel euomendum, confestimque negotium repetunt.* Miror viros doctos de difficultate loci non admonuisse. Si scilicet apes e fluuio non aliter nisi deposito prius onere bibunt, quaero, quid oneris intelligatur? Quod in pedibus postremis geritur, ad ceram adhibetur et cellas aedificandas, nec id deponi opus est. Igitur mel in corpus intus congestum intelligendum est. Hoc vero post potum euomi inepte censuit Gaza; nec melius Scaliger: *aliunde potu hausto mel vomunt ac subinde ad opus eunt.* In annotatione ait, *non prius refundere mel, quam biberint, vt elique-*

tur. Quod ego non intelligo. Igitur duplex vitium vulgatae scripturae inesse puto; primum quidem in *πίνουσαι*, quod in *πιοῦσαι* mutandum est. Non enim simul et bibunt et euomunt. Sed ne vomunt quidem mel post potum, sed recipiunt antea depositum. Igitur *πιοῦσαι καὶ ἀνελοῦσαι τὸ μέλι αὖθις ἐπ' ἔργον πορεύονται* scribendum censeo. Aliter Albertus: *nisi prius deposuerunt sarcinam quam portant et aliquantulum refrigerentur. Deponunt igitur id quod ferunt in casas suas exagonas paruas, et tunc potant, et reuertuntur ad operationes.*

κάλλιόν ἐστι] Med. Canis. *καὶ λεῖόν ἐστι*. Sequens *κάλλιστον* ex versione Thomae adsciui in locum vulgati *κάλλιον*. Verba *ἐκ μόσχου* Gaza vertit *nouellis stirpibus*, Thomas *nouo germine*. Postea *ξηραίνειν* Gaza interpretatur *coquere et resiccare*, Scaliger *excoquere*.

οὐ πήγνυται τοῦτο] Plinius s. 15. *thymosum non coit, et tactu praetenuia fila mittit: quod primum grauitatis argumentum est*. Idem paulo antea: *Maxime laudabile est etiam omne rutilum, vel sic auribus aptissimum. In aestiuatu est e thymo, coloris aurei, saporis gratissimi. — Quod concrescit autem, minime laudatur*. Cuius loci priora verba sunt ex Harduini officina, quibus nunc immorari non licet. *τὸ ἀσθενὲς τοῦ μέλιτος* Gazae est *exilior pars*, Scaligero *quod minus valet*, vel *inutile*. In melle enim quod aëreum sit, non spissari et corrumpi citius. Albertus *feces mellis cum cera in superficie* interpretatur, quod mihi placet propter contrarium *καθαρόν*.

22. *ὕλη ἀνθῇ*] Gaza vertit: *cum stirpes florent*. Scaliger: *erumpentibus floribus*. Albertus: *cum apparent flores in principio veris*. Sed is pro cera mel nominat. Deinceps nomina plantarum septem omisit Thomas. *ἀτρακτυλλὶς* habet Med. et *μυρίνη*. Gaza ante fusum agrestem praeterea thymum nominat. Alberto audiunt *erraficulis, corona regis, quam antiqui graeci yperiten vocant, et feradilas, myrtus, agios, quod alio nomine pentafilon siue quinquefolia vo-*

catur, cetharicon siue cedualium. Sparton vbi nominat Philosophus, intelligit fruticem, cuius flores apibus gratissimos ait Plinius 24, 9. s. 40. *genistam* vocans. Ceterum *μελίλωτος* et *σπάρτος* scribendum esse videtur. Spartum hunc Sprengelius hist. rei herbar. 1. p. 80. Spartium scoparium Linnaei interpretatur. Denique *καταλείφθειν* Aldina, Junt. *καταληφθείη* Basil. *καταλειφθίη* Med. *καταληφθῇ* Canis. *καταλείφειν* cum Camotiana Vatic. Ambr. *vnguant* versio Thomae, *antequam fauus occupetur* Gazae. Albertus omisit.

ἢ εἰς ἓν κηρίον] Plinius s. 10. *mira munditia: amoliuntur omnia e medio, nullaeque inter opera spurcitiae iacent. Quin et excrementa operantium intus, ne longius recedant, vnum congesta in locum, turbidis diebus et operis otio egerunt.*

περιτετριμμένα] Versio Thomae habet *circumforatas alas — et adusti.* Legit igitur scriptum *περιτετρημένα* et *ἐπικεκαυμέναι.* Posteriorem scripturam vulgatae *ἐπικεκαμμέναι* ex Aldina, Vatic. versione Thomae et Scoti substituit Camus. Gaza vulgatum interpretatur *dorsum repandum.* Nostrum reddit causam coloris, et Scaliger *sole adustae* vertit.

23. *καὶ ψόφοις*] Versio Thomae *testis et ensibus.* Igitur *καὶ ξίφεσι* scriptum legit. Gaza: *tinnitu aeris aut fictilis.* Plinius sect. 22. *Gaudent plausu atque tinnitu aeris, eoque conuocantur. Quo manifestum est, auditus quoque inesse sensum.* Deinceps verba *εἴτε μὴ* omisit Thomas, vt statim *ἢ* post *πότερον*, et postea verba *ὥσπερ εἴρηται πρότερον. Diuisa sunt autem opera, et operantur hae quidem mel, hae autem gonum, hae autem erithacem.* Omisit igitur etiam verba *κηρία αἱ δὲ*, et insertum legit colon: *αἱ δὲ γόνον.* Pro *ἐριθάκην* Basil. Camot. Med. Ambr. *αἱ δὲ ῥιθάκην*, Canis. *καὶ ἐριθάκην* habent. Cum statim sequatur *αἱ μὲν πλάττουσι κηρία*, prius illud membrum in vulgata scriptura *καὶ αἱ μὲν κηρία ἐργάζονται, αἱ δὲ τὸ μέλι*, quod ad cellas spectat, omisi, articulum ante *μέλι* deleui, et ex versione Thomae inserui *αἱ δὲ γόνον.*

ὄρθριαι] Plinius s. 10. *Ratio operis. Interdiu statio ad portas more castrorum, noctu quies in matutinum, donec vna excitet gemino aut triplici bombo, vt buccino aliquo. Tunc vniuersae prouolant, si dies mitis futurus est. — Cessantium inertiam notant, castigant mox et puniunt morte. — Cum aduesperascit, in aluco strepunt minus ac minus, donec vna circumuolet eodem, quo excitauit bombo, ceu quietem capere imperans, et hoc castrorum more. Tunc repente omnes conticescunt.* In Med. est male κατα μικρὸν διττόν. Versio Thomae pro ἐγείρῃ habet *exsurrexerit*, deinde ἀθρόαι omittit, vt postea verba δ' ἧττον.

24. σχαδόνας] Gaza cum Med. Canis. σχαδόνες scriptum vertit *nouellae operantur.* Similiter Thomas: *tunc skadones operantur.* Albertus pro altero membro habet haec: *quando autem taciturnae et segnes, signum est, quod sint debiles.*

πεινῶσι μάλιστα δ'] Vulgabatur πίνουσι. Gaza vertit: *esuriunt ab hyeme potissimum, cum opus incipiunt.* Med. Canis. πεινῶσι. *famescunt* Thomas. *et plus quum laborant proprie est cum eis accedit fames* Scotus. *plurimum autem laboris earum est in tempore consumptionis vel diminutionis mellis post hyemem, quando in principio veris ex calore temporis et digestione humorum et deminutione mellis famescere incipiunt*, Albertus, ex cuius versione ambigua incautus Scaliger scripturam πονοῦσι deriuauit, quam recepit Camus. Equidem locum adhuc vitio laborare censeo. Vitium arguit primum illud δὲ longius distractum ab initio, deinde verba ἂν ἄρχωνται ἐκ τοῦ χειμῶνος, sensu cassa.

βλίττων] Edd. pr. βλήττων, Basil. βλήτων, Ambr. βλάττων, Med. βλῆτον. Ita paulo post βλήττεται Edd. pr. Med. Vatic. habent. Deinceps κἂν vulgato substituit versio Thomae, vbi est: *etsi minus*, et statim pro κἂν reddit ἐάν. Postea χόην Ambr. χοαῖς Vatic. χοαὶ Med. Versio Thomae: *khoa vel semikhoa tria.* Plinius s. 14. *Est autem in eximendis fauis necessaria dispensatio, quoniam inopia cibi desperant, aut diffugiunt, contra copia ignauiam affert; ac iam melle, non erithace pascuntur.*

25. *πρόβατον*] Ouem omittit versio Gazae. Plinius s. 19. *inimicae et oues, difficile se a lanis earum explicantibus.* Inimicorum numerum auget Aelianus H. A. 1, 58. vbi sunt *οἱ ὄφεις*, nisi forte *αἱ ὄϊες* fuerunt nominatae a scriptore. In versione Thomae super *oues* scriptum est *aues*.

καὶ οἱ μελιττουργοὶ] Copula est otiosa. Sequens *ἐμπίπτωσι* versio Thomae mutat in *ἐκπίπτωσι*. Deinceps *ἐπὶ τὸ πῦρ* Med. Vat. Ambr. *super ignem vas imponunt*, omisso participio *πωμάσαντες*. Similem capturam commemorauit aliunde Aelianus H. A. 1, 58.

χειμῶνα καὶ ὕδωρ] Plinius s. 80. *Praediuinant enim ventos imbresque, et se continent tectis.* Aelianus H. A. 5, 13. *οἶδε δ᾽ ἄρα ἡ μέλιττα καὶ ὑετοῦ ἀπειλοῦντος ἐπιδημίαν καὶ σκληρὸν πνεῦμα ἐσόμενον.* Sed idem accuratius 1, 11. *ἔχουσι δὲ καὶ μαντικῶς, ὥστε καὶ ὑετῶν καὶ κρύους ἐπιδημίαν προμαθεῖν· καὶ ὅταν τούτων τὸ ἕτερον ἢ καὶ ἀμφότερον ἔσεσθαι συμβάλωσιν, οὐκ ἐπὶ μήκιστον ἐκτείνουσι την πτῆσιν ἐκ τῆς νομῆς, ἀλλὰ περιποτῶνται τοῖς σμήνεσι καὶ οἱονεὶ περιθυροῦσι.* Verba *αὐτοῦ ἀνειλοῦνται* Gaza vertit: *in alueo volutantur.* Thomas: *sed in tempore ibidem vagantur.* Albertus: *sed vagantur circa ipsum aluear.* Scaliger: *sed in loco tepido versantur, neque ab eo dimouentur.* Theophrastus de Signis tempestatum p. 438. ed. Heinsii: *ὅταν μέλιτται μὴ ἀποπέτωνται μακρὰν, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ σμηνους ἐν τῃ εὐδίᾳ πέτωνται, χειμῶνα ἐσόμενον σημαίνει.* Aratus Diosem. 298. *ἀλλ᾽ αὐτοῦ μέλιτος τε καὶ ἔργων εἱλίσσονται.*

26. *κρέμωνται*] Med. *κρέμμανται.* Varro R. R. 3, 16, 29. *duo solent praeire signa: unum, quod superioribus diebus maxime vespertinis multae ante foramen vt vuae aliae ex aliis pendent conglobatae.* Compara supra sectionem 13. Sequens *καταφυσῶσι* Gaza vertit *apiarium alueis afflant ex vino dulci.* Scaliger: *aspergunt examini vinum dulce.* Albertus: *aliquid dulce irrorant super aluear.*

ἀμυγδαλῆν] Hanc solam nominauit Thomas, reliquas

omisit. *συρίαν* Gaza *suriam* vertit. *κύτισον* malebat Sylburg. Ambr. *ὤχρας*, alius Codex non nominatus *ἑρπύλλῳ μεγάλην* habet. Postea *κατασπάσαντες* ex Basil. Med. Ambr. reuocauit pro vulgato *καταπάσαντες* Camus, et tamen vertit *les poudrent de farine*. Faciunt idem hodie, qui fures inuestigare volunt. Sed Gaza dubie vertit: *nonnulli farina in prato respersa*. Scaliger: *qui in pastu suas agnoscunt farina adspersa*. Equidem malim verba *ἐν τῷ νομῷ* ad prius membrum referre, ita vt domi conspergere farina euolantes dicantur, quo melius agnoscant, dum pascuntur, et genus pastionis cognoscant.

καὶ ὅταν ἐρυσίβη] Thomae versio: *aut siccitas et tempora enysila*. Vocabulum *γόνον* diuerso sensu adhibere videtur Theophrastus de Causis pl. 2, 23. *οὐδ' ἡ τῶν μελιττῶν φύσις, εἰ μὴ διὰ τὸν γόνον, ὥς φασί τινες· οὐδὲ ἡ τοῦ κόκκυγος, εἰ μὴ ἦν ἡ ὑπολαΐς*. Videtur *γόνον* nominare materiem sobolis, quam afferri et colligi in floribus ab apibus quidam existimabant. Noster supra 5, 19, 3. *ὅταν μὲν οὖν τὸ ἔαρ ὄψιμον γένηται, καὶ ὅταν αὐχμοὶ καὶ ἐρυσίβη, ἐλάττων γίγνεται ὁ γόνος. — ἐργάζονται δὲ πρῶτον μὲν τὸ κηρίον, εἶτα τὸν γόνον ἐναφιᾶσιν, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἐκ τοῦ στόματος, ὅσοι φέρειν φασὶν ἄλλοθεν, εἶθ' οὕτως τὸ μέλι*. Hanc posteriorem opinionem sequitur Theophrastus et Virgilius Georg. 4, 200. *verum ipsae e foliis natos et suauibus herbis ore legunt*. ad quem locum plura dedere Interpretes. Compara etiam locum de Generatione 3, 10.

CAPVT XXVIII. (vulgo XLI.)

μελαγχρῶτες] Ita Basil. Antea vulgabatur *μελαχρῶτες*. Med. *μελαγχρῶντες*, Canis. *μελανοχρῶτοι*. Plinius 11. s. 24. *Crabronum siluestres in arborum cauis degunt: hieme, vt cetera insecta, conduntur: vita bimatum non transit. Ictus eorum haud temere sine febri est. Aliorum, qui mitiores videntur, duo genera: opifices, minores corpore, qui moriuntur hieme; matres, quae biennio durant: ii et clemen-

tes. Gaza *vespas* vertit, vt Albertus, qui germanice ait *hornez vel hornos* vocari, addens: *et est quae a quibusdam vespa siue apis caeca vocatur. μήτρας* ille *mirtira, ἐργάτας argilicas*. In Vincentio Sp. nat. 20. cap. 176. est *argiltas*.

2. ἡγεμόνες πολὺ] Versio Thomae ὡς ἐπιπολὺ vel ἐπιτοπολὺ scriptum reddit *vt frequenter*. Deinceps pro ἀροῦντες eadem versio αἴροντες reddidit *tollentes enim*. Postea pro εὔσκοπον scriptum εὐσκεπῆ reddidit *bene protectum*. Gaza *opportunum*, Scaliger *conspicuum* vertit. Vide supra ad Cap. 16, 2. dicta. Denique ἐπόντες Vatic. ἐπόντος Ambr. πονοῦντες Med. *aduenientes* versio Thomae, igitur ἐπιόντες reddidit.

3. σφηκωνεῖς] Margo Isingr. σφηκῶνας habet, quod ex Vat. Ambr. Medic. substituit vulgato Camus. Post ἄλλους μείζους vulgo additum ἰστοὺς auctoribus Medic. et Ambr. omisit Camus, equidem seclusi, neque Gaza vertit. Convenit enim vocabulum tabulis apium cellis repletis et in rectum productis a camera aluearis, minime autem vesparum cellis. Plinius l. c. *Nidos vere faciunt, fere quadrifores, in quibus opifices generentur: iis eductis alios deinde nidos maiores fingunt, in quibus matres futuras producant. Jam tum opifices funguntur munere et pascunt eas.*

μικρῷ πλείοσιν] Versio Thomae omisit μικρῷ. Deinceps κηρίοις τὰ τῶν ἡγεμόνων Aldina, Med. Vat. Ambr. Canis. et versio Thomae, vbi est *quae ducum dederunt*, pro vulgato τὰ τῶν σφηκῶν. Gaza vertit: *Alioqui increscendi ratio ducibus eadem quae vespis est.* Scaliger veram scripturam Aldinae male interpretatus est: *oriuntur hae grandiorum vermium specie in quatuor aut non multo plurium inter se continuatarum superiorum cellarum labris summis. Caetera similis ratio ducibus et iis, quae intus in cellis generantur.* Errantem ducem sequitur Camus. κηρία non sunt crabronum, sed apum; igitur etiam ἡγεμόνες apum intelliguntur, et comparatio fit cellarum vtriusque generis ducum. De apibus noster 5, 18, 3. ἔστι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἡ γένεσις ἐν τοῖς κοίλοις τοῦ κηρίου, οἱ δὲ ἡγεμόνες γίγνον-

ται κάτω πρὸς τῷ κηρίῳ, ἀποκρεμάμενοι χωρὶς ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐναντίως τῷ ἄλλῳ γόνῳ πεφυκότες. vbi vide adscripta. In extremis igitur fauis apum duces collocati haerent, vt duces crabronum. Albertus: *semper in superficiebus eorum generantur rectores et in profundo seruientes, qui nati sunt ad obsequia eorum.* Compara nunc locum 5, 20, 2. *ἔχεται δὲ καὶ ὁ γόνος καὶ οἱ σκώληκες οὐ κάτωθεν τοῦ κυττάρου, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν πλαγίων.* et ibi annotata. De Generatione 3, 10. *γίγνονται δ᾽ ἐπὶ τέλει οἱ κύτταροι αὐτῶν (τῶν ἡγεμόνων) καὶ οὐ πολλοὶ τὸν ἀριθμόν.*

γίνωνται] Male Gaza: *affuerint fauis.* Deinceps *ἀποπέτεσθαι ἀπὸ τῶν ἐργατῶν* scriptum vertit Thomas. Miratur Scaliger, cum supra dixerit Philosophus, duces fingere etiam postremas cellas autumnales, in quibus matrices gignant, quomodo non exeant ad fingendum. Nam etsi operariae ipsis ferant materiam, atque illi construant, at necesse esse exire eos, vt affingant fauos. Haec est mera calumniatio Scaligeri. Philosophus enim non exire cellis suis negauit, sed euolare e domo et solos relinquere operarios negauit. Ceterum nunc demum post comparationem cum apibus ausus est Philosophus nomen *κηρία* transferre ad crabronum cellas.

4. *ἀποθνήσκουσιν ἀπὸ*] Vulgatum *μετὰ* ex Med. Canis. Vat. Ambr. versione Thomae, Gazae correxit Camus. Deinceps *ὁμοίως συμβαίνει* Thomas non vertit, sed *ἀεὶ συμβαίνει: semper accidit*, per compendium hoc scripturae: *spaccit.* Atque hanc scripturam vnice probandam censeo, postquam *ἀπὸ* pro *μετὰ* fuit scriptum. Gazam enim *ἀπὸ* vertentem ita reprehendit Scaliger: *Nam quid esset καὶ τοῦθ᾽ ὁμοίως συμβαίνει? Sane ὁμοίως significat similiter illas atque apes interire: intereunt enim nouellae, non interimunt, atque illis subministrant cibos. Quare igitur interimerent? quare non potius nouos occupatores? Neque natura patitur vt parentes a liberis interficiantur iam adultis.* Verum oblitus erat vir egregius, etiam apium duces,

si plures sunt vno, ab examine interfici nouellarum apium. Ipse igitur vertit: *cum iunioribus vespis simili fato intereant.* Scilicet crabrones ἐργάται de genere mitiore ἀποθνήσκουσι πάντες, ὅταν χειμὼν ἐπιπέσῃ, vt supra fuit sect. 2. Sed de ducibus merito dubitauit Philosophus, novine cum antiquis concordes operarios regant, an illis cedant imperio, an ab ipsis operariis caedantur. Denique Gazae interpretatio nullum plane sensum habet commodum; Scaligeriana cum verbis graecis nullo modo conciliari potest. Duo enim membra diuersa illa in vnum coarctauit. Albertus ita: *vtrum quando moriuntur rectores antiqui — super se alios rectores ponant vel non, nec est scitum, vtrum rectores quos forte super se ponunt, accipiant ex his, qui dicuntur tykines, qui magni sunt corpore, — vel non, nec est scitum, vtrum hoc accidat semper secundum eundem cursum aut non, nec est scitum, vtrum habeant maius tempus durandi quam praememoratum.*

οὐδὲ γῆρας οὔτε μητρῶν] Vulgatum οὔτε γῆρας cum Sylburgio correxi. Sequens οὔτε omisit versio Thomae, vbi pro μήτρας est *mecrem.* Verba καὶ παχύτερον omisit Thomas. Albertus ita: *sunt lati corporis et ponderosi et nigriores quam cikenes vocati, et propter ponderositatem eorum non sunt bonae virtutis, neque possunt saltare multum.* Plinius: *Latior matrum species, dubiumque, an habeant aculeos, quia non egrediuntur. Et his sui fuci. Quidam opinantur, omnibus his ad hiemem decidere aculeos.* vbi Plinii errorem animaduerterunt iam alii, qui ἐξιέναι a verbo ἔξειμι, non ab ἐξίημι ductum interpretatus est in nostro loco.

5. των δὲ σφηκῶν οἱ μὲν] id est τῶν ἐργατῶν, qui cum soli exeant, et conspiciantur, soli crabronum nomine veniunt. Sequens πολλοὶ τῶν ἐχόντων Plinius vitiauit, *omnibus* tribuens. πρὸς τὸν χειμῶνα Thomas vertit *ad tempus,* an diuersam scripturam secutus? Idem ἀμενηνότεροι *magis tolerantes* interpretatur, Albertus *debiliores.* Deinceps

αὐτόπτῃ Med. Ambr. αὐτόπται ex Aldina recepit Camus. Versio Thomae *ipsimet visores*.

6. φορυτοῦ καὶ γῆς] *ex congerie et terra* Gaza vertit. Scaliger: *e festucis collectis*. Albertus: *ex luto et terra: et omnes — disponuntur semper ab vno principio vsque sursum*. Thomas: *feculentia terrae*.

ἀπ' ἀνθῶν] Med. ἀγαθῶν τ. Ambr. ἀκανθῶν habet. Sequens ἤδη omittit Med. Ambr. τῶν ἄλλων intellige τῶν ἡμερωτέρων, quibus statim opponuntur οἱ ἄγριοι. Postea vulgatum οὐκ ὦπται ex Med. Vatic. Ambr. correxi. Denique ἐκ τοῦ τόπου Thomas non legit scriptum, sed γόνου; vertit enim *ex gono fieri*.

7. προσπέτονται μὲν] Ex versione Thomae μὲν inserui. Hunc locum excerpsit Antigonus cap. 57. extremo: σφῆκα δ' ἂν λάβῃ τις τῶν σκελῶν καὶ τοῖς προτέροις ἀρόμβαι, προπέτεσθαί φησι τοὺς ἀκέντρους, τῶν δ' ἐχόντων τὸ κέντρον οὐδένα. Sic foede mutilata repetiit verba etiam nupera Editio, quanquam iam olim Meursius locum ex fonte suo redintegrauerat. Albertus: *si accipiatur vespa citrina aliqua et teneatur per pedes, eiecto sibi prius aculeo, si inuenitur habere aculeum, et tenta per pedes amittatur vagari alis et sonare circa digitum tenentis pedes eius*. Vnde habuit additamentum? Idem mox ridicule ἐν σπηλαίοις vertit *in capitibus mortuorum natae ex cadaueribus eorum*.

οἱ δὲ πολλὰ καὶ μεγάλα] Haec omisit versio Thomae cum Aldina, Vatic. Ambr. Med. Deinceps τραπείσης τῆς ὥρας Medic. Canis. quod Gaza vertit *a solstitio*, quasi ὥρα pro ἥλιος ponatur. Scaliger peius: *prodeunte autumno*. Is sequens γὰρ omisit, et Gazam male reprehendit, quod posuit *colligunt enim hinc*. Negat autem vlmos materiem eiusmodi ferre, negat etiam autumno colligi. Equidem περιϊούσης Vatic. praeferam. πτελέας Thomas vertit *pteleas nube*: quod glossa apposita interpretatur: *tempore nubiloso*. Mirabilius Albertus: *inueniuntur venari in fine hiemis aliqua animalia parua, quae sugunt: et hoc magis fit in qui-*

busdam terris humidis multarum paludum, quam in aliis, sicut in terra, quam calos vocant. Sequentia etiam idem hoc modo peruertit: *Aliquotiens etiam apparuerunt plurimi duces siue mutyri cum vespis volantes: et hoc erat post longam plauiam, ex cuius putrefactione natae fuerunt.*

ῥήγματα] Thomas *voragines* vertit. Gaza: *per praecipitia et terrae rimas praeruptaque directiora.* Scaliger: *rimis terrae rectis.* Antecedens θηρεύονται Albertus ita cum reliquis vertit: *praecipue venantur in agrestibus et montanis locis, in quibus habitant illae maximae vespae.* Sequens ἔχοντες Thomas vertit *habere.* Addam nunc locum Aeliani H. A. 5, 15. aliunde excerptum: *βασιλεύονται δ᾽ ἄρα καὶ σφῆκες, ἀλλ᾽ οὐ τυραννοῦνται, ὡς ἄνθρωποι. καὶ τὸ μαρτύριον· ἄκεντροι καὶ οἵδε (οἱ βασιλεῖς) εἰσί· καὶ οἱ μὲν ὑπήκοοι τὰ ἔργα πλάττειν αὐτοὺς (αὐτοῖς) νόμον ἔχουσιν, οἱ δ᾽ ἄρχοντές εἰσι διπλοῖ μὲν τὸ μέγεθος, πρᾶοι δὲ καὶ οἷοι μήτε ἑκόντες λυπεῖν ἔχειν μήτε ἄκοντες.* Est praeterea locus alius eiusdem 4, 39. de vulpe nidum crabronum exquirente: *ὅταν θεάσωνται σφηκίαν εὐθηνουμένην, αὗται μὲν ἀποστρέφονται τὸν χηραμὸν ἐκνεύουσαι. — καθῆκαν τὸ στόμα καὶ τὰ σφηκία ἐσθίουσι.* Putavit igitur auctor narrationis, crabrones mel deponere in cellis nidi sui. Praeterea nidum ipsum et totum *σφηκιὰν* dicit, cellas singulas *σφηκία* neutro genere. In Aristophanis Comoediis quater *σφηκιὰ* scriptum extat, in Aeliano *σφηκία*, vt in Plutarcho de Ira cohibenda cap. 13. p. 444. Hutten. Priorem scripturam exhibet Suidas. Homerus Il. 16, 260. *σφῆκας εἰνοδίους* nominans ipse deinde interpretatur *ὁδῷ ἐπὶ οἰκία ἔχοντας.* vbi Scholia Veneta et breuia *σφηκιὰν* nominant nidum. Quem locum imitatus Quintus Smyrnaeus 8, 41. dixit *σφῆκες — οἵτε κλονήσει χηραμοῦ ἐκποτέονται.* Homerus iterum 12, 167. *ὥστε σφῆκες μέσον αἰόλοι ἠὲ μέλισσαι οἰκία ποιήσωνται ὁδῷ ἔπι παιπαλοέσσῃ, οὐδ᾽ ἀπολείπουσι κοῖλον δόμον,* in quo loco enarrando

laborant frustra nuperi Interpretes. Alterum genus crabronum, τοὺς ἀγρίους, intelligit Quintus 13. versu 55. σφήκεσσιν ἐοικότες, οὕς τε κλονήσῃ δρυτόμος, οἱ δ' ἄρα πάντες ὀρινόμενοι περὶ θυμῷ ὄζου ὑπεκπροχέονται, ὅτι κτύπον εἰσαΐουσιν.

CAPVT XXIX. (vulgo XLII.)

ἀλλὰ τὰ πολλὰ] Versio Thomae scripturam ἐπὶ τὰ πολλὰ reddidit *ad multa*. Sequentia vertit Plinius 11. s. 24. *sed vespae muscas grandiores venantur, et amputato iis capite, reliquum corpus auferunt.* Ceterum male ἀνθρῖναι dedit Camus.

ἡγεμόνας] Vulgatum singularem Medic. versio Gazae, Thomae et Alberti mutant in pluralem numerum; quanquam paulo postea est ὥσπερ ὁ τῶν σφηκῶν ἡγεμών, cum tamen plures sint crabronum ἡγεμόνες. Sed πλείους ἑνὸς ἡγεμόνες οὐ γίγνονται ἐν τοῖς σμήνεσι cum sequatur, nihil mutare ausus essem, nisi statim sequeretur οὗτοι.

2. ἀφεσμὸς] Plinius l. c. *Nec crabronum autem nec vesparum generi reges aut examina, sed subinde renouatur multitudo sobole:* ambiguis sane verbis! Versio Thomae pro αὐτοῦ μένουσι reddidit οὕτω μένουσι, et χοῦν interpretatur *puluerem*.

3. ἀνθρηνῶν] Albertus vertit: *Tempore autem, quando isti yribes emittunt turbam aliquam de nido suo, congregantur omnes iuuenes cum rectore suo iuxta aliquem locum, in quo sunt pascua sibi et potentia ex fructibus vel aliis rebus, et ibi faciunt nidum, et in nido illo apparet cera, eo quod cera in maiori parte eminet extra: et ponunt tunc semper in vno nido rectorem vnum: et cum creuerit ille rector iuuenis, exeunt et accipiunt yribes iuuenes, qui sunt de exercitu suo, et ponunt eum in quadam domo illius nidi cauantes plus et plus de terra cauantes.* Antea *yribeon* vocauerat ἀνθρῆνας. Vincentius *iribeon* habet ex Scoti versione.

συστραφεῖσαι πρός τινα ὕλην] Gaza vertit: *colligunt se ad aliquam arborem.* Scaliger: *conuersi ad aliquam materiam.* Longe aliter Thomas: *reuersae ad habitationem.* Igitur *ἀναστραφεῖσαι πρὸς τὴν οἰκίαν* vel similem scripturam reddidit. Vide dicta ad libri 5. cap. 20, 1. Deinceps vulgatum *ἐπιπολῆς ὄντα* ex Med. Canis. V. A. correxi. *conspicui apparent* vertit Gaza. Postea *ἕνα* post *ἡγεμόνα* inseruit Camus ex Medic. V. A. versione Thomae, Gazae et Alberti.

ἐπὰν αὐξηθῇ, ἐξελθὼν ἀπάγει λαβὼν] Vulgatum *ἐπὰν ἐξέλθῃ καὶ αὐξηθῇ, ἀπάγει λαβὼν* ex versione Thomae correxi, vbi est: *iste autem cum creuerit, egrediens abducit accipiens.* Gaza similiter: *qui cum adoleuerit, agmen abducit.* Albertus: *et cum creuerit ille rector iuuenis, exeunt et accipiunt yribes, iuuenes qui sunt* etc. Intempestivum Cami silentium miror.

ἐπισκεπτέον] Haud scio an ex accuratiore inuestigatione ducta sint illa, quae posuit de Generatione 3, 10. extremo: *περὶ δὲ τὴν γένεσιν τῶν συγγενῶν ζώων* (*αὐτοῖς* addit versio Thomae et Gazae), *οἷον ἀνθρηνῶν τε καὶ σφηκῶν, τρόπον τινὰ ἔχει παραπλησίως πᾶσιν· ἀφῄρηται δὲ τὸ περιττὸν εὐλόγως· οὐ γὰρ ἔχουσιν οὐδὲν θεῖον, ὥσπερ τὸ γένος τὸ τῶν μελιττῶν. Γεννῶσι μὲν γὰρ αἱ μῆτραι καλούμεναι, καὶ τὰ πρῶτα συμπλάττουσι τῶν κηρίων· ὀχευόμεναι δὲ γεννῶσιν ὑπ' ἀλλήλων· ὦπται γὰρ πολλάκις ὁ συνδυασμὸς αὐτῶν.* Sed haec omnia nihil nouae curae diligentiaeque felicioris habent.

CAPVT XXX. (vulgo XLIII.)

βομβύλιοι] Gazae *bombyces.* Pro *δυοῖν* versio Thomae *quatuor,* sed compendio scriptum habet. Albertus ita: *Est autem et aliud genus apium proprio carens nomine, quod quidam bestiola sonando volat in muris macris siue maceriis, et nidificat sub lapidibus, et super terram aliquando: et hoc potius est id quod atacum secundum genera sua*

nos supra vocauimus. Faciendo autem nidum facit sibi quasi duas habitationes, et in domibus suis inuenitur quasi principium quoddam mellis mali, quod non est adeo bonum, sicut mel apum, et est imperfectum: tamen in abvndantia aliquando inuenitur. De bombylio et re dictum supra ad 5, 21.

τενθρηδὼν] Ambr. τερθρηδών. Idem cum Edd. pr. deinceps τερθρήνιον habet. Versio Thomae *tenthidarum*, Gazae *teredo*. Alberti: *tabilidon — et simile est yribi. — est autem duri corporis et corii et habet latitudinem sicut apis, et multum appetit pisces coctos et condimenta, quibus pisces condiuntur, et illis se ingerit, ita quod etiam se in his permittit capi, antequam discedat.*

λίχνον δὲ] Versio Thomae ita: *similis api, accedens autem ad pulmenta et pisces et ad fructionem talem singulariter aduolat.* Legit igitur scriptum: ὅμοιον τῇ μελίττῃ· προσερχομένη δὲ πρὸς τὰ ὄψα καὶ τοὺς ἰχθῦς καὶ τὴν τ. ἀ. κ. προσπέτεται. Vulgatum scilicet καταπέταται correxi.

ὥσπερ καὶ οἱ σφῆκες] Med. ὥσπερ οἱ δρῆκες. *sicut vespa* versio Thomae. Deinceps πολύχουν Thomas interpretatur *multiformius*, Gaza *multiplex*. Scaliger: *teredinaria structura multis cellis constat.* Hesychius πολύχουν interpretatur πολυειδές, quam interpretationem male arripuit Thomas. Idem: πολύχους, πολυφόρος. Suidas et Photius similiter πολυφόρητον ἢ πολυειδές interpretantur. τενθρήνιον Thomae *enthrenium.* Postea τὸ τῶν σφηκῶν, addito articulo τὸ, dedi ex versione Thomae. Denique καὶ τὴν ἄλλην Medic. Vatic. Camo Thomas τὰ ἄλλα scriptum legisse videtur; sed is vulgatam fideliter reddidit, sed sequentia καὶ τὸν βίον omisit.

CAPVT XXXI. (vulgo XLIV.)

διαφορὰς] Versio Thomae *conuersationes* habet, quasi συμπεριφορὰς scriptum legisset. Idem post ἀγρίων additum ἠθῶν vertit: *ipsorum etiam sylvestrium morum.* De-

inde *μὴ πίνων* Medic. habet, contra *καὶ πεινῶν* scriptum vertit Thomas *saeuissimus est et esuriens, satiatus autem.* Aelianus H. A. 4, 34. *λιμώττων μὲν οὖν ὁ λέων ἐντυχεῖν χαλεπός ἐστι, κορεσθεὶς δὲ πρᾳότατος· φασὶ δὲ καὶ φιλοπαίστην εἶναι τηνικάδε αὐτόν.* Vnde suspiceris, eum h. l. scriptum legisse: *ὁ λέων ἐντυχεῖν μὲν χαλεπώτατός ἐστι πεινῶν, βεβρωκὼς δὲ πρᾳότατος.* Quam scripturam ipse praefero vulgatae, vbi *ἐν τῇ βρώσει* mira locutio Scaligero etiam visa est. Cf. idem Aelianus H. A. 5, 39. Plinius 8. s. 19. *leones satiati innoxii sunt.* Albertus: *Leo enim licet sit communicatiuus praedae et liberalis, quando est satur, tamen, quando est famelicus, est valde malus et asper et iracundus: quiescit autem, quasi mansuetus sit, quando comedit et quando non habet famem.*

τὸ ἦθος] Med. *τὸ εἶδος.* Sequens *πτήσσει conturbatur* vertit Thomas, *metuit* Gaza. *βάδην ὑποχωρεῖ sensim pedatimque discedit, crebro subsistens atque respectans,* Gaza: *passim recedit* Thomas, qui cum Regio *κατὰ σκέλος, βραχὺ ἐπιστρεφόμενος* vertit, quod et Camus dedit, qui in Med. etiam *καὶ* ante *κατὰ βραχὺ* deesse monet. Sylburgius *ὑποστρεφόμενος* malebat. Scaliger: *pedetentim cedit, et oblique et subinde sese conuertens.* In annotatione dictionem *κατὰ σκέλος* ita interpretatur: *quia vestigia posteriora non directa linea aut occupant aut sequuntur aut transiliunt priora; sed interiore aut exteriore linea feruntur: ita necesse est, vt oblique ambulent. Quare semper et prorsum et retro intuentur.*

ἐπιλάβηται δασέος] *Χωρίου* vel simile vocabulum intelligit Sylburg. Gaza vertit: *Nactus vero opaca.* Thomas: *si tamen occultetur arboribus:* qui diuersam lectionem secutus est. *δασέα* certe plurali numero scriptum habuit. Sequens *ὑπάγει βάδην* idem Thomas vertit *iterum ambulat passim*, Gaza *lente incedit.*

ψιλοῖς] Med. Ambr. *φύλλοις.* Versio Thomae *planis,* Gazae *locis nudis*, Scaligeri *in locis patentibus.* Sequens

κατατείνας Gaza vertit: *currit contentus.* Thomas: *fugit protensus.* Scaliger: *currit contento cursu.* Verba *εἰς φανερὸν* omisit versio Thomae, articulum ante *πλήθους* Camotiana. Postea vulgatum *συνεχῶς* ex versione Thomae et Gazae correxi. Ille enim ita: *Cursus autem continens — canis est extensus.* Hic vero: *cursusque eius continens vt canum intenditur.* Scaliger: *eius sane cursus continuatus atque porrectus est, sicut canum.*

ἐπιῤῥίπτει ἑαυτὸν] Gaza *insilit.* Scaliger *inicit sese.* Deinceps *ὅτι φοβεῖται μάλιστα* scriptum vertit Thomas. Sequens *καὶ* idem omisit, et in versu Homerico Iliadis XI, 553. et XVII, 663. vbi editum est: *καιόμεναί τε δεταὶ, τάς τε τρεῖ ἐ. περ,* habet: *lampades tres cito fugauerit:* vbi *tres* ex graeco *τρεῖ* ortum videtur. Medic. liber *καιόμεναί τι δᾶδαι τας τε τρεῖ,* dubia tamen scriptura postremi vocabuli, habet. Vatic. *καιόμεναι τε δέται τάς τε τρεῖς.* Reg. *καιόμεναι τε δαῖται τάς τε τρεῖ.*

Fugam leonis ita describit Aelianus H. A. 4, 34. *καὶ φύγοι δὲ οὐκ ἄν ποτε τὰ νῶτα τρέψας λέων, ἡσυχῇ δὲ ἐπὶ πόδα ἀναχωρεῖ, βλέπων ἀντίος καὶ ὑποβρυχων.* vbi vulgatum *ὑποβραχυ* iam olim Neueletus ad Aesopum p. 628. ex Codd. Palatinis in *ὑποβρύχων* mutauit. Ceterum Aelianus aliunde sua duxit. Nostrum locum reddidit Plinius 8. s. 19. *Illa nobilior animi significatio: quamlibet magna canum et venantium vrgente vi, contemptim restitansque cedit in campis et vbi spectari potest: idem vbi virgulta siluasque penetrauit, acerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco. Dum sequitur, insilit saltu, quo in fuga non vtitur.* Quid sit *κατὰ σκέλος βαδίζειν,* explicuit Philosophus supra 2, 1, 8. vbi vide adscripta. Scilicet *ὅτι οὐ προβαίνει τῷ ἀριστερῷ τὸ δεξιὸν, ἀλλ᾽ ἐπακολουθεῖ:* i. e. *cum sinister pes posterior dextrum anteriorem non transit, sed subsequitur, et consistit intra illud spatium.* Nescio an huc respexerit Hesychius, cum *πρόβατα* ita interpretatur: *τὰ τετράποδα, ἀπὸ τοῦ πρὸ τῆς βάσεως πρόβασιν ἔχειν*

ἑτέραν τῶν ἔμπροσθεν ποδῶν πρὸς τὰ ὀπίσθια. Contra Scaliger pedem sinistrum anteriorem cum dextro anteriore intellexisse videtur. Sed ingrediendo sinister posterior dextrum anteriorem sequitur, et plerumque transit posterior anterioris vestigium. Vide num Philosophus poetae locum in animo habuerit, vbi Aiacem lento gradu recedentem e pugna pingit et cum leone comparat Il. XI, 545. *τρέσσε δὲ παπτήνας ἐφ' ὁμίλου, θηρὶ ἐοικώς, ἐντροπαλιζόμενος, ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων.* vbi verbum *ἐντροπαλιζόμενος* interpretantur *κατ' ὀλίγον καὶ συνεχῶς ἐπιστρεφόμενος.* Diuersum est *ἐπὶ σκέλος πάλιν χωρεῖν* Euripidis Phoeniss. versu 1410. *ἐπὶ σκέλος ἀνάγειν* Aristophanis Auium versu 383. Hesychius *ἐπὶ σκέλος* interpretatur *εἰς τὰ ὀπίσω.*

2. *ἀφίησι πάλιν*] Plinius s. 19. *Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit et in quantalibet multitudine appetit. Eum vero, qui telum quidem miserit, sed tamen non vulnerauerit, correptum rotatumque sternit, non vulnerat.* Aelianus 5, 39. *τον γε μὴν βαλόντα μέν, οὐ τυχόντα δέ, τῇ ἴσῃ ἀμυνόμενος φοβεῖ μέν, λυπεῖ δὲ οὐδὲ ἕν.*

τὰς πόλεις ἔρχονται] De scripturae sinceritate dubitationem possit iniicere Aeliani locus 4, 34. *τοῦ γήρως δὲ ὑπαρχόμενος* (an *ὑπερχομένου?*) *καὶ ἐπὶ τὰ αὔλια ἔρχεται καὶ ἐπὶ τὰς καλύβας καὶ ἐπὶ τὰς οἰκήσεις τὰς τῶν νομέων τὰς ὑπάντρους, καὶ εἰκότως· ταῖς γὰρ ὀρείοις ἔτι θήραις ἐπιθαῤῥεῖν ἀδύνατός ἐστι.* vnde suspicari possis, Aelianum pro *πόλεις* scriptum legisse *ἐπαύλεις.* Albertus etiam: *quando senescunt et venari non possunt, inuadunt homines, et tunc vadunt ad villas et rapiunt pueros, eo quod dentes eorum iam sunt debilitati.* Sed vulgatam defendit locus Plinii s. 18. *Vitam iis longam docet argumento, quod plerique dentibus defecti reperiantur. Polybius Aemiliani comes in senecta hominem appeti ab iis refert, quoniam ad persequendas feras non superant. Tunc obsidere Africae*

urbes, eaque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione, quia ceteri metu poenae similis absterrerentur eadem noxa.

ἀδικοῦσιν] Versio Thomae: *persequuntur*. Sequens τι omisit eadem. Deinceps *καὶ γὰρ ὁ ληφθεὶς* scriptum reddidit. Postea *χρῶνται* reddidit *utuntur*. Denique vulgatum *ἂν συμπέσῃ* ex Medic. Reg. correxi. *συμπέσοι* malebat Sylb. *haud enim hoc accidere nisi longo tempore potuisse* vertit Gaza.

3. *τούτων δὲ τὸ μὲν*] Vulgatum *τούτων δ' ἐστὶ τὸ μὲν* ex versione Thomae correxi, et eodem auctore post *δειλότερον* adieci *ἐστι*. Contra Camus cum Med. Reg. copulam *καὶ* ante *δειλότερον* omisit. Deinde *εὔτριχον* ex Aldina, Med. Canis. Veneto, Vatic. Reg. versione Gazae dedit Camus. Plinius sect. 18. *Leonum duo genera: compactile et breue crispioribus iubis. Hos pauidiores esse, quam longos simplicique villo: eos contemptores vulnerum.* Aelianus 4, 34. *Ὅστις μὲν οὖν αὐτῶν ἐστὶ γυρότερος καὶ συνεστραμμένος καὶ τὴν χαίτην λασιώτερος, ἀθυμότερός τε καὶ ἀτολμότερος δοκεῖ μᾶλλον· ὁ δ' εἰς μῆκος εὐήκων καὶ εὐθυτενὴς τὴν τρίχα, ἀνδρειότερος πεπίστευται καὶ θυμοειδέστερος.* Aliter descripsit Oppianus Cyneg. 3, 20. sqq. Armenios et Parthicos leones ait esse collo et pectore iubato, capite magno, collo crassiore, superciliis magnis dependentibus, colore fuluo, imbelles; Arabiae vero felicis leones esse fortiores, similiter iubatos; Libycos contra colore ex caeruleo nigroque mixto, minus iubatos et fere depiles, omnium fortissimos. Recentiores ignorarunt hucusque hoc discrimen; suspiciones varias posui in annotatione ad Aelianum. Nuperrime demum duplex hoc genus explicare conatus est Gallus *Olivier* in Descriptione Itineris Tom. II. p. 698. versionis germanicae Vinariensis, vbi monet, genus alterum minus et sine iuba esse.

Καὶ φεύγουσι δὲ] Versio Thomae *καὶ* omisit. Sequens *κατατείναντες* Gaza vertit *demissa inter crura cauda* Albertus *demissis auriculis*. Sequens *ἀντιφράξαντα* Thomas vertit *contra obstruentem*. Pro *φεύγων* reddidit *fugit*. In

Med. R. A. est *ἀντιφράξαντα*, quod decepit Thomam; *ἀναφράξαντα* Aldina, Junt. Basil. habent. In Scuto Herculis versu 171. vbi pugna apri et leonis describitur, est *φρίσσον γε μὲν αὐχένας ἄμφω.*

εἰς τὰ κοῖλα] Vertit Thomas *interiora.* Gaza *parte ilium est contra ictus infirmus.* Ita etiam Scaliger. *interiora membra* Albertus. Deinceps *ἑλκύσῃ traxerit* vertit Thomas. Plinius 8. 19. *ex omni vulnere siue vngue impresso siue dente ater profluit sanguis. κυνόδηκτα ἕλκη morsus canini vlcera* vertit Gaza, *rabidi canis morsum* Scaliger cum Alberto, quem recte deseruit Camus.

4. *καὶ οἱ θῶες*] Copulam omisit Thomas. *Lupos cervarios* interpretatur Gaza. Albertus: *Est autem quoddam genus lupi, quod chabez vocat Aristoteles, Auicenna autem ipsum dicit vocari beruet.* Deinceps *καὶ τὸ χρῶμα* dedi suadente Sylburgio pro vulgato *τό τε χρῶμα.* Aelianus H. A. 12, 28. *οἱ δὲ θῶες, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, διὰ μὲν τοῦ θέρους εἰσὶ ψιλοὶ, δασεῖς δὲ διὰ τοῦ χειμῶνος.* De *φιλανθρωπίᾳ* animalis idem tradit 1, 7. Arrianus Indicorum p. 329. *ταύτας δὲ, ἅστινας καὶ ἡμεῖς ὀρέομεν καὶ τίγριας καλέομεν, θῶας εἶναι αἰόλους καὶ μείζονας ἤπερ τοὺς ἄλλους θῶας.* De thoibus noster supra 2, 17. 6, 35. et 9, 1. Oppianus Cyneg. 3, 336. thoas ex lupis patribus et pantheris (*πορδάλεσι*) matribus natos referre ait matres pelle varia, patres vero facie. Longam Galli, *Millin de Grandmaison,* disputationem de thoe veterum in Ephemeride: *Journal de Physique* Decemb. 1787. no. 5. propositam nondum legi.

CAPVT XXXII. (vulgo XLV.)

βόνασσος] Ambr. *βόνασος*, vt Gazae versio, quae deinceps *Messapo* habet. *Μεσαπίου φύλακες* sunt in Aeschyli Agam. versu 308. qui mons versus Euripum situs, de quo Strabo 9. p. 414. Siebenk. De Messapo monte plura dabit Heyne Excursu VIII. ad Aeneid. VII. pag. 171. seqq.

Versio Thomae *Besano monte* habet et *Medorum regionem*, postea *Menapon*. *Mediae terrae* Gazae versio et *monapios* habet. Edd. pr. cum Mediceo libro *Μηδικὴν* habent. Antigonus c. 58. hinc excerpsit: *τὸν δὲ μόνωπον γίνεσθαι μέν φασιν ἐν Παιονίᾳ ἐν τῷ ὄρει Μαρσάνῳ*. Auctor *θαυμασίων* cap. 1. *Ἐν τῇ Παιονίᾳ φασὶν ἐν τῷ ὄρει τῷ Ἡσαίῳ καλουμένῳ, ὃ τὴν Παιονικὴν καὶ τὴν Μαιδικὴν ὁρίζει, εἶναί τι θηρίον, τὸ καλούμενον βόλινθον, ὑπὸ δὲ τῶν Παιόνων μόνεπον τοῦτο λέγεσθαι.* ad quem locum Sylburgius monuit *Μαιδικὴν* rectius scribi. Aelianus H. A. 7, 3. *Ζῶόν ἐστι Παιονικὸν, καὶ κέκληται μόνωψ, καὶ ἔοικε ταύρῳ λασίῳ τὸ μέγεθος.* Noster de Partibus 3, 2. *τοῖς δὲ βονάσοις (καὶ γὰρ τούτοις γαμψὰ τὰ κέρατα πέφυκε πρὸς ἄλληλα) τὴν τοῦ περισσώματος ἄφεσιν (δέδωκεν ἡ φύσις)· τούτῳ γὰρ ἀμύνεται.* vbi versio Thomae *bonnasis*, Gazae *bonasis* habet. Albertus h. l. ita: *Aristoteles autem vocat hoc animal bonoceuz, quod quidam latinorum bonaeum vocant. Dicit autem Aristoteles, quod hoc animal habitat in cohonia regione in monte, qui dicitur moscheon, qui mons est magnus protensus iuxta ciuitates madekyn et catakyn, homines autem, qui a colore corporis dicuntur kyanon, eo quod iuxta ethiopiam habitant, vocant montem hunc monachon.*

ὀγκωδέστερον] Gaza vertit *corpore latiore*, Scaliger *crassior*, Albertus *magis corpulenta et magis obesas carnes habentia*. Auctor *θαυμασίων*: *τὴν μὲν ὅλην φύσιν παραπλήσιον εἶναι τῷ βοΐ, διαφέρειν δὲ τῷ μεγέθει καὶ τῇ εὐρωστίᾳ, προσέτι δὲ καὶ τῇ χαίτῃ.*

ἑπτακλινον] Gaza: *tergus distentum eius locum septem accubantium occupat.* Scaliger: *eius corium distentum capit quantum satis est septem conuiuis.* Albertus haec omisit. Auctor *θαυμασίων*: *ὅταν δὲ ἐκδαρῇ τὸ δέρμα, κατέχειν τόπον ὀκτακλίνου.* de quo loco disputauit C. Gesner. pag. 147.

μέχρι τῆς ἀκρωμίας] Auctor *θαυμασ.*: *ἔχει γὰρ ἀπὸ τοῦ*

αὐχένος ὥσπερ ὁ ἵππος κατατείνουσαν βαθεῖαν σφόδρα, καὶ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἕως τῶν ὀφθαλμῶν. Plinius 8. s. 16. *tradunt in Paeonia feram, quae bonasus vocetur, equina iuba, cetera tauro similem, cornibus ita in se flexis, vt non sint vtilia pugnae.* Sequens *προσεσταλμένη* Thomas vertit *adstans magis.* Gaza *compositiore.* Scaliger *demissior.* Albertus *pili molliores et breuiores.* Scaligerum sequitur Camus. Statim vero *βαθεῖα* Gazae *prolixa,* Scaligero *longus crinis,* Alberto *crines continui.* *ξανθὸν* Gazae *flauum,* item Scaligero, *declinat ad rubedinem* Alberto: rectius Camus *fauve.*

παρῶαι] Med. Canis. *παρίαι.* Hesychius tamen: *παρωός, εἶδός τι πυῤῥοῦ χρώματος ἵππου.* Idem: *παρωάς. παρωαὶ λέγονται ἵπποι τινὲς τὸ χρῶμα πυῤῥοί.* ad quem Alberti comparauit locum Photii MS.: *παρῶαι ἵπποι, μεταξὺ τεφροῦ καὶ πυῤῥοῦ χρώματος.* Versio Thomae *pariae* habet, *parios* Gazae: *inter rubeum et colorem, quem medici karapon vocant, et non est omnino sicut color pilorum equi, quem furo dicunt siue rubeum. Inferiores autem in ventre existentes pili eius assimilantur lanae.* Equorum *παρώων* colorem spadiceum esse putabat Scaliger. *des chevaux alezans* posuit Camus. C. Gesner p. 146. negationem tollendam censuit, vt comparatio cum equis *παρώαις* instituta sit perfecta, et squalore tantum circumscribatur. Sed virum doctum turbasse videtur lectio vulgata *ἀλλ᾽ αὐχμηροτέραν τὴν τρίχα κατωθεν ἐριώδη,* quae sensum miro modo impedit. Equidem *αὐχμηρότερον· τὴν τρίχα δὲ τὴν κάτωθεν* scripsi, vt pilus ventris et inferiorum partium intelligatur, vt recte vertit Albertus. *in aliis partibus* dixit Thomas pro *κάτωθεν.* Scaliger: *color — sed squallidior atque subtus lanaceus:* omissa mentione pili. Scilicet *χαίτην* Philosophus vocat etiam *τρίχωμα* eiusque colorem primo loco annotat; deinde reliqui corporis et pili colorem indicat, *τρίχα* vocans. A vero proxime abest Cami versio:

leur poil est plus sale, dans les parties basses il approche de la laine.

2. *φωνὴν δ' ὁμοίαν*] Versio Thomae *οὐχ ὁμοίαν* reddidit. Omisit Albertus totum hoc membrum, vt auctor *θαυμασίων*. Deinceps *ἔχει δὲ καὶ κέρατα* reddidit Thomas *habet autem et cornuà. σπιθαμιαῖα* vertit *palmae*, Gaza *palmari magnitudine*. Deinceps *ἀμύνασθαι* Juntina habet. Sequens *ἡμίχου* vulgato *ἡμίχουν* ex coniectura Sylburgii substitui. Pro *ὥστε* ex Med. Vat. *ὥσπερ* dedit Camus, qui inter *χωρῆσαι* et *ἔλαττον* interpunxit, retento *ἡμίχουν* vitioso. *semikoa* habet versio Thomae. Auctor *θαυμασίων* ita: *τὰ δὲ κέρατα οὐχ ὥσπερ οἱ βόες, ἀλλὰ κατεστραμμένα καὶ τὸ ὀξὺ κατω παρὰ τὰ ὦτα· χωρεῖν δ' αὐτὰ ἡμιχόου πλεῖον ἑκάτερον αὐτῶν.*

καὶ λιπαρὰ] Med. Reg. *αἱ παρὰ*, Canis. *ἡ παρά*. Versio Gazae: *nigritie proba*. Thomae: *nigredo autem bona et quae a cornu. Anterior autem coma. προκόμιον* Gazae *antiae* dicitur, vocabulo Tertullianeo: alias *capronae* vocantur. Auctor *θαυμασίων* de cornu: *καὶ μέλανα σφόδρα εἶναι, διαστίλβειν δὲ ὡσανεὶ λελιπασμένα*. vbi vulgo *λελεπισμένα* male legitur, vt animaduertit C. Gesner.

παρορᾶν] Aldina, Codd. et Canis. *παρορμᾶν*. Gaza etiam: *vt in latus potius quam ante pendeant*. Scaliger *propendere* dixit. Verum expressit Thomas. Albertus ita: *pili autem, qui sunt supra frontem eius, descendunt vsque ad medium frontis, vbi fit in centro quaedam discrinatio, sicut fit in vertice hominis.*

κερατοφόρων] Versio Thomae *δικεράτων bicornutorum* reddidit. Ecce Antigonus: *ὀδόντας δὲ τοὺς ἄνωθεν οὐκ ἔχειν, ὥσπερ βοῦν, οὐδ' ἄλλο τῶν δικεράτων οὐδέν· καὶ τἄλλα προσεμφερὴς εἶναι τῷ ταύρῳ.* Deinceps *σκέλεα δ' οὐ δασέα* videtur Scotus scriptum legisse. Albertus enim habet: *neque habet crura multorum pilorum*. Contra Thomas: *skelea autem breuia*. Is igitur *βραχέα* scriptum legit in suo

libro. Postea *δίχαλον* Juntina et Camot. habent cum Med. R. A.

καὶ ὀρύττει] Haec omisit versio Thomae. *et cauat et percutit terram sicut equus, et erigit caput suum sicut taurus* Albertus. Deinceps verba *ὥσπερ ταῦρος* omisit Reg. et Ambr. Verba *ἔστι δὲ ἡδυκρέων* repetiit, sed alieno loco posita, auctor *θαυμασίων*.

3. *πληγῇ*] Haec verbotenus repetiit auctor *θαυμασίων* ita: *ἡνίκα δὲ πληγῇ, φεύγει, κἂν ἐξαδυνατῇ, μένει· ἀμύνεται δὲ λακτίζον — εἶναι ὡς ἐπὶ τέτταρας ὀργυιάς.* Male Albertus: *cum autem percutitur hoc genus, fugit et quiescit absconditum, si latere potest. Cum vero debilitatur, pugnat et contra venatorem eiicit stercus ad quatuor passus. Soluitur enim ex timore, et tunc abundat stercore.* Verumtamen additamentum illud, *Soluitur enim ex metu*, velim repertum in libro aliquo. Certe intelligere ita debemus narrationem, alias haud valde probabilem. Auctor *θαυμασίων*: *ῥαδίως δὲ χρῆται τούτῳ πολλάκις τῷ εἴδει.* vbi *καὶ πολλάκις* scribendum esse monuit Heyne. *ὀργυιὰς* Thomas *brachia* vertit.

καὶ ἐπικαίει] Auctor *θαυμ.* additum *δὲ* habet. Deinceps veterum Edd. *ἀποψύχεσθαι* Scaliger in *ἀποψιλοῦσθαι* mutabat; verum ex auctore *θαυμ.* restituit Sylburg. Versio Gazae *absumantur*, Thomae *calefaciat* habet. Aelianus: *Οὗτος οὖν, ὃν μόνωπα καλοῦσιν οἱ Παίονες, ὅταν διώκηται, ταραττόμενος ἀφίησι πυρῶδες καὶ δριμὺ ἀποπάτημα, ὡς ἀκούω, ὁπεροῦν, εἰ προσπέσοι τῳ τῶν θηρατῶν, ἀπέκτεινεν αὐτόν.* Vides primum gradum corruptelae factum ab Aeliano in narranda historia. Auctor *θαυμασίων* verbotenus repetiit, sed in postremis *ἀταράχου δὲ μὴ ἐπικαίειν* posuit. Antigonus ita: *διωκόμενον δὲ προσαφοδεύειν πόῤῥωθεν, καὶ τὴν κόπρον, ὅταν πεφοβημένος τοῦτο ποιήσῃ, ἐπικάειν οὕτως, ὥστε τὰς τρίχας ἀποῤῥεῖν τῶν κτηνῶν· ἂν δ᾽ ἄνευ φόβου τοῦτο ποιήσῃ, οὐδὲν πάσχειν οὐδὲ βλάπτεσθαι.*

ὅταν — τίκτειν] Breuius auctor θαυμασίων: ὅταν δὲ τίκτωσι, πλείους γινόμενοι καὶ συναχθέντες ἅμα πάντες οἱ μέγιστοι τίκτουσι, καὶ κύκλῳ προσαφοδεύουσι· πολὺ γάρ τι τούτου τοῦ περιττώματος τὸ θηρίον προΐεται. Hinc patet etiam, cur non secutus Camum πολὺ τὸ πλῆθος ex Vat. Ambr. scripserim, nec τούτου auctore Med. resecuerim. περίβολον Gaza *vallum*, Scaliger *munimentum* vertit. Rem ipsam licebit ita interpretari, vti de ceruis, capreolis et damis narrauit Mellin in libro: *Schriften der Berliner Gesellschaft* Tom. II. p. 201. hoc genus animalium semper deponere excrementa, antequam pastum exeant, in cubili, si non fuerint turbata.

CAPVT XXXIII. (vulgo XLVI.)

εὐαίσθητον] Med. εὐαναίσθητον. V. R. A. εὐσυναίσθητον praeferebat Camus. Gaza vertit: *valet sensu et reliqua sagacitate*. Scaliger: *sensuum et ceterae intellectionis vi praestat*. Ceterum Aelianus H. A. 13, 22. ex Hecataeo Milesio: τὸν Ἰνδῶν βασιλέα προϊόντα ἐπὶ δίκαις προσκυνεῖ ὁ ἐλέφας πρῶτος, δεδιδαγμένος τοῦτο.

ὃ δ' ἂν — ἅπτεται] Haec sine mentione elephantis bonasi historiae subiunxit excerpta Antigonus c. 58. vt recte monuit Jo. Beckmann. Supra 5, 12, 14. erat: ὃν δ' ἂν ἔγκυμονα ποιήσῃ, τούτου πάλιν οὐχ ἅπτεται. vbi ex versione Thomae ἣν — ταύτης scripsi. Vide ibi adscripta. Albertus: *tamen non appropinquat impregnatae, nec femina impregnata sustinet coitum maris, quamdiu est impregnata.*

ἀκμάζειν δὲ] Plinius 8. s. 10. *viuere ducentis annis, et quosdam trecentis. Iuuenta eorum a sexagesimo incipit. Gaudent amnibus maxime et circa fluuios vagantur, cum alioquin nare propter magnitudinem corporis non possint. Iidem frigoris impatientes.* De aetate aliter supra libro 8, 12. Aelianus H. A. 4, 31. ἀκμὴ δ' ἐλέφαντος ἑξακονταετῆ γεγονέναι· κρυμῷ δὲ ὁμιλεῖν ἥκιστός ἐστι· διατείνει δὲ τὸν

βίον καὶ εἰς διπλῆν ἑκατοντάδα. Albertus: *viuunt per C annos, et aliorum opinio est, quod periodus eius est CXX annorum et tunc destitutione virium et complexionis sentit frigus in hyeme et ventos frigidos.*

παραποτάμιον] Noster de Partibus 2, 16. *τὴν γὰρ φύσιν ἑλῶδές ἅμα τὸ ζῶόν ἐστι καὶ πεζόν· ὥστ' ἐπεὶ τὴν τροφὴν ἐξ ὑγροῦ συνέβαινεν ἔχειν,* (*συμβαίνει* reddidit Thomas) *ἀναπνεῖν δ'* (*δὲ* omisit Thomas) *ἀναγκαῖον, πεζὸν* (*agreste* Thomas vertit) *ὂν καὶ ἔναιμον, καὶ μὴ ταχεῖαν ποιεῖσθαι τὴν μεταβολὴν ἐκ τοῦ ὑγροῦ πρὸς τὸ ξηρὸν — τὸ γὰρ μέγεθος ὂν ὑπερβάλλον, ἀναγκαῖον ὁμοίως ἦν χρῆσθαι τῷ ὑγρῷ, ὥσπερ καὶ τῇ γῇ. Οἷον οὖν τῶν κολυμβητῶν ἔνιοι πρὸς τὴν ἀναπνοὴν ὄργανα πορίζονται, ἵνα πολὺν χρόνον ἐν τῇ θαλάσσῃ μένοντες ἕλκωσιν ἔξωθεν τοῦ ὑγροῦ διὰ τοῦ ὀργάνου τὸν ἀέρα, τοιοῦτον ἡ φύσις τὸ τοῦ μυκτῆρος μέγεθος ἐποίησε τοῖς ἐλέφασι. Διόπερ ἀναπνέουσιν ἄραντες ἄνω διὰ τοῦ ὕδατος τὸν μυκτῆρα, ἄν ποτε ποιῶνται δι' ὑγροῦ τὴν πορείαν.* Aelianus H. A. 4, 24. de Indis: *εἰς δὲ τὰ ἕλη φοιτῶντες τὰ γειτνιῶντα τῷ ποταμῷ — λαμβάνουσιν αὐτῶν τὰ βρέφη. Ἀσπάζεται γὰρ ὁ ἐλέφας τὰ ἔνδροσα χωρία καὶ μαλακὰ καὶ φιλεῖ τὸ ὕδωρ — καί, ὡς ἂν εἴποις, ἕλειός ἐστι.*

ἕως ἂν ὁ μυκτὴρ ὑπερέχῃ] Versio Thomae *ὥσπερ μυκτὴρ* scriptum reddidit. Vulgatum deinceps *ὑπερέχει* ex R. A. correxit Camus, monente Sylburgio.

νεῖν δ' οὐ πάνυ] Aelianus H. A. 7, 15. *ποταμὸν ἐλέφαντες διέρχονται, οἱ μὲν ἔτι νέοι διανηχόμενοι, οἱ δ' ἤδη τέλειοι, καὶ εἰ καλύπτοιντο ὑπὸ τοῦ ῥεύματος, ἀνέχουσι μέντοι τὰς προβοσκίδας ὑπὲρ τὸ ὕδωρ, τὰ δ' ἀρτιγενῆ πῶλια ἐπὶ τῶν ὀδόντων ἢ κεράτων φέρουσιν αἱ μητέρες.*

CAPVT XXXIV. (vulgo XLVII.)

ἐπειδὴ οὐκ ἦν ὀχεῖον] Gaza: *cum admissarius non haberetur.* Contra Thomas *quum nolebat coire.* Igitur scriptum legit *ἐπειδὴ οὐκ ἤθελεν ὀχεύειν.* Sequentia ita vertit Gaza:

qui dum coiret, delapso operimento agnouit matrem, et quamuis coitum absoluerit: vnde Sylburg ad verbum *ἀπέπεσε* intelligebat *τὸ κάλυμμα.* Praeterea *ὀχεύοντος* Gazam legisse monebat Scaliger. Contra Thomas: *vt autem post coitum descendit, cognouit tunc quidem, cum qua coïerat.* Igitur scriptum legit: *ὡς δ' ὀχεύσας ἀπέβη, τότε μὲν συνῆκε, σὺν ᾗ ἀπετέλεσε τὴν συνουσίαν.* Albertus: *et cum incepisset coire cum matre, antequam compleretur coitus, descendit, et conuertens se ad auctorem huius sceleris, mordendo interfecit eum.* Auctor Mirabilium cap. 2. totum hunc locum ita exscripsit: *τοὺς ἐν Ἀραβίᾳ καμήλους μὴ ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς μητέρας, ἀλλὰ κἂν βιάσηταί τις, οὐ θέλουσι· καὶ γάρ ποτε λέγεται, ἐπεὶ οὐκ ἦν ὀχεῖον, τὸν ἐπιμελητὴν καλύψαντα ἐφεῖναι τὸν πῶλον· ὡς δ' ὀχεύων ἐπέβη, τότε μὲν, ὡς ἔοικε, συνετέλεσε, μικρῷ δὲ ὕστερον δακνων τὸν καμηλίτην ἀπέκτεινεν.* vbi Juntina et Camotiana *ἀφεῖναι* habent, quod item in nostro loco habent Edd. pr. vbi est *ἀφῆκε.* Deinde ibidem est *ὀχεύοντος ἐπέβη.* De varietate lectionis ne verbulum quidem Camus ad h. l. adiecit, nec ad alterum locum Jo. Beckmann. Aelianus H. A. 3, 47. *ὁ γὰρ νομεὺς τῆς ἀγέλης κατακαλύψας τὸν θῆλυν — καὶ ἀποκρύψας πάντα πλὴν τῶν ἄρθρων, τὸν παῖδα ἐπάγει τῇ μητρὶ, καὶ ἐκεῖνος λάθριος ὑπὸ ὁρμῆς τῆς πρὸς μῖξιν ἔδρασε τὸ ἔργον, καὶ συνῆκε· καὶ τον μὲν αἴτιον τῆς ὁμιλίας οἱ τῆς ἐκθέσμου δακνων καὶ πατῶν καὶ τοῖς γόνασι παίων ἀπέκτεινεν ἀλγεινότατα, ἑαυτὸν δὲ κατεκρήμνισεν.* In tanta scripturae varietate difficile est iudicium; omnium tamen minime placet ea, quam secutus est auctor Mirabilium. Cum Thoma conuenit Alberto. Pro *καμηλίτην* Canis. *τὴν κάμηλον* habet.

τῷ Σκυθῶν βασιλεῖ] Versio Thomae simpliciter habet *apud Scythas. γενναίαν* Aelianus H. A. 4, 7. *σπουδαίαν πᾶσαν ἀρετὴν* vocat. Deinceps *τοῦτον* ex Reg. Ambr. dedit Camus. *τούτων τὸν ἄριστον* coniecit Sylburg, *τούτων οὖν τὸν ἄριστον* Casaubonus. Antigonus cap. 59. *τῷ δὲ*

Σκυθῶν βασιλεῖ ἵππον φασὶ γενναίαν γενέσθαι· ταύτῃ τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα πῶλον προσάγειν, ἵνα ὀχεύσῃ· τὸν δ' οὐ θέλειν· ὡς δὲ περικαλύψαντες προσήγαγον τὸν ἵππον, ἀναβῆναι· ἀποκαλυφθείσης δὲ, ἰδόντα τὸ πρόσωπον, φεύγειν καὶ κατακρημνίσαι ἑαυτόν. Casauboni ratio mihi vnice placet.

τὸν δ' οὐκ ἐθέλειν] Versio Thomae *sed noluit* reddidit scripturam: *ἀλλ' οὐκ ἤθελε.* Eadem deinceps *περικαλυφθεῖσαν δὲ λαθὼν ἀνέβη* scriptum reddidit: *coopertam autem ignoranter adscendit.* Vatic. *λαθόντος* habet; forte *λαθόντως* scriptum reddidit Thomas, qui sequentia vertit: *videns equus fugit et se ipsum proiicit per praecipitia.* Igitur *ἰδὼν ὁ ἵππος φεύγει καὶ ῥίπτει* scriptum legit. Denique *κατὰ τὸν κρημνὸν* habet Vatic. Hierocles in Hippiatricis pag. 173. laudato Aristotele: *φησὶ γοῦν ἱπποφορβὸν ἕνα τῶν ἵππων ἐπαγαγεῖν τῇ μητρὶ καλύψαντα αὐτὴν ἀκριβῶς, καὶ λαθεῖν σπουδάσαντα τὸν δὲ μιχθῆναι μὲν ὑπ' ἀγνοίας ὀρεχθέντα, γνόντα δέ πως ἐν ὑστέρῳ κατὰ κρημνῶν ἀποτόμων ἑαυτὸν ἐπαφεῖναι, οὐκ ἐνεγκόντα ζῆν ἐπὶ τοιούτῳ δυσσεβήματι.* Plinius 8. s. 64. *Alium* (equum) *detracto oculorum operimento et cognito cum matre coitu petiisse praerupta atque exanimatum. Equae eadem ex causa in Reatino agro laceratum perorigam inuenimus.* Plinius geminauit narrationem et Reatino agro adscripsit alteram, quae ex ingenio eius vel potius negligentia ortum habet. Ecce enim Varro R. R. 2, 7, 9. *Tametsi incredibile, quod vsu venit, memoriae mandandum. Cum equus, matrem vt saliret, adduci non posset, et eum capite obuoluto peroriga adduxisset et coegisset matrem inire, cum descendenti demsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum ac mordicus interfecit.* Varro ipse historiam equi Scythici cum camelo confudisse videtur; operimentum addidit capiti equi, cum Philosophus equam absconderit.

CAPVT XXXV. (vulgo XLVIII.)

ὁ ἁλιεὺς ἀφῆκε] Plinius 9. sect. 10. *Capto a rege Cariae alligatoque in portu, ingens reliquorum conuenit multitudo, moestitia quadam, quae posset intelligi, miserationem petens; donec dimitti rex eum iussit. Quin et paruos semper aliquis grandior comitatur, vt custos: conspectique iam sunt defunctum portantes, ne laceraretur a belluis.* Vides Plinium ridiculo errore *regem* nominare, vbi Philosophus ὁ ἁλιεύς, quasi ὁ βασιλεύς scriptum legisset. Antigonus cap. 60. τῶν θαλαττίων δὲ ζώων ἡμερώτατον εἶναι δελφῖνα· καὶ γὰρ πρὸς παῖδας ἐρωτικῶς ἔχειν, οἷον περὶ Τάραντα καὶ Καρίαν καὶ ἄλλους τόπους πολλούς· ἐν δὲ Καρίᾳ δεθέντος δελφῖνος καὶ τραύματα λαβόντος πολλά, παραγενέσθαι πολλοὺς ἐπὶ βοήθειαν εἰς τὸν λιμένα, ἕως ἀφῆκεν ὁ ἁλιεύς. Peruertit Aelianus H. A. 11, 12. narrationem ita: Λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ὅτι καί, ἂν ἁλῷ καὶ δεθῇ εἷς ἐν τῇ σκάφῃ, πολλοὶ περινήχονται δελφῖνες τὴν ἁλιάδα, καὶ ἐς τοσοῦτον πηδῶσί τε καὶ σκιρτῶσι δίκην ἱκετῶν, ἔστε παθεῖν τι τοὺς ἁλιέας, καὶ οἰκτεῖραι μὲν τὸν δεσμώτην, εἶξαι δὲ τοῖς δεομένοις καὶ ἀπολῦσαι αὐτοῖς τὸν ᾑρημένον. Idem 12, 6. alteram historiam ita narrauit: τὸν γοῦν ἑαυτῶν τεθνεῶτα ὑποδύντες εἶτα μέντοι κομίζουσι φοράδην ἐς τὴν γῆν, τοῖς ἀνθρώποις πιστεύοντες θάψαι. καὶ Ἀριστοτέλης μαρτυρεῖ τούτῳ· ἔπειτα δὲ πλῆθος ἕτερον, οἱονεὶ τιμῶντες ἢ καί, νὴ Δία, ὑπερμαχοῦντες, μή ποτε ἄλλο κῆτος ἐπιδράμῃ καὶ τὸν νεκρὸν ἁρπάσαν εἶτα καταδαίσηται.

2. καὶ ὑπεράλλονται δὲ] Vatic. ὑπερβάλλονται, quod habet etiam Laemariana. Deinceps ὑποφεύγῃ vulgato ἀποφεύγῃ substitui ex versione Thomae, vbi est *suffugiat*. Postea μικρὰ habet Med. ὥσπερ omisit versio Thomae. Gaza male vertit κατέχοντες τὸ πνεῦμα *retinent sese*, deinde συστρέψαντες ἑαυτοὺς *conuersique feruntur*. Male etiam Scaliger: *spiritum continent, putantes rationem iti-*

neris, quo reuertantur. Ac sagittae feruntur celeritate, dum student transmittere spatium, vt respirare queant. Plinius 11. sect. 7. *velocissimum omnium animalium, non solum marinorum, est delphinus: ocyor volucre, acrior telo.— Nam cum fame conciti fugientem in vada ima persecuti piscem diutius spiritum continuere, vt arcu emissi ad respirandum emicant, tantaque vi exsiliunt, vt plerumque vela nauium transuolent.* Locum nostrum ita excerpsit Aelianus H. A. 12, 12. *ὀξύτατος δ' ἦν ἄρα καὶ ἀλτικώτατος ἰχθύων ὁ δελφὶς, ἀλλὰ καὶ τῶν χερσαίων ἁπάντων· ὑπερπηδᾷ γοῦν καὶ ναῦν, ὡς Ἀριστοτέλης λέγει, καὶ τήν γε αἰτίαν πειρᾶται προστιθέναι, καί ἐστιν αὕτη. Συνέχει τὸ πνεῦμα, ὥσπεροῦν καὶ οἱ ὑφυδροι κολυμβηταί· καὶ γάρ τοι καὶ ἐκεῖνοι καὶ οὗτοι συντείναντες ἔνδον τὸ πνεῦμα ὥσπεροῦν νευρὰν, εἶτα τὸ σῶμα ὡς βέλος ἀφιᾶσι· τὸ δὲ θλιβόμενον, φησὶν, ἔνδον ὠθεῖται καὶ ἐξακοντίζει αὐτούς.* Causae dimidium reddidit, alteram partem omisit latentem in verbo *συστρέψαντες ἑαυτοὺς*, quod Aelianus male mutauit in *συντείναντες τὸ πνεῦμα.* Communem Aeliani omniumque Aristotelis interpretum errorem notaui in Annotatione ad Hunteri Descriptionem Balaenarum germanice versam pag. 207. Plinius 11. s. 70. vbi vrinantium periculum a caniculis narrat: *ac saepe iam subducti, e manibus* (sociorum trahentium) *auferuntur, si non trahentium opem conglobato corpore in pilae modum ipsi adiuuere.* videtur graecum *συστρέψαντες ἑαυτοὺς* expressisse.

τῇ ταχυτῆτι τὸ μῆκος διελθεῖν βουλόμενοι] Gaza vertit: *vt celeritate opportuna longo transmisso itinere ad locum spirandi deueniant.* Longe aliter Thomas: *velocissimum, volentes longitudine pertransire ad respirationem.* Legit igitur *ταχύτατοι* scriptum. Sequens *ὑπεράλλονται* cum Sylburgio et Casaubono Camus praetulit vulgato *ὑπερβάλλονται*, quod habet Vatic. *supersaltant* versio Thomae. Si comparationem teli continuare voluisset Philosophus, quod putabat Scaliger, *ὑπερβάλλουσι* dixisset. Postea vulgatum

ἐὰν παρατύχωσι τῶν πλοίων ex Med. Canis. Vat. correxit Camus. *nauigiorum quae forte affluerint.* Gaza: *si incidenter alit⁹ euenerit nauis.* Ita per compendium scripta versio consentit cum scriptura vera.

κατὰ συζυγίας] Plinius 11. sect. 7. *Vagantur fere coniugia:* vbi antea edebatur *agunt fere coniugia.* Pergit Plinius: *solent in terram erumpere incerta de causa: nec statim tellure tacta moriuntur, multoque ocyus fistula clausa.* Deinceps verba *ὅταν τύχωσι* Scaliger vertit *nullo discrimine locorum.* Hoc esset *ὅπου ἂν τύχωσι.* Illud vero est *nullo discrimine temporum.* Gaza omisit reddere. Causam Aristoteli ignotam reddere conatus est Pancrates Arcas apud Athenaeum 7. pag. 283. qui pompilum ait a delphino non impune deuorari: *ἀχρεῖος οὖν γίνεται καὶ σφαδάζων, ἐπειδὰν φάγῃ, καὶ ἐπὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἐκκυμανθεὶς, βορὰ γίνεται αἰθυίαις τε καὶ λάροις.* quae cum deriuaret in hortulos suos Aelianus H. A. 15, 23. pro *αἰθυίαις* posuit *κορώναις ἐναλίαις.* Quod vero delphinis accidere ait Philosophus, idem reliquis fere omnibus cetaceis certo quodam anni tempore, dum in alienas regiones migrant, accidere hodie constat; et plurimi fere cetacei pisces, quorum accuratam notitiam habemus, in manus hominum inciderunt, postquam in vada marina impacti haeserant et perierant. Causam etiamnum ignoramus.

CAPVT XXXVI. (vulgo XLIX.)

ὥσπερ δὲ] Vulgatum *ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ πάθη κατὰ τὰς πράξεις* ex Med. Canis. R. A. correxit Camus, praeeunte Gaza et Casaubono. Ille enim vertit: *Sed vt quaeque animalia pro suis affectibus agere, sic pro suis quoque actionibus affici immutarique moribus solent.* Contra Thomas: *Sicut autem mores et operationes accidit fieri.* Idem *κατὰ* ante *τὰς πράξεις* altero in membro iterum mutauit in *καί.* In vulgata scriptura *ὥσπερ γὰρ καὶ πάθη* omisso *τὰ* habet Juntina et Camotiana.

ὅταν νικήσωσι] Albertus: *Gallinae enim impugnant aliquando gallos iuuenes, et cum vicerint eos, erigunt caudam et pectus ad modum gallorum, et aliquando adscendunt super eos.* Deinceps τό τε κάλλιον Med. R. A. habent, et similiter versio Thomae: *et *c decentius erigunt.* Aelius Dionysius apud Eustathium ad Iliad. pag. 1383. ed. Basil. κάλλαια οὐ μόνον οἱ πώγωνες τῶν ἀλεκτρυόνων, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῇ αὐτῶν οὐρᾷ πτερά.

ὥστε μὴ ῥαδίως] Versio Thomae ῥᾴδιον reddidit, *vt non sit facile.* Sequentia ita ex Medic. et Vatic. distinxit Camus: ὅτι θήλειαι ἔνιαί εἰσιν· ἐνίοτε δὲ καί. Postea δὲ post ἤδη inseruit primus Sylburg. Denique αὐτοὶ αὐτοῖς περὶ τοὺς νεοττοὺς M. V. A. scriptum habent. Ferri posset, si esset ἀπολομένης τῆς θηλείας αὐτοῖς, αὐτοὶ π. τ. ν. Verba τὴν τῆς θηλείας ex Camotiana inseruit Sylburg. quae desunt etiam in V. A. πονούμενοι est in Ambr.

περιάγοντες] Versio Thomae *reducentes*, igitur ἀνάγοντες reddidit. Sequens θηλυδρίαι Thomas *gallinaceae* vertit. Ausonius Epigrammate 69. refert Vallebanae pauum in pauam mutatum fuisse: *pauaque de pauo constitit ante oculos.* Hunter in Philosoph. Transact. Vol. 70. p. 534. *Of the appearance of the change of sex in Lady Tynte's peahen*, exemplum contrarium pauae in pauum mutatae narrauit, et eius mutationis causam reddere conatus est. Inter ostenta in Italia facta Liuius 41, 6. habet *gallinam in gallum*, et *gallum in gallinam versum.*

Quae vulgo sequuntur in Philosopho hinc vsque ad initium capitis sequentis, in libris scriptis Medic. V. R. et in versione Thomae omissa et transposita post caput vltimum libri huius leguntur. Ibi vero primo loco repetuntur haec ita, vti Camus ea cum Codd. edidit, cum vulgo hic sequerentur haec: Μεταβάλλει δὲ καὶ ὁ κόκκυξ τὸ χρῶμα et reliqua. Post versus Aeschyleos ita scriptum erat: Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν ὀρνίθων μεταβάλλουσι κατὰ τὰς ὥρας etc. Versio Thomae prioribus statim haec subiicit: *Auium*

utem multa permutant secundum tempora et colorem et vocem, puta merula etc. Albertus etiam post gallinaceorum exempla statim haec subdidit: *Quaedam enim multum diligunt hominem et libenter stant cum eis, sicut delphinus, qui ludit circa nauem, in qua sunt homines, et praemunit eos de ventis et periculis. Psittacus autem diligit imberbes pueros plus quam barbatos et libentius loquitur cum eis. Dicit autem Auicenna, quod psittacus quidam habuit quendam suum nutritorem in amore magno, et multum obediuit, et cum separabatur ab eo, multum deiectus fuit in tristitiam, quod sciuit, quod acceperat alium psittacum, cum quo ludebat, et huic inuidit prior psittacus.* Tum sequitur Capitulum III. de mutatione morum et formarum ex castratione animalium prouenienie his verbis: *Sunt autem quaedam animalia, quae non mutant mores tantum, sed colores et figuram, et hoc aliquando accidit secundum diuersitatem aetatum et temporum. Aliquando autem accidit ex mutatione membrorum principalium. Castrata enim animalia* etc. Denique post finitum caput vltimum ita repetit: *Amplius autem secundum mutationem temporis quaedam aues mutant suas formas et suos colores secundum mutationem temporum aetatum suarum, sicut id quod saharon vocant: hoc enim mutat suum colorem, et procedente tempore efficitur nigrum et citrinum, et est auis pulchrae et musicae vocis.* Igitur Scoti etiam liber eundem verborum et capitum ordinem habuit. Equidem Camum secutus sum.

2. ξανθὸς — παταγεῖ] Medic. ἔξανθος habet, παταγοῖ Juntina et Camotiana. Gaza *rufa* vertit, addens: *et vocem mittit diuersam: strepitat enim per hyemem, cum per aestatem tumultuans cantet.* Scaliger: *merula ex nigra rufescit: cohibet etiam vocem: nam aestate canit, hyeme strepit et tumultuose voculatur.* Camus Gazam secutus: *et sa voix varie. En été il chante, en hiver ce n'est plus qu'un sifflement et un cri perçant sans aucune melodie.*

Scaliger in annotatione ait mutam esse, cum pennas amittit. Plinius 10. s. 42. *Alia admiratio circa oscines: fere mutant colorem vocemque tempore anni, ac repente fiunt aliae: — Merula ex nigra rufescit, canit aestate, hieme balbutit, circa solstitium muta. Rostrum quoque anniculis in ebur transfiguratur, duntaxat maribus.* Aelianus H. A. 12, 28. *κόσσυφος δὲ θέρους μὲν ᾄδει, χειμῶνος δὲ παταγεῖ καὶ τεταραγμένον φθέγγεται· καὶ τὴν χρόαν ὡς στολὴν μεταμφιασάμενος ὑπὸ τοῦ πρόσθεν μέλανος ὑπόξανθός ἐστιν.* Albertus post superiora: *In aestate vero est vnius dispositionis et sibilat sibilo dulci, in hyeme autem vox eius est mala et talis mutatio vocis apud nos est in philomena, sed non variat plumam.* Quod attinet ad scripturam vulgatam *καὶ τὴν φωνὴν ἴσχει*, Plinius quidem eam videtur secutus esse; sed tum addita nota temporis *περὶ τὰς τροπὰς τὰς θερινὰς* opus est, quam Plinius habet. Equidem cum Camo ex Med. *δ' ἀλλοίαν* addidi, quam scripturam Gaza reddidit et Thomas *alteram* vertens. Eustathius in Hexaemero p. 30. habet: *ἐκ μέλανος ξανθὸς — καὶ ἐξ ᾠδικοῦ κραχτικός. παταγεῖ* Thomas vertit *patagizat.*

κίχλη] Thomae *maniz, ψαρὰ cinerea.* Contra Gazae *turdus — colore murino.* Scaliger *sturneo colore,* quod interpretatur *maculis paruis distincto.* Deinceps *τὰ περὶ τὸν αὐχένα καὶ τὰ ἰσχία* scriptum Thomas reddidit: *circa collum et vertebra.* Aelianus l. c. *ἥ γε μὴν κίχλη χειμῶνός ἐστι ψαροτέρα ἰδεῖν, θέρους δὲ τὸν αὐχένα ποικίλον ἐπιδείκνυσι.* Plinius l. c. *Turdis color aestate circa ceruicem varius, hieme concolor.* Albertus: *Auis autem, quam vocat kangelam, etiam mutat suum colorem, quoniam in hyeme color eius est sicut carbonis igniti, in aestate vero collum eius et quod vicinatur collo multiplicis coloris, et non mutat vocem.*

δεκαπέντε] Versio Thomae numerum X. l. habet, igitur XI aut XL. Eadem deinceps: *cum silua iam pullulauerit.* Diuersum igitur verbum scriptum legit pro *δασύνηται.*

Postea scripturam συνεχῶς δ' οὐκ· ἔτι τοῦ θέρους μὲν προϊόντος reddidit. περιόντος habet Med. Statim τραχεῖαν *asperam* reddidit Thomas, et ἐπιστρεφῆ *inflexam*. Gaza *modulatam*. Scaliger *contentam* vel *versatilem*. τραχεῖαν cum Aldina Med. Vat. Reg. habet, quam scripturam improbauit etiam Scaliger. Aelianus l. c. ἡ ἀηδὼν διὰ τοῦ θέρους καὶ τὴν χρόαν ἐκτρέπει εἰς εἶδος ἕτερον, καὶ μεταβάλλει τὸ φώνημα· οὐ γὰρ ᾄδει πολυήχως καὶ ποικίλως, ἑτέρως δ' ἠπεροῦν διὰ τοῦ ἦρος. Accorambonus ex Codice annotauit scripturam ταχεῖαν φωνὴν ἐπιστρέφει. Versio Thomae ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ χρῶμα reddidit: *at vero et colorem.* Albertus: *animal autem, quod dicitur hardon, semper vociferat per XV dies continuos — hoc autem haec animalia incipiunt facere in montanis in principio veris, quum herbae multiplicari incipiunt. — et ideo etiam a nomine quasi vnisonus apud Italos nominatur.* Plinius s. 43. *Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine. — Postea paulatim desinunt — mox aestu aucto in totum alia vox fit, nec modulata aut varia. Mutatur et color. Postremo hieme ipsa non cernitur.*

3. δὲ καὶ οἱ ἐρίθακοι] Ex versione Thomae καὶ inserui. Ibi est *erithici — synchuri — erithacus — synkurus aestivalis.* Gaza: *rubeculae et quae ruticillae appellantur, invicem transeunt: estque rubecula hyberni temporis, ruticilla aestiui.* Vulgatum φοινικουργοὶ corrigi iussit Sylburg, et ex Med. Vatic. Hesychio et Plinio correxit Camus. Plinius enim s. 44. *Sic et erithacus hieme, idem phoenicurus aestate.* Geoponica 15, 1, 22. καὶ ἐρίθακος καὶ οἱ καλούμενοι φοινίκουροι θερινοί· οὕτω καὶ συκαλίδες καὶ οἱ μελαγκόρυφοι καὶ αὐτοὶ μεταβάλλουσι εἰς ἀλλήλους· γίνεται δὲ ἡ συκαλὶς περὶ τὴν ὀπώραν, ὁ δὲ μελαγκόρυφος εὐθὺς μετὰ τρυγητόν. Albertus nomina posuit *harimikos* et *conikos.* Ceterum vulgatum οἱ δὲ φοινικουργοὶ θερινοὶ in

singularem mutaui ex versione Gazae et Thomae. *Finikurus* ex Thoma posuit Camus.

συκαλίδες] Med. συκαλλίδες et deinceps συκαλλὶς, vt versio Thomae. Alberti habet *ceocalides et malacorico; deinceps vero: chenchillides autem aues sunt in temporibus fructuum;* postea: *melany et coriokyn.*

οὔπω δὲ τελέως μεταβεβληκότος οὐδενὸς, ἑκατέρῳ ἴδιόν τι] Camotiana habet: μεταβεβληκότι οὐδ' ἐν θατέρῳ εἴδει ὂν εἰ ἴδιόν τι ὑπῆρχε. Ex Med. Vat. Canis. Camus dedit: οὔπω δὲ τ. μεταβεβληκότα, οὐδ' ἐν θατέρῳ εἴδει ὄντα. οὐδὲν δ' ἄτοπον. claudicante structura verborum et sensu. Albertus: *nondum autem perfecte permutata neque in alterius pa existentia.* Is igitur θατέρου εἴδει scriptum legit. Gaza: *vtrunque conspectum est, nondum absolute mutatum: nec alterutrum adhuc proprium vllum habens appellationis.* Is igitur τὸ γένος τοῦτο, οὔπω δὲ τελέως μεταβεβληκὸς, οὐδὲ θατέρῳ ἴδιόν τι ὑπῆρχεν. Equidem ex Codd. scriptura et vulgata coniuncta veriorem extudisse mihi videor. Plinius sect. 44. *Alia ratio ficedulis: nam formam simul coloremque mutant. Hoc nomen autumno, non habent postea, melancoryphi vocantur.*

οὐδὲν δ' ἄτοπον] *nullum autem inconueniens* versio Thomae. Sequens ἐκ χειμῶνος *inter hiemem* vertit Thomas. γενομένου Canis. Vatic. Reg. Deinde Med. ἐθαυματώσθη habet. Postea *maximas et plurimas* vertens Thomas scriptum legisse videtur μεγίστας καὶ πλείστας. Alexander Myndius Athenaei 2. p. 65. ἄτερος τῶν αἰγιθαλῶν ὑφ' ὧν μὲν ἐλαιὸς καλεῖται, ὑπὸ δέ τινων πιρίας· συκαλὶς δὲ, ὅταν ἀκμάζῃ τὰ σῦκα. δύο δ' εἶναι γένη αὐτοῦ, συκαλίδα καὶ μελαγκόρυφον. Is adeo opinionem vulgarem deseruit. In eo loco vulgo αἰγιθαλλῶν legebatur, Codices αἰγιθηλῶν, supra scripto αἰγιθαλῶν, praebent. Deinceps ἔλαιον iidem Codices habent et πιρία. Corrigunt πυριὰς vel πυῤῥούλας. Salmasius ἐλαιὸν cum Philosophi ἐλέᾳ comparabat. συκαλίδα vnico lambda scribi rectius monet ibidem Athenaeus.

De re dixi quaedam ad Friderici II. Reliqua p. 40. sed ea nunquam ad liquidum perduci posse videtur.

Sequitur in Codd. supra nominatis, vt in versione Thomae et Alberti, locus de cuculo, ante quem insertae sunt sectiones 2. et 3. iisdem auctoribus.

4. τῇ φωνῇ οὐ σαφηνίζει] Vatic. τὴν φωνήν. Negationem tanquam in suo Codice absentem in Gazae versione *vocem minus explanat* reprehendit Scaliger, vertens: *voce quoque indicat, cum futurum est, vt amplius non compareat.* Albertus: *quoniam non multum vociferat in fine autumni, quum iam orto vult latere.* Thomas: *et vocem non prodit.*

οἰνάνθην] Gaza vertit *vitifloram*, Thomas *ynanthem*, Albertus *hasabym.* Plinius sect. 45. *Oenanthe quidem etiam statos latebrae dies habet, exoriente Sirio occultata, ab occasu eiusdem prodit, quod miremur, ipsis diebus vtrumque.* Vatic. liber deinde φεύγεται habet. Postea pro ἔποψ *adkos* est in Alberto, qui versus Aeschyli et mentionem poetae omisit. Versu 1. verba graeca ita vertit Thomas: *Hunc inspectorem dolent* (supra scripto *doluit*) *suorum malorum.* Medic. ἔπονα habet pro ἔποπα. Altero versu ἀποδειλώσας maluit C. Gesner interpretatus δειλὸν ποιήσας. Equidem vulgatum *insignem fecit*, *insigniuit* interpretor. Aldina, Iunt. πεποικίλλωκε habent. Thomas: *variant autem nocturnans.* Videtur ἀποδειλιώσας scriptum legisse. Deinceps Thomas vertit: *habet audacem petream auem, in omni autem vmbrosus.* Legit igitur scriptum ἐν παντὶ δ' αὐγαῖος. Med. ἐν παντὶ εὐχίαιος ἦρι μὲν φαίνονται διαβάλλει. Thomas vertit: *matutino autem apparente ticit pennam kirki lepagi.* Vatic. κίρκου δ' ἐπάργου habet. δ' ἐπ' ἄγρου vulgatum e Camot. correxit Sylburg. Scaliger φαίοντι praeferebat, Stanley μορφὰς φανεῖ, quod ipsum est in Vatic. ideoque vulgato φαίνει praetuli. Salmasius φέρει praeferebat. Sylburg φέρει vel φύει. *insinuat* habet

Thomas. *δύο οὖν* Ambr. *θράσσῃ πτερωτὸν* coniecit Salmasius. *τραχὺν* dedit Stanley.

Versu 6. *κᾳὐτοῦ* Vatic. Medic. *paruique et ipsius nedyi vnam quidem a nouis fructibus, vt rubicunda fiat spica,* vertit Thomas. Legit igitur scriptum *κ' αὐτοῦ νηδύι μίαν μὲν ἀπὸ νέας ὀπώρας ἵνα ξανθῇ στάχυς.* Medic. *νέας ὀπώρας ἵνα καταξανθῇ στάχυς.* Canis. *ὀπώρας, τῶν δ' ἀκαλῶν στάχυς.* Scaliger *παιδός γε τ' αὐτοῦ—αὐξανθῇ στάχυς.* Edd. pr. habent *παιδός τε αὐτοῦ.* Sylburgius monuit, alios *ξανθοὶ* maluisse. Salmasius *ξαντῇ.* Stanley *αὐανθῇ* dedit. Equidem *μίαν* praefero.

Versu 8. *στικτὴ νιν αὖθις.* Ita Med. pro vulgato *τίκτει:* certe in eo est *στικτῆνι μ' αὖθις ἀμφινομησῃ πτερύξαι εἰ δὲ μισεῖ.* Scaliger *τίκτει νιν αὖτις κἀμφινωμίσει πτέρυξ* coniecit. Salmasius *στικτὴ νιν αὖθις ἀμφιέννυσι πτέρυξ.* Jam olim C. Gesner, probante Sylburgio, vulgatum *κἀμφινομίσῃ* ita correxit. Versio Thomae: *maculas quis putabit in giro alis imponere. τεκεῖ νιν αὖθις κἀμφιεννύσει πτεροῖς* dedit Stanley.

Versu 9. *εἰ δὲ μισεῖ τόνδε ἀπ' ἄλλον, εἰς τόπον* Medic. *si autem oderit hunc permutans in locum* versio Thomae. Legit igitur scriptum *εἰ δὲ μισεῖ τόνδε μεταβαλὼν* vel *ἀλλάσσων εἰς τόπον.* Sylburgius tentabat: *ἀεὶ δὲ μίσει τόνδε πάλλει ἐς τόπους δρυμῶν ἐρήμους ὑπαγαγοῦσ' ἀποικίσει.* Acutissime Jos. Scaliger: *ἀεὶ δὲ μίσει τοῦδε Παλλήνης τόπου δρυμοὺς ἐρήμους καὶ πάγους ἀποικίσει.* Salmasius: *ἄστη δὲ μισεῖ, τῶν δὲ Παλλήνης τόπων δρυμοὺς ἐρήμους καὶ παγους ἀποικιεῖ.* Equidem vnice Scaligeri coniecturam probo, ita tamen, vt *ἐποικίσει* vulgato *ἀποικίσει* praeferam. Denique vulgatum *ὑπάγουσ'* Med. Canis. et versio Thomae mutant in *καὶ παγους.* Thomas enim vertit: *asperas solitudines et glacies habitabit.* Ex fabula Tereo versus sumtos esse censuit Jos. Scaliger.

5. *λοῦσται*] Vulgatum *λοῦνται* bis ex Med. Canis. correxi. *balneantur* versio Thomae. Vulgatum habet Athenaeus

9. p. 387. vbi hunc locum excerpsit. Librum octauum ibi laudant Codices meliores. Deinceps ὅσοι μὲν οὖν malebat Sylburg, quod Athenaei lectioni ὅσοι δὲ μὴ praefero. Postea ἀτταγὶς Vatic. Med. etiam versio Thomae. κορυδαλλὸς in Athenaeo ex Codd. scripsit postremus Editor: idem habet h. l. Med. Denique tertium pro λοῦνται dedi λοῦσται ex versione Thomae: hoc tertio loco etiam Gaza *lotrices* habet. Attagenem supra nominauit cap. 26. Odium cum gallo memorat Aelianus H. A. 6, 45. Compara annotationem ad eiusdem libri 15. cap. 27. Nuper Gallus *Peirouse*, qui tetraonem lagopoda Pyrenaei montis descripsit in libro: *Mémoires de l' Academie de Toulouse*, Tom. I. anni 1782. attagenem veterum statuit esse gallinam corylorum, in quo C. Gesnerum consentientem habere videtur, contra recentiorum attagenem vna cum lagopode altera Plinii esse Lagopoda plumis aestiuis vestitam.

τῶν ὀρνιθίων] *auium* versio Thomae, qui ὀρνίθων scriptum reperit. Idem sequens ἀποψοφεῖν vertit *cum sono pulsare, velut turturibus*, omissa copula καί. Gaza *crepitum alui* interpretatur. Albertus ita: *Propria autem accidit vociferatio, in quibus ea, quae vicinantur pectori, mouentur motu forti, quando vociferant.* Aelianus H. A. 12, 10. τρυγόνος λαλίστερον ἔλεγον· ἡ γάρ τοι τρυγὼν καὶ διὰ τοῦ στόματος μὲν ἀπαύστως φθέγγεται, ἤδη δὲ καὶ ἐκ τῶν κατόπιν μερῶν, ὥς φασι, παμπλεῖστα. — καὶ Δημήτριος μὲν ἐν τῇ Σικελίᾳ τῷ δράματι μέμνηται, ὅτι καὶ τῇ πυγῇ λαλοῦσιν αἱ τρυγόνες. vbi quaedam annotaui. Suidas in τρυγόνος —· ἐπειδὴ αἱ τρυγόνες οὐ μόνον τῷ στόματι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀπισθίοις μέρεσι λαλοῦσι.

CAPVT XXXVII. (vulgo L.)

πλεῖστα ἐκτὸς] Versio Thomae scriptum vertit ordine inuerso ἐντὸς — ἐκτός. Deinceps eadem vulgatum καθ' ὃ συμπίπτουσι non reddidit, sed ὃ κάμπτουσιν ὀχεύοντες: habet enim *quam inflectunt coëuntes*. Quae scriptura

etsi per se bona est, non tamen vera esse potest, quia membrum illud non designatur, quo intermedio coniuncto fit coitus. Est autem cloaca marium, qui penem non habent, et feminarum, in quam desinunt canales deferentes. Simul autem deprimitur inflexum vropygium. Gaza: *parte nouissima suae alui, quae, cum coëunt, concidit.* Camus: *près du croupion à la partie qui touche la femelle dans l'accouplement.* Vatic. συμπίπτοντες ὀχεύουσιν habet. Plinius 10. sect. 25. *desinunt canere castrati, quod duobus fit modis, lumbis adustis candenti ferro aut imis cruribus — facilius ita pinguescunt.* Priorem rationem antiquissimam commemorauit etiam Varro R. R. 3, 9. ad quem vide dicta p. 532 sqq. Rationem hanc illustrauit et explicuit Osiander in Beckmanni nostri Historiae Inuentorum Tom. V. p. 487. sqq.

ἐὰν ἐπικαύσῃ] Thomas κἂν ἐπικαύσῃ reddidit vertendo. ἐπικλύσῃ V. R. A. Sequens σιδηρίοις causteria significat, quibus ignitis ter tangendae sunt partes. κάλλαιον cristam et barbam gallinacei significat, vt alibi vidimus. *Cristam* vertit Gaza. *tunc crista dependens discolorata fit* Thomas, qui pro οὐδὲ γίνεται vertit οὐ γίνεται. In M. R. A. est κάλλιον. Alberti versio: *etsi aliquis acceperit gallum perfectum, qui habet omnia membra sua principalia, et fecerit ei comburendo bis vel ter cauterium inter finem ventris et radicem caudae, statim subintret caudam et mutabit colorem et non cantabit de cetero. — et si hoc fecerit ei adhuc pullo existenti, non faciet postea opus masculorum.* Pessime vltima interpretatus est, nec melius Camus: *S'il est encore jeune, l'age ne lui apporte aucune des facultés qui en sont l'attribut.* Contra Gaza: *ne inchoari quidem ex iis quicquam potest, cum accrescit.* Intelligitur non solum cantus et coitus, sed etiam crista et palea, quae non succrescunt castrato.

2. ἂν δ' ἤδη] Thomas ἤδη non reddidit vertendo.

ἁπάντων [ἢ πηρουμένων] εἰς] Inclusa omisit M. V. R. A.

et versio Gazae. Sequens *ἐὰν μὴ* versio Thomae mutat in *ἐὰν μέν*. Deinceps *διαφέρει* est emendatio Casauboni pro vulgato antea *διαφθείρει*. Similiter pro *διαφθείρεται* Albertus *διαφέρει* interpretatus est. Abhinc *γλαφυρώτερα* *elegantiora* vertit Thomas, vt Gaza. Denique *οὐδὲν αὐξάνεται πλέον* scriptum Thomas vertit *nihil crescunt amplius*.

3. *ἔλαφοι — οὐκέτι*] Confirmat experientia Comitis *Mellin, Schriften der Naturf. Gesellschaft zu Berlin* Tom. II. p. 176. Plinius 8. sect. 50. *Non decidunt castratis cornua nec nascuntur*. Experimenta in ceruis instituit et icone illustrauit Britannus *Russel*, in libro: *Oeconomy of nature in acute and chronical diseases of the Glands, Introduction* p. 21 sqq. De capreolo castrato experimentum narrauit et icone illustrauit *Mylius, Physikalische Belustigungen*, Vol. II. p. 5 sqq. De equis Plinius 11. sect. 64. *equo castrato prius non decidunt dentes*. De equis Sarmaticis narrant Hippiatrica p. 17.: confractione testium castratis equis *λέγεται τοὺς ἀπὸ γενετῆς ὀδόντας μένειν καὶ μὴ ἑτέρους ἐκφύειν*. De boum castratorum cornibus maioribus est Aristotelis Problema 10, 56. Conf. ad Aeliani H. A. 12, 20. dicta.

μόσχοι] Thomae et Gazae *vituli*. Sequebatur vulgo *γίνονται· αἱ δὲ δαμάλεις ἐκτέμνονται*. quae cum vitiosa esse vidisset Conr. Gesner Histor. Quadr. p. 126. scribi iussit: *γίνονται οἱ δαμάλεις*. quam coniecturam Sylburgius probauit, Camus recepit. Med. Codex *οἱ δὲ δαμάλεις* habet. Sed Gaza haec verba in suo Codice scripta non legisse videtur; nullo enim diuerso vocabulo vsus est; item Thomas, qui haud dubie *οἱ δὲ μόσχοι* scriptum vertit, repetito vocabulo, *vituli autem*. Disputaui iam olim de h. l. ad Columellae 6, 26. p. 341. Nunc mihi ita videtur. Cum ex loco supra 3, 1. constet, et *μόσχους* et *δαμάλεις* castratos fuisse, sed modo diuerso; vituli enim *θλίψει*, confractione testiculorum, anniculi *δαμάλεις* exsectione castrabantur: *διαφθείρουσι*

δ' οἱ μὲν ἔτι νέων ὄντων τρίψει, οἱ δὲ καὶ ὕστερον ἐκτέμνονται: suspicor philosophum etiam h. l. geminam rationem, si non descripsisse, certe commemorasse. Fractio fit sine sectione, quae in castratione bimorum adhibetur. Igitur hic locus est de castratione bimorum, nam fit sectio, et libri Medicei scriptura vnice vera.

ἀποτέμνοντες] Vulgatam scripturam et distinctionem τῆς ὀσχέας, κάτωθεν τοὺς ὄρχεις ἀποθ. minime vertit Gaza: *tractos deorsum testes atque obtentos pressosque in imum scroti cultello adacto extrudunt.* Is potius scriptum legisse videtur etiam Conr. Gesnero: *καθέλκοντες καὶ ἀποτείνοντες τῆς ὀσχέας κάτωθεν τοὺς ὄρχεις.* Codices scripti et libri editi nihil variant. Thomae versio habet: *desubtus loca genitalia testiculos.* Scoti ita: *Prosternuntur vituli in terra et scinditur corium et exprimuntur testiculi et eriguntur eorum radices ad superius et eorum nerui, et ligatur scissura, quousque exeat sanguis extra, et si accidit apostema, cremabunt testiculum abscissum et ponunt cinerem super apostema, et sic locus sanatur.* Ita verba retulit Bartholomaeus Anglicus de Rerum Proprietatibus, edit. Francofurtan. anni 1601. libri 18. cap. 109. Variauit eadem Vincentius Sp. Nat. 22. cap. 25. Albertus ita retulit: *prosternitur quidem ad terram vitulus et diuiditur corium oxei et exprimuntur testiculi et ligantur nerui testiculorum fortiter, et tunc abscinduntur testiculi et eriguntur radices neruorum cineribus iniectis in vulnus: et si coquantur nerui, melius erit contra sanguinis fluxum. Si autem apostema acciderit in loco illo, pulverizatus testiculus et loco suprapositus erit conueniens cura ipsius.* Nunc ad verba Aristotelis redeo, quae Camus vertit: *Après les avoir renversés sur le dos et ouvert les bourses, on detruit les testicules en les froissant, ensuite on tire en haut — les racines aux quelles ces parties sont attachées.* Vbi plus semel grauissime peccatum est. Neque enim de θλίψει agitur, sed de exsectione testiculorum. Verba ita iun-

genda erant: *ἀποτέμνοντες τοὺς ὄρχεις κάτωθεν τῆς ὀσχέας ἀποθλίβουσιν*, i. e. *exprimunt testiculos per inferiorem partem scroti incisi et aperti.* Aliter si verba iunxeris, inepta existit sententia. *ἀποτέμνειν* enim *τῆς ὀσχέας* nihil aliud significare potest nisi partem scroti resecare; quod non fit in castratione, sed incisione reseratur scrotum, quod esset *ἐπιτέμνειν* potius. *ἀποθλίβουσιν* est *exprimunt* vel *extrudunt*, vt Gaza reddidit. Itaque non est necesse cum Gesnero post verbum *ἀποθλίβουσιν* inserere *καὶ ἐκτέμνουσι*. Scilicet etiam ipse Gesnerus insolita verborum structura et disiectione falsus fuit.

ἀνασπέλλουσι τὰς ῥίζας] Male Thomas vertit *deponunt*: rectius Gaza *reprimunt*. De Generatione 1, 5. *ἀφαιρουμένων τῶν ὄρχεων ἀνασπῶνται ἐντὸς οἱ πόροι, ὥστε οὐ δύνανται γεννᾶν τὰ ἐκτεμνόμενα.* Columella ex Magone Carthaginensi ita: *deinde prius quam ferrum admoueas, duabus angustis regulis veluti forcipibus apprehendere testium neruos, quos Graeci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent: comprehensos deinde testes ferro reserare et expressos ita recidere, vt extrema pars eorum adhaerens praedictis neruis relinquatur. Nam hoc modo nec eruptione sanguinis periclitatur iuuencus.* ad quem locum vide annotata.

βύουσιν] Medic. Canis. Reg. *βίννουσιν*. Credo *βυννοῦσιν* voluisse dare. In Aristophanis Pace versu 645. pro *ἔβυον τὸ στόμα χρυσίῳ* Hesychius et Suidas scriptum *ἐβύννουν* repererant. Idem Hesychius *βυννεῖν, τὸ ἐν τῷ στόματι κατέχειν τι* interpretatur.

τὴν ὀσχέαν ἐπιπάττουσιν] Thomas *adurentes locum superimplastrant*. Gaza vertit: *ignem adhibent scroto et respergunt.* Additum oportebat *puluere*, qui graece *ἐπίπασμα* dicitur, quod vocabulum ad *ἐπιπάττουσιν* intelligendum. Ridicule Albertus. Male etiam Camus: *on les frotte d'onguent.*

ὅσον εἰς τὸ φανερὸν] Vulgatum *τὸν φανερὸν συγγεννῶσιν* ex Gesneri coniectura et varia lectione in margine Basil. Editionis *προσφατως* dedit et vertit Camus. Sed Gesner *προσφάτως ἔτι γεννῶσι* malebat. Aldina et Juntina lacunae notam apposuit diuiso verbo *ἐκτμηθῶσι*. Sylburgius coniiciebat *ἐὰν ἐκτμηθέντες ὀχεύωσι, γεννῶσι*. Casaubonus *ἐὰν ἐκτμηθέντες εὐθὺς ἐπιβῶσιν, ὀχεύουσι καὶ γεννῶσι*. Scaliger *ἐὰν ἐκτμηθῶσι καὶ εὐθὺς ἀφέσωσι, φανερὸν ὅτι συγγεννῶσι*. Gaza vertit: *si bos a recenti castratione ineat, procreare potest.* Miror Thomae versionem a Camo non inspectam, quae habet: *quantum ad patens cohabitant.* Scriptum igitur legit: *ὅσον εἰς τὸ φανερὸν, συγγίγνονται.* Noster de Gener. 1, 4. *καὶ ἤδη ταῦρός τις μετὰ τὴν ἐκτομὴν ὀχεύσας εὐθέως ἐπλήρωσε.* Vulgata nulla ratione tolerari poterat nec graeca nec sententia apta; Gesneri coniecturam recepissem, nisi Thomae versio probabilem scripturam ex Codice ductam suppeditasset. Sylburg coniecerat *εἰς τὸ φανερὸν οὐ γεννῶσι.*

4. *καπρία*] Hic *libido*, postea *luxuria* vertit Thomas, *apria* Gaza. Scotus: *ex porcabus absciditur id quod carfarie vocant, et est pars matricis, in qua haerent testiculi — et tunc abscindunt eis hoc quod anteron vocant, hoc est locum, vbi sunt testiculi marium, quia ibi in interiori partes matrici adhaerentes sunt etiam testiculi porcarum et aliorum fere omnium animalium iuxta interius orificium vulvae.* Vincentius Scoti versionem minus integram posuit et *antaron* scripsit 22. cap. 25. Plinius 8. sect. 77. *Castrantur feminae quoque* (sues), *sicut cameli, post bidui inediam, suspensae pernis prioribus, vulua recisa: celerius ita pinguescunt.* Quae quam vitiosa sint, apparet.

τέμνουσι] Vulgatum *τέμνουσι τὸ ἦτρον, ᾗ τοῖς ἄῤῥεσιν*, Mediceus ita mutat: *τέμνουσι δὲ τὸν τρόπον τοῖς ἄρσεσιν ᾗ ὄρχεις.* Thomae versio a Camo non inspecta habet: *incidunt autem modo quo masculis.* Plane igitur cum Mediceo consentit. Sed vitiosa est ista scriptura, et corrigendum

τέμνουσι δὲ τὸν τόπον ἢ etc. Potius tamen habenda ista *τὸν τόπον* pro glossa apposita in margine vocabulo *ἦτρον*.

5. *ἔνιοι τῶν ἀνθρώπων*] Non contemnenda erat scriptura Medicei, quam Thomae versio et Gazae reddidit, *τῶν ἄνω*, *quidam superiorum*, Thomae, *nonnulli superioris Asiae incolae*. Alioquin facile potuit varietas ex solenni scripturae compendio *ἀνῶν* oriri. Deinceps *τῶν νησαίων ἵππων* scriptum versio Thomae reddidit *equis insularum*. Albertus plura omisit. Sequens *ὀρέγματος* Thomas et Albertus recte *passus* vertunt. *μακρότερα* Albertus *περιφράζει* ita: *tunc elongantur latera eorum*. Verba *τῶν ἀτμήτων* omittunt R. A. Plinius 8. s. 26. *Castrandi genus etiam feminas, quae bello praeparentur, inuentum est: fortiores ita fiunt coitu negato*. Aelianus H. A. 4, 55. *ἐκτέμνουσιν αὐτοὺς οἱ Βάκτριοι — καίονται δὲ καὶ αἱ θήλειαι τὰ ἐξάπτοντα εἰς οἶστρον μέρη αὐτάς*. Scriptor anonymus Suidae: *καπρέαι, αἱ ἐντὸς τῶν πτερυγωμάτων τῆς φύσεως τῶν καμήλων ἐπανιστῶσαι σάρκες, ἃς τέμνουσιν, ὁπόταν εἰς πόλεμον ἐξίωσιν· οὐκέτι γὰρ συνουσιάζουσιν*. Cf. Gesneri H. Quadrup. p. 167. *πτερυγώματα* in pudendo muliebri explicat Fallopius Observ. anatom. p. 193. Hic vero *καπρέαι* dici videntur testiculi feminei, quos etiam hodie in castrandis suibus, vaccis, equabus ouibusque, dissecto inguine sinistro et exemto sed postea reposito vtero, recidi testatur Bartholinus Epistol. medic. Centur. III. pag. 259. De camelis addo locum Diodori I. pag. 167. ed. Wessel. *αἱ δὲ ἀνάκωλοι καὶ λαγαραὶ ταῖς συστάσεσι δρομάδες εἰσὶ, καὶ διατείνουσι πλεῖστον ὁδοῦ μῆκος, καὶ μάλιστα πρὸς τὰς διὰ τῆς ἀνύδρου καὶ ἐρήμου συντελουμένας ὁδοιπορίας. Αἱ δ' αὐταὶ καὶ κατὰ τοὺς πολέμους εἰς τὰς μάχας ἔχουσαι τοξότας ἄγονται δύο.*

6. *ἀφελοῦνται*] Vulgatum *τὰ δὲ μηρυκάζοντα τῶν ζώων χαίρει μηρυκάζοντα, καὶ μηρυκάζουσιν, ὥσπερ ἐσθίοντα,*

ex Mediceo, versione Thomae et Gazae correxi. Audi nunc Albertum: *Sunt autem et aliae multae differentiae in moribus et operibus animalium, sicut verbi gratia, quod quaedam ruminant et quaedam non ruminant. Ruminantia autem iuuant se ex eo, quod ruminant et sentiunt ex hoc dulcedinem quasi ex comestione. Animalia vero ruminantia sunt in pluribus illa, quae non habent dentes in superiori mandibula, sicut vaccae, caprae et oues et huiusmodi.* Vides igitur, eum non solum cum Codicum scriptura consentire, sed plura etiam ante ea verba scripta legisse auctorem versionis, quibus Aristoteles transitum ad sequentem de ruminatione disputationem parauerat, quaeque hodie desiderantur, ita vt nescias, cur tam subito a castratione philosophus ad ruminationis vsum transeat. Ceterum de ruminatione quaecunque veterum scriptorum loca extant, et quae notae ruminantium traduntur, collectas recensui et enarraui in Promtuario Lipsiensi ad historiam naturalem anni 1787. pag. 407 — 438. quae repetere h. l. nolui.

μᾶλλον — μηρυκάζουσι] Haec verba omittunt M. R. A. Plinius 10. s. 93. *ruminant praeter iam dicta siluestrium cerui, cum a nobis aluntur: omnia autem iacentia potius quam stantia, et hieme magis quam aestate, septenis fere mensibus. Pontici quoque mures simili modo remandunt.* Albertus plura inepte interpretatur: *nullum autem animal agreste ruminare videtur, nisi creetur ad figuram alicuius domestici ruminantis, praeter solum ceruum et ea quae similia sunt ceruo, sicut capriolus et equicervus. — et hoc incipiunt facere post septem menses aetatis suae.*

7. *μύες οἱ Ποντικοὶ*] Supra 8. cap. 17. *φωλεῖ δὲ καὶ — ὁ μῦς ὁ Πόντιος.* vbi recte Medic. Canis. *Ποντικὸς*, quod recepit Camus. Plinius 8. sect. 55. *Conduntur hieme et Pontici mures, hi duntaxat albi, quorum palatum in gustu sagacissimum auctores quonam modo intellexerint, miror.*

Idem 10. sect. 93. *Pontici quoque mures simili modo remandunt.* Murem citillum (*Ziesel*) intelligit recte Pallas Nouae Quadrup. Species Fasc. II. pag. 119. sed non bene λευκοὶ delendum censuit, quo scilicet seruato suspicio eius de citillo *vario* concidit.

καὶ οἱ ἰχθύες καὶ ὄν] Gaza: *et piscis, quem ab ea re ruminalem quidam appellarunt.* Albertus: *sicut mures et pisces quidam, qui muraton ab officio ruminandi acceperunt appellationem.* Igitur Sylburgius corrigendum censebat e Gazae versione *καὶ τῶν ἰχθύων ὃν καλ.* vel *καὶ οἱ ἰχθύες ὁ σκάρος καὶ ὄν.* Libri scripti nihil nos iuuant, nisi quod Medic. *μηρυκᾶν* habet, versio Thomae *myricam.* De Partibus 3, 14. *τὸ δὲ τῶν ἰχθύων γένος ἔχει μὲν ὀδόντας, τούτους δὲ καρχαρόδοντας σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, πάντα· ὀλίγον γάρ τί ἐστι γένος τὸ μὴ τοιοῦτον, οἷον ὁ καλούμενος σκάρος, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ μηρυκάζειν διὰ ταῦτα μόνος· εὐλόγως· καὶ γὰρ τὰ μὴ ἀμφώδοντα, κερατοφόρα δὲ μηρυκάζει.* Ex dentium igitur latorum forma, quos alibi scaro assignauit, arguit eum ruminare cibum. Quadrupedum vero ruminationem non solum cum forma dentium, sed etiam cum ventriculorum numero et forma coniunctam esse, docet alter locus ibidem antea de camelo: *διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἡ κάμηλος οὐ τῶν ἀμφωδόντων ἐστὶν, ἀκέρατος οὖσα διὰ τὸ ἀναγκαιότερον εἶναι αὐτῇ τὴν κοιλίαν ἔχειν τοιαύτην ἢ τοὺς προσθίους ὀδόντας· ὥστ' ἐπεὶ ταύτην ὁμοίαν ἔχει τοῖς μὴ ἀμφώδουσι καὶ τὰ περὶ τοὺς ὀδόντας, ὁμοίως ἔχει αὐτοῖς, ὡς οὐδὲν ὄντας πρότερον.* Postrema Gaza vertit: *vtpote parum necessarios.* Thomas: *tanquam existentes optimos.* Ille igitur scriptum legit *ὡς οὐδὲν ὄντας ἀναγκαίους*, hic vero *ὥσπερ ὄντας ἀρίστους.* Gazae scripturam praefero. Hoc vero in loco mirum est, obseruationem de ruminatione quadrupedum et piscium sine mentione ventriculi formae proponi, et pro camelo murem Ponticum no-

minari. De scaro vide dicta ad Oppiani Halieut. 1, 134. Aeliani H. A. 2, 54. et in Histor. litterar. Piscium p. 85. et pag. 328. Dubitatio superest propter locum nostri supra 2, 17. vbi scarus dicitur habere ventriculum ἑτεροειδῆ, peculiaris formae, versio Thomae vero reddidit ἐντεροειδῆ, intestini forma.

ἔστι δὲ — ὑγροκοίλια] Albertus: *Adhuc autem differentia est animalium in operibus aliis, quoniam animalia longorum et paruorum crurium et paruarum natium multum habent fluxum ventris et multi sunt stercoris. et hoc accidit tam in quadrupedibus quam in auibus et etiam in hominibus.* Omisit igitur verba τὰ δ' εὐρυστήθη ἐμετικὰ μᾶλλον. Longe aliter etiam Plinius de vomitu 11. s. 78. *In homine adnexus* (ventriculus) *infimo stomacho, similis canino. His solis animalium inferiori parte angustior: itaque et sola vomunt, quia repleto propter angustias supprimitur cibus: quod accidere non potest iis, quorum spatiosa laxitas eum in inferiora transmittit.* Prior obseruatio spectare videtur aues aquaticas longipedes, de quibus noster de Partibus 3, 14. ἔχουσι τὸν πρόλοβον μακρὸν, ὅσα μακροσκελῆ καὶ λεῖα διὰ τὴν τῆς τροφῆς ὑγρότητα· αἴτιον δὲ, ὅτι ἡ τροφὴ πᾶσι τούτοις εὐλείαντος· ὥστε συμβαίνει διὰ ταῦτα τῶν τοιούτων τὰς κοιλίας εἶναι ὑγρὰς διὰ τὴν ἀπεψίαν καὶ τὴν τροφήν. vbi ὑγρότητα τροφῆς scripsi pro vulgato λειότητα ex Codice Accoramboni, versione Thomae et Gazae.

Collegi hucusque plura argumenta lacunae vel ordinis verborum turbati et laceri huius extremi capitis; inprimis membrorum singulorum structuram et commissuram iustam desideraui. Accedit nunc, quod lectorem meminisse velim, quod Codices scripti Medic. Vatic. Reg. et versio Thomae maximam partem capitis antecedentis a verbis inde Μεταβάλλει δὲ καὶ ὁ κόκκυξ huic extremo capiti sub-

ungunt. Quod factum vel ideo equidem approbo, quod ita exempla mutationis castratione inductae rectius sequuntur exempla mutatae formae et morum in auibus; quanquam vel sic libro solita clausula desit. Denique non solum versio Thomae cum Codicibus scriptis consentit, de quo Camus admonuit; sed ipse adeo Albertus versionem Scoti secutus eodem plane ordine Philosophi verba interpretatus est; ita vt libri scripti et optimi et antiquissimi eum verborum ordinem habuisse videantur.

ADNOTATIONES

AD LIBRUM VULGO DECIMUM ARISTOTELIS DE ANIMALIBUS HISTORIAE NUMERATUM.

Quanquam ab initio constitueram Librum hunc, seu potius Libri Fragmentum, de causis sterilitatis tractantem, vtpote manifesto spurium, et non solum a consilio Philosophi alienum, sed etiam ab ingenio eius atque oratione plane abhorrentem, a societate librorum verorum et genuinorum Aristotelis excludere; id quod fecerat ante me Gallus Camus: eamque ob causam nihil plane vel temporis vel operae multis Fragmenti lacunis et vitiis vel interpolandis vel emendandis impenderam; sero tamen, cum iam libri veri omnes nouem typis nouis excusi oculis obuersarentur, animum subiit cogitatio, librum istum, iam a remotissima antiquitate in societatem et comitatum Stagiritae vel allectum vel casu aut errore datum, non facile alibi locum suum inuenturum esse, vbi rectius consistere, atque ab hominibus doctis antiquitatisque curiosis inspici ac consuli possit. Itaque mutato consilio passus sum eum in antiquo Aristotelis consortio manere, ita tamen, vt postremum locum occuparet. Temere enim Scaliger octauum ei vindicare conatus est. Is scilicet post emerita stipendia militaria studiorum tirocinium in hoc libro explicando atque interpretando posuerat; vnde equidem non miror, animum viri egregii, praeiudicio nescio quo aetatis, non-

dum satis in arte critica exercitatae, occupatum, ingenio eius alias acerrimo et sagacissimo tantas offudisse tenebras, vt auctorem libri diuersum ab Aristotele agnoscere non posset. Verum tamen effecit etiam in hoc libello emendando, quantum ab isto ingenio et ab istis temporibus poterat expectari. Non solum enim vitia scripturae multa emendauit, sed loca etiam aliquot a librariis a sua sede remota et in alienam reposita sagacissime indagauit et in ordinem pristinum restituit. Quod posterius tamen meritum eius Editores recentiores omnes oblitterarunt. Libellum enim lectoribus antiquo squalore et sordibus obsitum et luxatum, quam opera Scaligeri emaculatum restitutumque in manus tradere maluerunt. Quod exemplum ne posteritati proderetur, omni qua potui diligentia caui; qua quidem in opera aliquantum me adiuuit comparata versio antiqua Guilelmi de Moerbecka, quem in Commentariis ad ceteros libros Thomam appellaui, scilicet antea quam mihi de hominis nomine et aetate constitisset. Habuit is Codicem ante oculos similiter luxatum et lacunosum, locis tamen aliquot integriorem, et qui nos in vestigia verae lectionis inducere posset. Supersunt tamen non pauca, quae felicioribus ingeniis vel emendanda vel interpretanda relinquo et commendo. Versionem Scaligeri innumeris in locis a verbis graecis vel discrepantem vel aberrantem saepius quam optaueram mutare coactus fui, vt paene nouam factam dicere possem, vtinam tanto nomine non plane indignam! Ceterum auctorem libelli Aristotele recentiorem agnouisse mihi videor in Capite VII. vbi locum libri de Generatione animalium exscripsit, nisi statuere malis, Philosophum Stagiritam vna cum hoc scriptore locum transtulisse ex antiquiore aliquo libro. Sane in hoc libro opiniones haud paucae exponuntur, quae rudem sapiunt antiquitatem, quasque mireris potuisse reuocari ab homine Aristotele recentiore, quique eius scripta versauerit. Sed de aetate libri statuet is demum recte, qui omnem rei ana-

tomicae physiologiaeque historiam veterem penitus cognitam habuerit. Nunc in rem praesentem veniamus.

CAPVT I.

καὶ γυναικὶ, τοῦ] Haec e Camotiana addidit Sylb. Deinceps *ποιῶνται τὴν ἐπιμέλειαν* Sylburgiana habet, vulgatae cum Scaligeriana *ποιοῦνται*.

ἀποτελῇ, καὶ ἄλυπόν τε ᾖ, καὶ μετὰ] Ita vulgabatur. Sequor versionem Guilelmi, qui scripturam *ὑγιαίνει καὶ ὅταν — καὶ ἀλύπως καὶ ᾖ* reddidit. Eodem duce statim *ὅταν λήμην τε μηδεμίαν* vulgatum correxi. Sequens *ἀδυνατῇ* vulgato antea *ἀδυνατεῖ* substituit Sylb.

2. *ἂν μὴ ταύτης — ἔχειν*] Vitiosa verba vertit Scaliger *si opus ipsum nihilo deterius efficiatur*: quasi scriptum esset *ἂν μὴ χεῖρον τὸ ἔργον τὸ ἑαυτῆς ἀπεργάζηται* vel *ἀποτελῇ*.

ὄμμα — ᾖ εἰ φῦμά τι ὂν] Structura verborum laborat. Forte fuit *φῦμά τι ἐνείη*. Videtur scriptor *ὄμμα* facere oculi partem principalem seu visionem ipsam dicere. Verba postrema quinque omisit Guilelmus.

πρὸς τοῦτο βλάπτοι] Mancam sententiam Scaliger reddidit *nihil inde capiat detrimenti aut damni det*. *πρὸς τοῦτο* omisit Guilelmus.

πλὴν τοῦ γίγνεσθαι πορρώτερον] Vulgo erat *πλὴν γ. τὸ πορ.* Deinceps pro *πλησίον προσίασιν* Guilelmus *emiserint* vertit, igitur *πλ. προΐωνται*. Pro *ἅμα σπαστικαὶ* malim *ἀνασπαστικαί*.

Εἰ δὲ [μὴ] πλησίον] Negationem seclusi, quoniam sententiam peruertit. Sequentia vitiosa vertit Scal.: *At si ad tactum minime moueantur, id vero vehementer curandum est, obedientiores vti sint.* Conieci scribendum *ἔσονται, ὥστε θιγγανομένας μὴ ταχὺ ἀνοίγεσθαι*. Guilelmus *ὥστε* vertit *vtique*. Eodem duce scripturam vulgarem *ἀνοίγεσθαι, δεῖ τοῦτο σφόδρα πονεῖν* correxi. Denique *ὅσαις δὲ* vertit idem.

3. *ὑγιαίνοντος τοῦ σώματος*] *ὑγ. γὰρ τ. σ.* scriptum reddidit Guilelmus. Eodem duce *πρὸς τὸ* inserui, cum versio eius habeat *ad aperiri*. Sequens *ἢ πλεονάκις* pro *οὐ πλ.* e coniectura Scaligeri dederat Sylb. et reddidit Guilelmus. Postea Camot. habet *ἀνάγκη τοῦτο συμβαίνει*.

Καὶ διὰ κωφότητα] Vulgo erat *αὐτάς, καὶ δ. κωφότητα· οὐκ ἀνοίγονται δ' ἐν.* quae duce Scaligeri versione rectius dispunxi et particulam *δὲ* seclusi.

τοιαύτην — ἀλλ' οὐ τοιαύτη ἢ τοσαύτη] Prius dictum pro *τοιαύτην καὶ τοσαύτην* esse monet Scaliger.

4. *ἀνόμοια καὶ σεσημμένα*] Florentina et Scal. *ὅμοια*, quod vertit Guilelmus, vnde *ἢ* ante *οἷα* inserui, et *τότε μὲν ἤδη* pro *τοῦτο μὲν ἤδη* dedi.

ἐπισημαίνειν — προέρχεται] Haec omisit Guilelmus. Sequens *ἢ* addidi. Pro *τέκνωσιν* Aldina *νέωσιν*. Versio Guilelmi habet *ad phuth*, suprascripto: *concipiendi*. Postea *ἀνωμάλοις* vulgatum cum Sylburgio correxi. Denique *οἷον καθίσταται* malim. In fine *αὐτῇ* pro *αὕτη* scripsi cum Sylburgio. *si non aliquid appetant* vertit Guilelmus.

5. *ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀκολουθεῖν αὐτάς*] Guilelmus, omisso *αὐτάς*, pro *δεῖ* posuit *operiri* (sic), cum deberet *oportet*.

νοσοῦντος [ἢ] ἔλαττω] Seclusi duce Scaligero particulam *ἢ*. Altero loco ante *κάμνει* damnauit eandem idem et in *ἢ* mutatam voluit.

ἐξερεύγεσθαι τὸ σῶμα] Haec praeteriit versio Guilelmi. *ἀλλὰ* sequens propter sensum addidi de meo.

6. *ὅταν μὲν πλεῖον τὸ σῶμα αὐτὸ*] Vulgatum *αὐτοῦ* Sylburgius in *αὐτῶν* mutatum volebat. *πλεῖον* Scaliger *plenius* interpretatur.

μενόντων] Pro *μενουσῶν* debetur Sylburgio. Guilelmus omisit primum verbum *φοιτᾷ*, deinde *σηπιδόνος*, postea *τήξεως*. Pro *καταμίξεως* posuit *defluentiae*, et *ἀλλὰ καὶ δριμυτέραν* vertit. Verba *καὶ ἄνευ μὲν τήξεως — θερμασίας* mire Scaliger vertit: *neque tamen pus concretum, sed liquidum repraesentat; quanquam non sine calore is*

mensium modus euenire solitus est. Videtur voluisse verba ita continuari: *καὶ ἄνευ — θερμασίας οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος τῶν σημείων.*

CAPVT II.

ταῦτα σκεπτέον] Scaliger et vulgatae Edd. *ταῦτα* omittunt. Deinceps *αὗται τελέως* vitiosa videntur esse. Scaliger cum *δῆλον* copulauit *τελέως*. Potius cum *πρόσθεν* iunxerim.

ὥσπερ εἰ — συνεγένοντο] Ita pro *συνεγένετο* cum Sylb. scripsi. Rectum erat *ὅταν — συγγένωνται.* Post *εἰς τὸν αὐτὸν τόπον* deesse videtur participium *δεχομέναις*. Deinceps vulgatum *οὐχὶ τὰς ὑστέρας* e versione Guilelmi correxi. Scaliger malebat *τῆς ὑστέρας εἴσω.*

πρόσθεν παντελῶς [*ἐχούσης*]] Verbum postremum sensum interpellat: hinc seclusi. Verbum *κυΐσκονται* omisit Guilelmus, et *πάντως* vertit *in omnibus.*

2. *αἰτίαν — τῇ φύσει*] Haec Guilelmus praeteriit. Deinceps *ἢ ῥῆγμα* omisit, et pro verbis *συσπασάσης ἐπὶ θάτερα αὐτῇ* posuit *simul tracta ad alteram ipsa.* Durum et obscurum locum pronunciauit Scaliger.

εἰς ὀρθὸν ἀεὶ ἔχειν] Ita praeeunte Guilelmi versione vulgatum *εἰς ὀρθὸν εἶναι* correxi.

διεστομωμένον φανερῶς] Prius omisit Guilelmus. *penitus clausum* vertit Scaliger. Sequens *εἰ* post *ἀλλὰ* seclusi, praeeunte Guilelmo, qui verbum *φοιτάτω* non reddidit.

3. *ἀνεστομωμένη — ἐὰν θιγγάνηται — αὐτὸ αὑτοῦ*] Vulgo erat *θιγγάνῃ*. Camot. *κἂν θιγγάνῃ, κἂν μὴ θιγγάνῃ.* Guilelmi versio habet: *etsi tangatur, etsi non tangatur.* Sequens *καὶ* omisit Camot. Equidem malim *καὶ μήτε κωφὸν τὸ στόμα, μήτε ἀλλοιότερον αὐτὸ αὑτοῦ.*

ἴστω σφόδρα] Guilelmus *οὕτω σφ.* reddidit. Deinceps verbum *ἀφιᾶσι* omisit. Postea *προΐεται* vulgatum correxi. Ante Sylburgium erat *προΐενται.*

4. *τῷ* [*μὴ*] *εὐθὺς*] Vulgatum *τοῦ μὴ εὐθὺς* correxi et negationem incommodam seclusi. In verbis *ἂν ἀπορρήσῃ*

vitium inest. Versio Guilelmi habet *significant quod appetito vacuae siccae*, omissis verbis *καὶ διψηραί*.

καὶ [μετὰ] ἀναισθησίας] Seclusi praepositionem. Sensus enim postulat, vt repetamus *ἄνευ*.

τό τε μὴ ἀλλοιότερον ἔχειν τὸ στόμα] Vulgatum *σῶμα* praeeunte versione Guilelmi correxi, vbi est *et tunc*, omisso vocabulo *ἀλλοιότερον*.

CAPVT III.

προελθούσης] *procedente* versio Guilelmi; vnde vulgatum *προσελθούσης* correxi. Eadem verba *καὶ ἀκούσας ἀφιεῖσας* omisit.

προσσπαστικὰς τὰς κοτυληδόνας] Aristoteles de Gener. anim. 4, 4. *τὸ μὲν οὖν ἕλκειν φάναι τοὺς τόπους τῆς ὑστέρας τὸ σπέρμα, καὶ διὰ τοῦτο πλείω γίνεσθαι, διὰ τὸ τῶν τόπων πλῆθος καὶ τὰς κοτυληδόνας οὐχ ἓν οὔσας, οὐθέν ἐστι.*

2. *ἄνευ πάθους, ὥσπερ ἡ κοιλία· καὶ ἀφιέναι, καὶ μεγάλας — αὐτῶν*] Hanc vulgarem scripturam emendaui. *ἄνευ πάθους* idem significat quod sequens *ἄνευ νόσου*.

ᾧ ἂν δέξωνται] Vulgatum *ὡς ἂν* correxi. Guilelmus verba *ἀλλὰ δύνανται ἢ νόσῳ· διὸ καὶ* omisit.

φαυλότερα ἐκτρέφουσι [δὲ] τὰ ἔγγονα καὶ οἷον ἐν ἀγγείῳ φαύλῳ τραφέντα] Verba haec, primo excepto, habet sola Camotiana, vnde adsciui, quoniam etiam Guilelmi versio reddidit: *enutriunt autem foetus et velut in vase paruo nutriti*. Seclusi tamen importunum *δέ*.

3. *ὁμαλὰ*] Guilelmus *regularia* vertit. Deinceps vulgatum *σιάλου· πολλαχοῦ μὲν καὶ* correxi. Guilelmus vertit *ore saliuamus et oblationem ciborum*, quasi scriptum legisset *στόματι σιαλοῦμεν καὶ τὴν προσφορὰν τῶν σιτίων*. Idem pro *ἵδρωμα* posuit *restauratio*. Sylburgius iam olim *τὸ σίαλον* et *τὴν προσφορὰν* maluit.

τύχῃ ὑγροτέρως] Vulgatum antea *ὑγροτέρας* correxit Sylburg.

4. *εἰ συμβαίνει*] Hae duae voces abundare videntur. Verba τήν τε ποιοῦσαν omisit Guilelmus. Totam phrasin obscuram et, vt puto, vitiosam Scaliger interpretatur: *efficique, vt mulier efficax sit. Imbecillitas autem illa ex eo oritur, quoniam semen ipsum corpulentum est.* Conieci τὴν δὲ ἐκποιοῦσαν ποιεῖ καὶ σωματώδη οὖσαν ἀσθενεστέραν.

καὶ ἰσχύειν μᾶλλον] Haec praeteriit Guilelmus, quo duce vulgatum ἀλλ' οὐ καὶ ἂν ἄλλως τὶς ὑγιαίνῃ correxi, et verba tria ab eo omissa seclusi. Ita enim vertit: *sed vbi et vir.* Deinceps transit, omissis intermediis, ad vsque verba Εἰσὶ δέ τινες αἳ πάσχουσι Capitis 3. et demum Cap. 4. post illa ἀλλὰ κουφότητι γίνονται redit ad hunc locum his verbis: *Cessit autem cito, si aliter quis sanus fuerit.* Scaliger, lacuna non obseruata, sententiam sic incrustauit: *Ceterum si quis et bona valetudine sit et aetate integra, etiam iuuatur ad celeritatem seminis emittendi.* Vnde Sylb. suspicabatur, eum scriptum voluisse ἀλλ' ἐὰν καὶ ἄλλως. Ceterum suspicor, huc pertinere verba suo loco mota et alieno inserta versus finem Capitis 3. ὅσα δὲ πνεύματι, πάντα ἰσχύϊ ἐργάζεται· ὥστε δῆλον ὅτι καὶ τὸ σῶμα προσσπαστικὸν τὸ τῆς τοιαύτης. quae Scaliger assuit alieno loco sectioni extremae 8. Capitis III. Nec dubitaui ea huc transferre, dum suus illis locus assignetur.

5. Ἔτι δὲ ἐνίοτε] Vulgatum antea Ὅτι correxit Sylburg. Ceterum tota haec sectio vulgo posita legitur initio Capitis VI. vbi eam sequuntur haec: Παύεται δὲ ταχὺ, ὅταν συνῇ. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ τἄλλα. quae nos alio, partim duce Scaligero, transtulimus. Hanc ipsam vero sectionem Scaliger transposuerat in huius Capitis ex nostra descriptione sect. 9. post verba ὅσοις μηδὲν, vbi nihil est, quod eam cum antecedente sententia iungat. Contra nostro hoc in loco desideratur tertii membri explicatio, cur vxores et mariti interdum post coitum vegetiores et robustiores appareant. Nam sectio antecedens siccitatis causam solam tractat; et recte Guilelmi Codex omisit verba a nobis seclusa καὶ

ἰσχύειν μᾶλλον, quae tractationem alienae causae cum siccitatis causa permiscent. Hoc autem in vestigio indagaui locum verum verborum in alienum male translatorum.

ἀλλ' ὑγιείᾳ] Leon. et Camot. *ὑγιία* habent. Deinceps vulgabatur *οὐδ' ἂν εἰ ἐκεῖνα ἄχρηστα ᾖ ἅμα καὶ ῥάω, οἷον πλησμονῆς ἀπαλλαγέντα,* quae Scaliger nescio quo ad semen retulit vertens: *quod sit et satis et vtile et facile ad habendum: quippe superfluis partibus exoneratum.* Cum de feminis sermo hic sit, non dubitaui neutrum genus in verbo *ἀπαλλαγέντα* mutare in foemineum; particulam *εἰ* suadente Sylburgio seclusi; cetera ita corrigenda coniicio: *ᾖ· ἅμα δὲ καὶ ῥάους γίνονται, οἷον πλησμονῆς ἀπαλλαγεῖσαι.* Interim post *ᾖ* interpunxi, vt lectorem in vestigia verae scripturae inducerem. Ceterum post verba *κουφότητι γίνονται* inserit Codex et versio Guilelmi, quae supra sect. 6. Capitis III. omiserat; nempe ita pergit: *Cessit autem cito, si aliter quis sanus fuerit.* Coniunxit igitur verba *Παύεται δὲ ταχὺ* (coniicio enim, Guilelmum *cessat* scripsisse, non *cessit,*) cum sequentibus sect. 6. *ἂν ἄλλως τὶς ὑγιαίνῃ.* Vulgo autem verba *Παύεται δὲ ταχὺ, ὅταν συνῇ,* legebantur inserta et assuta extremae huic sectioni nostrae post verba *ἀσθενεστέρας ποιεῖ.* Nec de loci possessione controuersiam mouit Scaliger, qui praefixa stellula sic ea vertit: *quanquam affectus ille cito tollitur, vbi tantundem repositum sit.* Quam sententiam equidem ne fidiculis quidem admotis extorqueri inde posse existimo. Sed ipse vir egregius dubitasse videtur, et deinde vere coniecisse locum, vnde verba ista in alienum translata fuerant; vt annotabimus infra ad Capitis VI. sectionem primam extremam.

6. *Ἂν ἄλλως*] Initio quaedam excidisse, testatur etiam versio Guilelmi antea apposita. Videntur haec loco suo mota esse.

ταχὺ σπέρμα ποιεῖ] Ita cum Guilelmo scripsi pro *τα-*

χύσπερμον. Sequens *οἴονται* vulgato *οἷόν τε* e versione Thomae et Scaligeri substitui.

αἰσθωνται· προϊέμεναι δὲ, τυγχάνουσιν] *ὑπολαμβάνουσαι. ὡς δεῖ*] Ita vulgo scriptum locum emendaui. Guilelmus verba seclusa omisit, et postea *συμπεσεῖν ἅμα*. Idem vulgatum *ἐπ' ἀμφοῖν* reddidit, quod correxit Sylburg.

Μάλιστα δὲ λανθάνει — πολλαπλάσιον] Hic totus locus in primis Edd. etiam Scaligeriana, et in versione Guilelmi, repetitus legitur in fine totius Fragmenti. Verum recte vidit et monuit Scaliger, frustra repetitum esse: igitur omisit ibi Sylburgiana eamque secutae Editiones.

ὅσαι οἴονται] Guilelmus *ὅταν οἴωνται* scriptum reddidit. Deinceps *δύνηται* cum Isingr. scripsi pro *δύναιντο*. Sequens *λειφθῇ* habet etiam Scaligeriana; vitiosum *ληφθῇ* est in Sylburgiana.

7. *γίνεται τὸ πάθος*] *Foetum* interpretatur Scaliger. *ἐξ οὐχ ἅπαντος* est in Leon. et Camotiana.

ἔλαβέ τις τόπος] E versione Guilelmi gemina *τις* addidi. Deinceps *παρέλιπε* Leon. et Camot. per compendium scriptum dederunt, ambigua scriptura. *περιέλιπε* dedit Sylb. *περιελίπετο* cum Scaligeriana vulgatae.

Ἔτι εἰ πολλὰ] Versio Guilelmi *sed multa*. Scaliger: *Igitur si multiplex foetus*. Idem Guilelmus *ὅπερ* cum Leon. et Cam. scriptum reddidit pro vulgato *ὥσπερ*: quare suadente Sylburgio sequens vulgo *γιγνόμενα* correxi.

ὥστε ἅμα καὶ κατὰ μέρος ἀδ.] Vertit Scaliger: *sed ita a toto decidi conuenit, si in singulis formis distribuatur, atque inde totum illud in multa partiatur. Neque enim et simul et particulatim potest.* Argumentum, de cuius vi dubitabat Scaliger, idem paulo dilucidius ita explicauit Aristoteles de Gener. 1. cap. 18. *Ἔτι ἀπὸ μιᾶς συνουσίας τῶν ζώων ἔνια γεννᾷ πολλά· τὰ δὲ φυτὰ καὶ παντάπασι. Δῆλον γὰρ ὅτι ἀπὸ μιᾶς κινήσεως* (ita Codex Accoramboni pro *κινήσεως*) *τὸν ἐπέτειον πάντα φέρει καρπόν. Καί τοι πῶς δυνατὸν, εἰ ἀπὸ παντὸς ἀπεκρίνετο τὸ σπέρμα; μίαν*

γὰρ ἀπόκρισιν ἀπὸ μιᾶς ἀναγκαῖον γίνεσθαι συνουσίας καὶ μιᾶς διακρίσεως. Ἐν δὲ ταῖς ὑστέραις διαχωρίζεσθαι ἀδύνατον· ἤδη γὰρ ὥσπερ ἀπὸ νέου φυτοῦ ἢ ζώου, οὐ σπέρματος, εἴη ἡ διαχώρισις. (Guilelmus scriptum vertit *ὥσπερ νέου φυτοῦ ἀπὸ ζώου, οὐ σπέρματος εἴη ἡ διαχώρισις.*) *Ἔτι δὲ τὰ ἀποφυτευόμενα ἀπ' αὐτοῦ φέρει σπέρμα. Δῆλον οὖν, ὅτι καὶ πρὶν ἀποφυτευθῆναι ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ μεγέθους ἔφερε τὸν καρπόν, καὶ οὐκ ἀπὸ παντὸς τοῦ φυτοῦ ἀπῄει τὸ σπέρμα.*

ἐντεῦθεν γὰρ — μυκτῆρσιν] Haec omisit Guilelmus, qui deinceps, vbi est *σύμφυσιν*, posuit *insufflationem*, igitur *ἐμφύσησιν* scriptum legit, aut, cum sit in Leon. et Camot. *εἰς φύσιν*, potius *εἰσφύσησιν*. Scaligeri versio hanc fere scripturam sequitur: *ἢ φύσει εἰς τὰ ἄνωθεν κοῖλα ὄντα ἢ πνεύματι ἕλκονται, ὥσπερ ἐκ τούτου τοῦ τόπου.* Equidem de lectione vera dubius haereo.

8. *ἀλλ' ἐν τῷ σώματι*] Ita pro *στόματι* Guilelmi versio, id est *intra corpus*. Sequens *οὖν* indidem inserui. Deinceps *τούτου* pro *τοῦτον* cum Scaligero scripsi. Postea *καὶ* et *ἢ* de meo addidi. Versio Guilelmi: *propter porum superius.*

τοῦ καυλοῦ] *canalis* vertit Guilelmus; igitur *αὐλοῦ* legit scriptum. Sequentem articulum *ἡ* addidi, vt copulam *καὶ* ante *εὔρουν*. Ceterum vbi est: *Ὅμοιον δ' ἐστὶ τοῦτο*, Scaliger merito malebat *ἐστὶν οὗτος*. Denique in fine *τοῦ ἔξω* scripsi cum Scaligero pro *τὸν ἔξω*.

9. *Ὅ τι δ' ἂν συμβάλληται εἰς τοῦτο, ταῦτα ποιεῖ τῶν παθημάτων*] Ita fere hunc locum scriptum voluisse et vertisse Scaligerum, monuit Sylburg. Equidem et haec cum tota sectione luxata et loco suo mota esse censeo. Hinc de sensu merito dubitatur. Guilelmus omisit *ποιεῖ* et *γόνιμον* et verba *τῶν αὐτῶν παθημάτων* reddidit *iisdem passionibus.*

ἑτέρου τὸ αἴτιον — τὰς ἀρχάς] *Quas caussas qui aut ad morbum aut ad mortem referunt in alterutro, id quod*

postremum est, loco principii contemplantur. Hoc autem animaduertere operae pretium est. Ita Scaliger haec vertit.

τοῖς δὲ οὐδέν] Guilelmus τὰ δὲ *haec autem* vertit. Paulo antea τοῖς μὲν malebat Sylburg. Sed incertum est, adhuc de viris an de feminis sermo sit. Post verba ὅσοις μηδὲν sequebantur vulgo verba Φανερὰ δὲ τὰ ζῶα — ὅταν καὶ τῷ ἄῤῥενι ἀνὴρ, quae nos, ducem Scaligerum secuti, transtulimus in Capitis VI. sectionem primam. Deinceps sequebantur vulgo verba Ὅσα δὲ πνεύματι — τὸ τῆς τοιαύτης, quae Scaliger extremae huic sectioni assuit, sed loco plane alieno; nos illa transtulimus in sect. 4. huius Capitis extremam. Postea Scaliger collocauit ea, quae nos in sect. 5. transtulimus, commodiore loco, vt puto, collocata.

10. δεῖ οὖν τοῦτο] Ita versio Guilelmi pro δεῖ δὲ καὶ τοῦτο. Deinceps οὔτε κυΐσκόμεναι malebat Sylburg. Guilelmus οὐδὲν προϊέμεναι vertit, omisso κυΐσκονται, et pro διὸ καὶ habet *quod.*

κατασκελετεύεται] Scaliger *attenuatur praeter modum,* Guilelmus *consumitur* vertit.

ὃν ἂν ἔχῃ — πρὸς αὐτὴν] Ita pro ὃ scripsi. Scaliger ὡς maluit, vti docet eius versio: *si eius tumor cum priore statu comparetur.* Pro ἀποβάλῃ Guilelmus *eiiciat* posuit, et deinceps *simile fit quale* pro ὁμοία ἐγένετο οἵα. Postea vbi erat πρότερον, e Camot. πρὸ τοῦ reposui.

Ἀναφέρουσι — εἰς τὸ δαιμόνιον, ὅ ἐστι] Guilelmus primum verbum vertit *auferunt;* sequentia tria omisit, et pro ὅ scriptum καὶ rectius legit. Denique πάσχουσι τὸ πάσχον vulgatam cum Scaligero correxi.

CAPVT IV.

ἐν τοῖς αὐτῆς ἔργοις] Sylburgii emendationem pro αὐτοῖς receperunt Edd. secutae eum. Scaliger monet σπάσμα dici pro σπασμός. Verbum ἑλκωθέντος Guilelmus vertit *trahente,* quasi ἑλκύοντος scriptum legisset.

2. *αἷς πως*] Guilelmus *αἷς πρὸς* scriptum vertit. Vbi est *οὐ χαλεπὸν*, idem vertit *sicut difficile*.

κἂν ἔλεγχος εἴη] Scaliger *ἀνέλεγκτος εἴη* coniecit: *argumento erit, ipsam eo vitio carere*.

δεῖν εἴρηται ἔχειν] Ita duce Guilelmo scripsi pro *δὴ εἴρηται ἔχειν*. Eodem auctore *μὲν* post *ἀμφότεροι* inserui et *πρὸς τὸ* scripsi, vbi erat *τῷ ἅμα πρ.* Camotiana *εἰς ἀμφότεροι δ. τ.* — *σύμμετροι ἅμα*, omisso *τῷ* articulo.

CAPVT V.

μάλιστ' ἂν φαίνοιτο, [τάδε,] πρὸς] Vulgatum *μάλιστα φαίνοιτο, πρὸς* correxi. *quae facile magis* Guilelmus vertit, quo duce deinceps vulgatum *τὸ δὲ πρὸς ἄλλας μὴ συνδρόμως ἔχειν* correxi. Is enim vertit: *cum autem ad invicem cum eodem cursu se habeant*.

Ἐὰν μὲν οὖν] Vulgo *ἐὰν γὰρ* erat e Scaligeri coniectura; nos sequimur versionem Guilelmi.

αἱ γυναῖκες βραδύτεραι· τοῦτο κωλύει· διὸ καὶ] Haec omisit versio Guilelmi, vbi deinceps est *aliter coniugati*.

οὐ γεννῶσιν μετ' ἀλλήλων, γεννῶντες δὲ] Ita cum Scaligero negationem retraxi e posteriore loco, vbi vulgo est posita ante *γεννῶντες*. Guilelmus *ἐννοίας* vertit *intentiones*.

CAPVT VI.

Φανερά] Haec vulgo inserta leguntur Capitis III. post sectionem 8. vbi desinit *ὅσοις μηδέν*. Scaliger vero transtulit ad Caput VI. inserta huic loco, cui congruunt. Idem vir egregius acute vidit, ea verba, quae vulgo Capitis VI. post verba *Ἔτι δὲ ἐνίοτε — τότε ἀσθενεστέρας ποιεῖ. Παύεται δὲ ταχὺ, ὅταν συνῇ*, inserta leguntur, discerpta hinc in alienum locum migrasse. Sylburgius auctoritatem Scaligeri sequi in ordinanda oratione non ausus erat; secutae autem Editiones Scaligeri versionem vbi addiderunt, capitum ordinem vulgarem retinuerunt; quo factum est, vt multis in locis, quae Scaliger aliter ordinauerat, Latina cum Graecis plane disconuenirent.

ὑφιζάνουσιν αὐταὶ] Versio Guilelmi *supponunt se ipsis*. Pro *ταῦτα πάθη* scripsi *ταὐτὰ*, et articulum *τὰ* ante *συμβαίνοντα* inserui. Post *ἐπιθυμίαν* deerat verbum, quod addidi.

προΐεται εἰς αὐτήν] Vulgatum *πίπτει ὑπ' αὐτὴν* Guilelmus vertit *cadit super ipsam*. Nostrum versione reddidit Scaliger *proiiciunt intra sese*.

καὶ ἀφεῖσα ὅταν καὶ τῷ ἄῤῥενι ἀνήρ] Hanc vulgarem scripturam manifeste vitiosam Scaliger ita vertit: *Hoc autem satis indicat, desiderio maris proiecisse tunc, tanquam si maris initum passa esset*. Tum stellula praefixa addit: *Nam sedatur ea affectio, si ineatur*. Voluit igitur scribi *ἀφεῖναι τότε, ὡς ὅταν τῷ ἄῤῥενι συνῇ. Παύεται δὲ ταχὺ, ὅταν συνῇ*. Sero tandem animaduerti, idem in mentem Scaligero venisse, quod mihi, antequam versionem Scaligeri comparassem. Nam Maussacus, qui verba graeca versioni addidit, colon omisit, ad quod verba referuntur, quae stella praefixa notauit. Neque haec res Sylburgium aduertit, cuius opera nimis perfunctoria fuit etiam in hoc libello emendando. Inductus igitur in verae scripturae vestigium loca antea male separata coniunxi, et verba in breuius contraxi.

Ποιεῖ δὲ τοῦτο] Haec a Scaligero in ordinem suum redacta legebantur vulgo inserta Capite VI. post verba *ἀσθενεστέρας ποιεῖ· παύεται δὲ ταχὺ, ὅταν συνῇ*. Ceterum vulgatum *τρέφουσαν — λαβοῦσαν* correxit Sylburg.

ᾀδουσῶν ἀκρίδων] Tales fuisse feminis graecis passim in deliciis, testantur epigrammata Anthologiae Graecae inserta.

αὐτόματοι ἔγκυοι] Versio Guilelmi *augmentatae* scriptum *αὐξηθεῖσαι* reddidit.

2. *πᾶν τὸ θῆλυ — ἑνὸς γένους*] Breuius Guilelmus vertit *si quod et in vno genere*. Igitur scriptum legit *εἴ τι καὶ ἐφ' ἑνὸς γένους — τοιοῦτο γιγνόμενον*.

τὸ ζῷον τὸ ὑπηνέμιον τούτου] Haec omisit verba versio

Guilelmi, et pergit *nisi quod non generare.* vnde vulgatum ἀλλὰ τῷ μὴ γεννᾷν correxi. Camot. et Leon. dedit οὐδὲν δὲ διαφέρει.

ἐπεὶ γυναῖκες ἐξονειρώττουσι καὶ ταύταις] Ita ante Scaligerum scriptum legebatur, atque ita Sylburgiana, quam recentiores merito deseruerunt. Versio Guilelmi istam scripturam, omisso verbo ἐξονειρώττουσι, reddidit, et deinceps *et istae sunt.* Igitur scriptum legit γυναῖκες καὶ αὗται εἰσι. Idem deinceps verba τὸν ὀνειρωγμὸν omisit, vt postea ἐν τῷ ἐξονειρωγμῷ, denique τοὺς ἐξονειρωγμοὺς et γόνιμον.

3. ἕλκουσιν] Ita cum Sylb. et versione Guilelmi scripsi, vbi erat ἕλκει. Deinceps ὡς τὰ μὲν Scaliger scriptum voluisse videtur Sylburgio. Vertit enim: *quare aliquae feminae per se ipsas generant, vt aues oua cassa.* Sane vulgatum ὧν bene cum ceteris verbis non coit. Igitur ὡς scripsi.

τὰ θήλεα, οἷον ὄρνις τὰ ὑπηνέμια] Versio Guilelmi *a femina autem* reddidit et post ὄρνις inserit *haec autem.* Post σῶμά τι inserui verbum ποιεῖ secutus versionem Scaligeri.

CAPVT VII.

ὅτι ἂν ἐξονειρώττωσιν] Ita vulgo legebatur scriptus hic locus, vbi Sylb. ὅτι infinito modo iunctum excusabat exemplis similibus. Verbum ἐξονειρώττωσιν omisit versio Guilelmi, vt deinceps particulam γάρ.

τὸ αὐτῆς ἕλκουσιν] Vulgatum ἕλκει correxi. Scaliger vertit: *ergo caprae quoque cur non attrahent id quod foras permeat; sicut iis euenit, quae gerunt vterum annos multos.* quem Sylburgius censet voluisse scriptum: διὰ τί ἄρ' οὐχὶ καὶ αἱ αἶγες ἕλξουσιν ὅπερ εἰς τὸ ἔξω διατείνει, οἷον γίνεται πάθος ταῖς. Verum neuter animaduertit, scriptorem libelli, certe Aristotele posteriorem, nunc vti incipere verbis Philosophi de Gener. animal. 4. cap. 7. vbi est de mola: ἣ γίγνεται μὲν ὀλιγάκις ταῖς γυναιξὶ, γίγνε-

ται δέ τισι τοῦτο τὸ πάθος κυούσαις. Τίκτουσι γάρ. Vnde vulgatam scripturam διατείνει· αἷς γίνεται emendare conatus sum. Sentio tamen, post Ἐνίαις deesse adhuc particulam aliquam, veluti μέντοι vel ὅμως.

συγγενομένης — δοξάσης] Hanc vulgarem scripturam emendaui ex Aristotele, vbi locus integrior sic legitur: τὸ μὲν πρῶτον ὅ,τε ὄγκος ηὐξάνετο τῆς γαστρός. — οὕτω διετέλει. Versio Thomae συγγενομένη et δοξάσασα reddidit.

κινδυνευσάσης αὐτῆς ἔτεκε] Ita vulgabatur; emendaui ex Aristotele, vbi vox εὐμεγέθη deest, et pro ἐνίαις peius est ἔτι. Pro ἕως ante Sylburgium erat ὡς.

2. Πότερον οὖν] Ita Guilelmi Codex pro δὲ vulgato. Ceterum Aristoteles ait, se causas rei inuestigasse in Problematibus iis, quae hodie non extant. Vnde suspicio mihi nata est, e libro perdito scriptorem huius libelli traduxisse, quae de causis molae subiunxit, eadem plane forma scripta, quam videmus in Aristotelicis Problematibus vsurpatam per quaestionis modum.

φυλάξαι πρὸς αὐτήν] Guilelmus *in se ipsa*. Deinceps vulgabatur ἐστὶ τὸ ἀπ' ἀμφοῖν — ἐνδέξαιτο. Camot. ἐνδέξατο habet. Sylburgius maluit ᾖ — ἐνδέχηται. Guilelmus vertit: *ponatur ab ambobus — contingit.* Igitur τίθηται ἀπ' ἀμφοῖν — ἐνδέχεται scriptum legit.

ἔμψυχον ληφθέν] Participium omisit Guilelmus. Equidem malim διὰ τὸ τὸ ληφθὲν ἔμψ. εἶναι.

κινουμένης τῆς ὑστέρας, προάγει] Secutus Scaligeri versionem vulgatum γινομένης — προσάγει correxi. Verbum hoc cum copula sequente omisit Guilelmus, vt postea verbum οἰχθῇ.

τὸ εἶργον, ἀλλὰ κατὰ σῶμα] Ita vulgabatur. In Leon. et Isingr. est οἶγον. Mutaui κατὰ in καὶ τὸ Scaligeri versionem secutus. Guilelmus vertit: *non enim prohibens est, sed secundum corpus emissum factum cum replebatur.*

ὅσα δὲ ζωοφορεῖ, οὐ τοῦτο πάσχουσιν ἀλλ' ἢ διὰ τὸ μεταβάλλειν — δεῖ γὰρ ὃ βαρύνει τὴν ὑστέραν οὐδὲν οἷόν τε

εἶναι φλεγμαίνειν] Ita Scaliger hunc locum scribi voluit, quem tamen aliter vertit: *At vero quae animalia viuum gerunt in vtero animal, eorum matrix ad expulsionem non solicitatur, nisi ipsa igneos calores, quos vocant phlegmonas, patiatur. Id quod fieri consueuit incrementum capiente foetu mutatoque in validiorem habitudinem. Quo tempore excitatur etiam ad vberiores cibos capiendos.* Equidem paucioribus contentus nihil nisi *τούτοις* et postea *τοῦ ἐμβρύου* de meo addidi, et *ταὐτὸν* in *τὸν* mutaui.

3. *ἀεὶ τῶν ὁμαλῶν· δεῖ γὰρ οὐ βαρύνειν*] Guilelmus *vniformibus* vertit. Scaliger: *aequali superficie contenta fuit.* Equidem malim *ἀλλ' ἀεὶ ὁμαλὸν μένειν, οὐ βαρύνει — οὐδὲ ποιεῖ φλεγμαίνειν:* nec dubitaui vulgatam scripturam *ὃ βαρύνει* et *οὐδὲν οἴει φλ.* mutare.

ὥστε ἐνίαις γε] Ita duce Guilelmo scripsi pro *ὡς*, et deinceps vulgatum *ἐντύχημα* correxi. Praeterea malim *ἐὰν μή τι εὐτύχημα.*

οἷον μύει ἤ] Haec omisit Guilelmus. *est enim quasi plena, sicut et cum clausa est* Scaliger. Scribi igitur voluit *οἷον καὶ ὅτε μύει.*

καὶ τὰ μὲν ἐν ἑψήσει] Addidi de meo *μέν.* Sequens *καὶ ταχυτῆτα* malim equidem mutatum in *ἐν τάχει* vel *κατὰ ταχυτῆτα.* Pro *ἀκρόταται* Scaliger coniecit *ἀκρατώταται, pessime temperatae cum sint interpretatus.* Guilelmus *πέρας tales* vertit, et *ἀκρόταται* omisit.

Ἔτι δὲ διὰ τὸ μὴ] Vulgatae Edd. *ἔτι δὲ μὴ* habent, Scal. et Sylb. *ἔτι δὲ τὸ μή.* E versione Guilelmi *διὰ* addidi.

ζῆν προΐεται τὸ ἔμβρυον] Vulgatum *προΐεσθαι* mutabat Sylb. in *ζητεῖν προΐεσθαι ποιεῖ τὸ ἔμβ.* Scaliger vertit *quem facit foetus vitae appetens.* Sed Guilelmus *emittit* posuit, vnde *προΐεται* dedi, quamquam verbum minus idoneum putem, quam *ποιεῖ.*

μολύνσεως ἔργον — δύνασθαι διακόπτειν] Vulgatum *κωλύσεως* correxi, viam monstrante Guilelmi versione *molliens eos opus est.* Deinceps erat vulgo *δύνανται.* Aristoteles

l. c. *τὰ δὲ θύραζε ἐξιόντα γίνεται σκληρὰ οὕτως, ὥστε μόλις διακόπτεσθαι καὶ σιδήρῳ.*

Τὰ μὲν οὖν ἔφυθα] Guilelmi versio *οὖν* praebuit: Scaliger *γὰρ* addidit, vnde manauit in Edd. vulgatas.

μεμολυμμένα] Vulgatum *ἀπολελυμένα* ita corrigi voluit Sylb. qui recte comparauit loca Aristotelica e libris Meteor.: et in gemello de mola est *ὅπερ ἐν τοῖς ἑψομένοις τὰ μολυνόμενα*, vbi Guilelmus vertit *molynsin passa.*

4. *Διότι*] Vulgare *ὅ,τι* correxi e versione Guil. vbi est *quare*. Pro *λέγουσιν* vertit *patiuntur* et pro *σχέσιν fusionem;* igitur *χύσιν* scriptum legit.

Ἄλλοτε μὲν γὰρ] De meo *γὰρ* addidi. Scaliger vertens: *Sed interdum confluunt in ventrem humores:* scribi voluit *ἀλλ' ἐνίοτε*. Verum sequens *ἄλλοτε δὲ* vetat id fieri. Deinceps *τοιαῦτα* mutaui in *τοιαύτη*. Referuntur haec ad feminam, non ad humores abundantes, vti docet *ἕξις*.

ὀδύνην παρέχει] Vulgatum *ὀδυνηρὰν* ita correxi cum Sylb. Versio Guilelmi *dolorem parturitionis ὠδῖνα* reddidit.

5. *συῤῥέον ἐκ τῆς σαρκὸς*] Deest *ὑγρὸν* vel *περίττωμα*. Sequens *μύλη* omisit Guilelmus.

γνῶναι, ἂν μύλη ᾖ, θιγγάνουσι ἐν τῇ ὑστέρᾳ] Vulgatum *γνῶναι, ἂν μύλη θιγγάνουσα ᾖ τῆς ὑστέρας*, Scaliger mutauit in *γνῶναι, ἂν μύλη ᾖ, θιγγάνουσαν τῆς ὑστέρας*, referens *θιγγάνουσαν* ad obstetricem. Sylburgius contra malebat: *ἂν μύλη τυγχάνουσα ᾖ τῆς ὑστέρας*. Equidem Scaligerum sequor, mutatione leui facta.

οἷον ὅτε παιδίον ἔχει μύλην] Ita vulgabatur; sed structura verborum flagitabat *οἷα*. Sequens *μύλην* recte omisit Guilelmus. *ἢ μύλην* vertit Scaliger. Contra vbi erat *στόμα τοιαύτη*, recte *τοιοῦτον* scribi iusst Sylburg. Postea malim *ἐὰν δέ τις ἀλλοῖος ᾖ ὄγκος, ἔσται.*

CVRAE POSTERIORES
AD ARISTOTELIS HISTORIAM DE ANIMALIBVS.

Ad I, 1, 5. καὶ τῷ ὅλῳ λέγεται κέρας. Dare volebam τὸ ὅλον. Sed in hoc loco ipse mihi nondum satisfeci. Scaliger vertit: *Aequiuoce enim refertur ad genus cornu, cum refertur pro figura aut toto:* quasi scriptum sit ὁμωνύμως — ἢ τῷ ὅλῳ λέγηται. In annotatione posuit: *admonuit nos, aequiuoce dici, si referantur ad nomen et rationem ea, quae sic appellantur. — Sane, inquit, alia ratio est τοῦ ὅλου, id est substantiae, officii, duritiei: alia figurae tantum, quae tanquam pars quaedam est illius totius, cuius similitudine nomen deductum est.*

Ad I, 1, 6. Vulgatam καὶ τὰ ἤθη. αἰτίαι δέ, ᾗ τὰ μέν, Scaliger corrigebat ita: ἤθη αἴτιαι, ᾗ, mutata interpunctione et sublata particula δέ. Itaque vertit: *Differentiae vero — mores, sunt caussae, propter quas alia sunt.*

Ad I, 1, 7. κορδύλος scribendum fuit, quemadmodum est in Cami editione. De accentu formae huius bene disputauit doctissimus *Bast* Epistolae Criticae p. 243.

Ad I, 1, 7. τὰ δ' αἰγιαλώδη. Malim αἰγιάλεια. Vide dicenda ad VIII, 20, 7.

Ad I, 1, 10. Καὶ τῶν ἀγελαίων καὶ τῶν μονωτικῶν τὰ μὲν πολιτικά, τὰ δὲ σποραδικά ἐστιν. Nihil variat versio Guilelmi nec Gazae. Scaliger autem verba priora sex aut omisit aut copulauit cum membro antecedente ita:

quaedam vero vtramque nacta naturam sunt, et gregatilem et solitariam. Camus mutata interpunctione scripsit: *ἐπαμφοτερίζει καὶ τῶν — μοναδικῶν. Τὰ μὲν πολιτικά.* At ita non solum ineptiae ineptiis permutantur in priore membro, sed posterius etiam seu nouum male adnectitur priori. Versio ambigua est: *ou indifféremment dans l'un et dans l'autre état.* Annotare mutationem omisit. Equidem vitium manifestum esse existimo: quomodo enim *μονωτικὰ* aut possunt esse *πολιτικά*, aut *σποραδικά*? Recte autem Gallus illa interpretatur *ils vivent en societé*, haec vero *ou sans union.* Igitur verba *καὶ τῶν μονωτικῶν* temere e superiore loco repetita censeo a librario, et delenda. Omisi in versione.

Ibidem: *οἷον οὓς καλοῦσι δρομάδας, θύννοι.* Gazae versio et Cami cursores a thynnis distinxit, contra Scaligeri eosdem fecit. Pertinet nomen commune cursorum ad tres nominatas species.

Ad I, 1, 15. *τὰ δὲ θυμικὰ καὶ φιλητικὰ καὶ θωπευτικά.* Cum Gaza *animosum* verti, Scaliger *iracundum* maluit, Gallus *le chien est brave.* *θυμώδη* supra Scaliger *animosum* interpretatus est. Locus est Politicorum 7, 6, 3. vbi custodes vrbis vult esse *θυμοειδεῖς*, cum Plato *ἀγρίους* esse voluerit, vt ait Stagirita, qui addit: *ὁ θυμός ἐστιν ὁ ποιῶν τὸ φιλητικόν.* Vides igitur, *iracundum* Scaligeri minus quam Gazae *animosum* conuenire. Potuisset etiam acrem dicere.

Ad I, 2, 2. *ξηρᾶς περιττώσεως.* Eandem scripturam, non vulgatam *τροφῆς*, versio Scaligeri reddidit, sine annotatione. Eadem sect. 3. verba postrema sic inuertit: *Hae igitur partes compluribus animalibus sunt communes: at illas, quae sunt necessariae, etiam omnibus inesse contigit.* Sed ita vis infertur verbis graecis.

Ad I, 4, 1. *τὸν αὐλὸν διὰ νώτου — Τὰ δ' ἀκάλυπτα βράγχια.* Omisi locum Plinii 9, 7, 6. *branchiae non sunt balaenis nec delphinis: haec duo genera fistulis spirant,*

quae ad pulmonem pertinent, balaenis a fronte, delphinis a dorso. Idem paulo antea sect. eadem: *Ora balaenae habent in frontibus, ideoque summa aqua natantes in sublime nimbos efflant.* Cum Plinio vertit Gaza διὰ νώτου, *a dorso*, Scaliger *in dorso*, multo peius: in annotatione monens, esse sitam versus occiput fistulam. Gallus Camus rectius *vers le dos.* Situm verum Philosophus minime ignorauit, vt admonui in Historia litteraria Piscium p. 149. Is enim de Partibus 4, 13. κεῖται δὲ αὐτὸς οὗτος πρὸ τοῦ ἐγκεφάλου· διελάμβανε γὰρ ἂν ἀπὸ τῆς ῥάχεως αὐτόν. In cranio situm fistulae generum diuersorum cetorum demonstrauit doctissimus *Merck* in Dissertatione inserta Actis physicis Societatis Lausannensis Vol. II. picturis illustrata. Graeca dictio διὰ νώτου spatium inter caput et dorsum significat, vt apud Herodotum libro I. de Pisistrato redeunte Athenas διὰ ἐνδεκάτου ἔτεος, *initio anni vndecimi.*

Sed inest alia huic loco difficultas, quam in annotatione non satis explicui. Verba Τούτων δὲ τὰ μὲν αὐλὸν ἔχει, — τὰ δ' ἀκάλυπτα βραγχία connexa haerent, nec separari possunt. Sed non apparet, quid ad praesentem tractationem attineat, apponere has partes, quippe ad generationem nihil facientes. Recte hoc admonuit Scaliger. Possumus et hic et alibi, imo debemus ordinem disputationis turbatum assignare statui librorum, quales acceperat atque in integrum restituere conatus erat Appellicon Teius. Altera difficultas est in altero membro diuisionis aquatilium τὰ δ' ἀκάλυπτα β. Expectabat enim lector, vt philosophus pergeret piscium branchias vel tectas vel detectas habentium tractationem explicare; nunc vero de iis tantum loquitur, qui branchias habent detectas. Intelligendum igitur est verbum ἔχει, seu potius repetendum ad membrum istud τὰ δ' ἀκάλυπτα βραγχία. Verum nec haec ipsa tractatio branchiarum pertinet ad generationem, sed est ab hoc loco aliena. Ceterum

verba οἷον τὰ σελάχη γαλεοί τε καὶ βάτοι mihi loco suo mota videntur fuisse a librariis, et statim collocanda fortasse sunt post καὶ τὰ καλούμενα σελάχη, hoc ordine: σελάχη, οἷον γαλεοί τε καὶ βάτοι. Ita bene respondebunt membro antecedenti: Καὶ τῶν ἐνύδρων τὰ κητώδη, οἷον δελφίς. Hanc rationem in versione secutus sum.

Ad I, 5, 2. καὶ ὅσα ἄλλα χρῆται. Hanc scripturam cum Mediceo habet versio Guilelmi. Camotiana cum Canis. ἄλλα omittunt. Haec moneo, ne lectorem annotatio fallat.

Ibidem: ἀλλ' αὐτοῖς νεῖ τοῖς πλατέσι. Editio Sylburg. Laemariana et Cami dederunt πλάτεσι, sed in Indice Sylburgiano est πλατέσι, sc. μέρεσι. Recte. De re noster ita de Partibus 4, 13. αὐτῶν δὲ τῶν πτερυγίων ἐν τοῖς πρανέσιν ἔχει τὰ δύο πτερύγια ἔχοντα μόνον, ὅσα μὴ κωλύεται διὰ τὸ πλάτος· τὰ δ' ἔχοντα πρὸς τῇ κεφαλῇ ἔχει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν μῆκος ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ἀντὶ τούτων κινήσεται· ἐπὶ γὰρ τὴν οὐρὰν πρόμηκες τὸ τῶν τοιούτων ἐστὶν ἰχθύων σῶμα. Οἱ δὲ βάτοι καὶ τὰ τοιαῦτα ἀντὶ τῶν πτερυγίων τῷ ἐσχάτῳ πλάτει νέουσιν. Ἡ δὲ νάρκη καὶ ὁ βάτραχος τὰ ἐν τῷ πρανεῖ κάτω (ἔχουσι), διὰ τὸ πλάτος τῶν ἄνω· τὰ δ' ἐν τοῖς ὑπτίοις πρὸς τῇ κεφαλῇ· οὐ γὰρ κωλύει κινεῖσθαι τὸ πλάτος· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἄνω ἐλάττω ταῦτα τῶν ἐν τῷ πρανεῖ ἔχει. Ἡ δὲ νάρκη πρὸς τῇ οὐρᾷ ἔχει τὰ δύο πτερύγια, ἀντὶ δὲ τῶν δύο τῷ πλάτει χρῆται ὡς δυσὶ πτερυγίοις ἑκατέρῳ τῷ ἡμικυκλίῳ. Atque hinc corrigi debet locus de Incessu c. 9. οἱ δὲ πλατεῖς τῶν ἰχθύων τῇ μὲν τῷ πλάτει χρῶνται τοῦ σώματος ἀντὶ τῶν πτερύγων, τῇ δὲ πτερυγίοις δυσί. Τὰ δὲ πάμπαν πλατέα, καθάπερ ὁ βάτος, αὐτοῖς τοῖς πτερυγίοις καὶ ταῖς ἐσχάταις τοῦ σώματος περιφερείαις εὐθύνοντα καὶ κάμπτοντα ποιεῖται τὴν νεῦσιν. vbi ex Aldina et Camot. οὐ τοῖς πτερυγίοις ἀλλὰ ταῖς rescribi iussit iam olim Sylburgius.

Ibidem: ὅσα τὸ πλάτος — ἀπολελεπτυσμένον. Gaza vertit *quaecunque suam latitudinem non colligunt in mu-*

cronem. Verum hoc esset graece ἀπωξυσμένον. Scaliger igitur rectius *quorum planities non est tenuis.* Et tamen Gallus vertit: *dont le corps, quoique large et plat, ne s'allonge pas vers la queue.* Scilicet raiae et similes lato corpore pisces cartilaginei et spinosi ipsa sua latitudine versus extrema attenuata vtuntur pro pinnis ad natandum; rana marina contra crassiori corpori pinnas additas habet. Loquor nempe cum Philosopho, qui pinnarum structuram et naturam in raiarum latitudine expansa non agnouit.

Ad I, 5, 6. Μέγιστα δὲ γίνεται ταῦτα τὰ γένη αὐτῶν ἐν τοῖς ἀλεεινοτάτοις, καὶ — ὕδασιν. Gaza vertit: *quae quidem genera grandiora locis tepidis redduntur, et mari potius aut dulcibus aquis, quam terra.* Omisit igitur τούτων. Similiter Scaliger: *Hae enim maxima capiunt incrementa in locis apricis: atque in mari potius, quam in terra, itemque aquis dulcibus.* Is praeterea animaduertit vitiosam breuitatem vulgaris scripturae. Cum enim verba μέγιστα — ταῦτα τὰ γένη τούτων (nempe τῶν ἀναίμων) ad mollusca referantur, existit e sequentibus μᾶλλον ἢ ἐν τῇ γῇ absurda sententia. In terra enim nulla mollusca vel nascuntur vel viuunt. Igitur Scaliger ad verba καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ — ὕδασιν subintelligi vult τὰ ἄναιμα. Quo remedio si vtimur, verba praescripta μέγιστα δὲ — ἀλεεινοτάτοις parenthesi includenda et separanda sunt, ita vt cum verbis antecedentibus οἷον τῶν μαλακίων ἔνια reliqua continuentur sic: καὶ ἐν τῇ θ. μ. (μείζονα γίνεται τὰ ἄναιμα) ἢ ἐν τῇ γῇ — ὕδασιν. Atque hanc rationem in versione sum secutus.

Ad I, 6, 2. ὅσα μὲν οὖν ζωοτόκα, οὐ πάντα τρίχας ἔχει — φολίδας ἔχει. Ad prius membrum merito adhaesit Scaliger: *nondum tamen*, inquit, *mihi genus illud compertum est inter quadrupedes, quod et animal pariat et careat pilo.* Accedit, quod supra cap. 4, 1. ζωοτόκα μὲν οὖν, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ φώκη καὶ τὰ ἄλλα,

ὅσα ἔχει τρίχας, posuit generatim viuipara esse animalia omnia pilis tecta. At non contra quaecunque viuipara sunt, pilis teguntur. Statim enim Philosophus hic subdit exemplum piscium cartilagineorum: cui subiungit iterum ὅσα μέντοι ἔχει τρίχας, ἅπαντα ζωοτόκα. Quomodo igitur inter quadrupeda potuit excipere vnum alterumue genus? Breuiter vt dicam, negatio tollenda est; eamque in versione seclusi.

Deinde discrimen inter λεπίδα et φολίδα signauit Gaza Plinium secutus ita, vt φολίδα *corticem* interpretaretur. Sed eo vocabulo alibi vtimur, nec bene atque accurate naturam duram φολίδος praesertim in testudine reddit vox latina, de suberis arboris cortice spongioso maxime vsurpata. Albertus in vertendo libri 3. c. 10. φολίδας interpretatur ita, vt animal diceret *squammosum et rugosum squammositate quasi punicea*, vbi postremam vocem equidem non intelligo. Scaliger *squallorem* interpretatus, et φολιδωτὰ *squallida*, vim vocabuli graeci non impleuit latina voce. Quare confugi in hac latini sermonis egestate ad antiquum vocabulum *squarra* e graeco ἐσχάρα deriuatum, vt docuit Ios. Scaliger ad Festum; vnde *squarrosum* ductum vsurpauit Lucillius. Romani scriptores ἐσχάραν *crustam* interpretati sunt inductam carni a cauterio aut in vlceribus sponte natam. *Crustam* vsurpare nolui, quoniam aliud genus animalium crustaceorum nomine appellamus.

Ad I, 6, 3. γένος καὶ ἐπὶ τοῖς ἔχουσι χαίτην, λοφούροις καλουμένοις. Bene cecidit error meus, cum relinquerem, quam tollere volebam scripturam vulgatam. Camus dedit γένος καὶ ἐν τοῖς λοφούροις καλουμένοις. Miro iudicio, cum in versione posuisset: *cependant les animaux qui ont un toupet de crin, forment un genre, qui a son nom particulier*. Scaliger recte vidit et admonuit, a Gaza temere omissa esse verba, quae pro speciei illius differentia ponerentur potius, quam λόφος ἐν οὐρᾷ. Nam

iumenta sola iubam illam in ceruice habere; leones et canes multos etiam in pectore: at non sola habere pilos in cauda; nam et bouem et vulpem et sciurum multo magis habere. Non esse igitur potest grammatici interpretatio, sed necessario hanc Philosophus posuit notam, quae genus λοφούρων aliunde appellatorum distinguit. Sed tamen leve aliquod vitium haesit in vulgata scriptura; coniunctio enim καὶ transponenda est ita: *ἐπεί ἐστιν ἕν τι γένος ἐπὶ τοῖς ἔχουσι χαίτην καὶ λοφούροις καλουμένοις.* Etiam in mutilata Cami scriptura copula καὶ plane otiosa et superuacua est. Ceterum Plinii exemplo Gaza et Scaliger λόφουρα *iumenta* sunt interpretati. Postquam haec scripseram, redii ad eandem cogitationem, et cum reperissem libri 2, 2, 10. bonasum in exemplo memoratum animalium ἃ δίχηλα ἅμα καὶ χαίτην ἔχοντα, Scaligeri sententiam confirmari ita existimaui. Sed alium scrupulum iniecit 2, 2, 3. vbi leo refertur ad ea ὅσα χαίτην ἔχει, cum ea definitione: τὰ δὲ δασύτερα τὸν αὐχένα ὁμοίως πάντη. Contra quae in superna colli parte tantum δασύτερα sunt, οἷον ὅσα λοφιὰν ἔχει, ὥσπερ ἵππος καὶ ὀρεὺς καὶ — βόνασσος, dicuntur λοφιὰν habere; atque is ipse bonasus, qui paulo post χαίτην dicitur habere, in exemplo ponitur eorum, quae λοφιὰν habent. Itaque in bonaso et in equo et mulo bis sibi ipse contradixit Aristoteles, aut falsam posuit distinctionem χαίτης et λοφιᾶς. Sane eam firmare videtur vsus Homericus in sue, cuius λοφιὰν is memorauit; sed equi iubam et poetae et scriptores prosaici χαίτην pariter, non λοφιὰν nominant.

Ad I, 6, 4. Poenitet me nunc et pudet, frustra Scaligerum admonuisse de noui capitis initio hinc capiendo, quod ipsa Philosophi verba satis praemonstrabant. Itaque in versione rectum consilium secutus fui.

Ibidem: γεύματος χάριν, περὶ ὅσων et reliqua. Scaliger veterem scripturam et distinctionem secutus ita vertit: *Haec igitur hactenus tanquam pro modulo quodam*

ac quasi gustus gratia apposita sint. Quas vero recognoscenda sunt ad contemplandum, et quantum operae iis sit dandum, accuratius postea declarabimus. Vt priore loco eas, quibus constituuntur, differentias — accipiamus.

Ibidem: *οὕτω γὰρ — ὑπαρχούσης τῆς ἱστορίας τῆς περὶ ἕκαστον.* Gaza: *Ita enim effici potest, vt via rationeque docendi vtamur naturae congrua, cum commentatio singulorum antecedat.* Scaliger autem: *Sic enim naturae praescripto viam rationemque huiusce narrationis, quae ad vnamquamque speciem pertinet, instituendum.* Annotatio mira haec addita est verbo *ὑπαρχούσης: non temere vox illa, sed signatissima. Subiectum enim est species demonstrationis: quae species cognoscitur ex ipsa narratione.* Verum egregius vir plane aberrauit a verbi *ὑπάρχειν* significatione, item a notione vocabuli *ἱστορίας*. Multo melius Gaza, quem immerito Scaliger vbique insectabatur. Respicit Philosophus argumentum huius ipsius operis, quod *περὶ τῶν ζώων ἱστορίαν* inscripsit, vt in Praefatione docui; in hoc sigillatim partes animalium, species, genera, classes, ordines, vitam, victum, mores, similitudines et differentias persequitur; in reliquis deinceps de partibus, de generatione et multis aliis, causas harum rerum omnium perscrutari atque inuestigare conatus est.

Ad I, 6, 5. *Ληπτέον δὲ πρῶτον τὰ μέρη τῶν ζώων, ἐξ ὧν συνέστηκε· κατὰ γὰρ ταῦτα μάλιστα καὶ πρῶτα διαφέρει καὶ ὅλα.* In annotatione dixi, mihi verba *καὶ ὅλα* ad membra et partes referenda esse videri, cum Gaza et Scaliger ad animalia retulissent. Vterque enim posuit *quod secundum has ipsa tota inter se et maxime et primum differunt.* Statim apparet, plane otiosum et inutile esse additamentum hoc in loco: alienum etiam locum occupauit post verbum *διαφέρει*, cum sequi deberet post *μάλιστα καὶ πρῶτα.* Mihi nunc transponenda videntur in eum locum, quem et commode et necessario ab initio

obtinuisse videntur. Scribo igitur: *Λεκτέον δὲ πρῶτον τὰ μέρη τῶν ζώων, ἐξ ὧν καὶ ὅλα συνέστηκεν.* Nunc video, etiam Scaligerum in paraphrasi versioni subiecta posuisse: *partes, inquit: quibus ipsa tota constituta sunt.* Hanc rationem in versione sum secutus.

Ibidem: *λεκτέον τὰ μέρη πρῶτον τὰ ὀργανικά, εἶτα τὰ ὁμοιομερῆ.* Cum ad hunc locum peruenissem conuertendum in latinum sermonem, primum manifesto intellexi id, quod antea sensu quodam animi obscuro percepisse mihi videbar, quam sint ineptae voces latinae reddendis graecis, quas commenti sunt Gaza et Scaliger. Ille enim *τὰ ὁμοιομερῆ*, ab Anaxagora primo vel excogitata vel vsurpata, *similaria, ἀνομοιομερῆ dissimilaria,* Scaliger illa *consimilia,* haec *disconsimilia* interpretatus est. Bene quidem Scaliger admonuit et demonstrauit ad initium operis huius, vocem *similaris* alteramque *dissimilaris* non solum contra analogiam sermonis latini effictam fuisse, sed minime etiam vim graecae exhaurire. Valuit tamen Gazae auctoritas apud plerosque omnes scriptorum graecorum vel interpretes vel lectores posteriores, qui Gazae versionem tantum tractarant, quippe editionibus vulgatis omnibus adiunctam, Scaligerianam autem fere plerique omnes ignorabant. In voce Theodori Gazae omissam aut oppressam querebatur Scaliger aptitudinem ad referendum, quae voci *similis* insit, quamque ipse, cum inprimis seruandam censeret, auxit, cum adiuncta praepositione *cum* vim mutuae cum aliis relationis adderet. Dixit igitur *consimilia.* At vero si dicit *partes consimiles* aut *condissimiles,* agnosco sane mutuam harum partium cum aliis relationem: verum vox graeca *ὁμοιομερῆ* cogit nos particulas omnes elementares partis alicuius inter se similes cogitare. Igitur inuentum Scaligeri quanquam analogiae sermonis latini conuenit, non magis tamen quam commentum Theodori vim graeci vocabuli reddit. Scaliger addidit, errasse non paucos, qui organica composita tan-

tum appellarint. Venam enim et neruum maxime organica esse; quae tamen sine controuersia inter simplicia connumerentur. Hic vereor admodum, ne vir egregius acumine ingenii abusus sit. Statim enim initio operis Aristoteles partes animalium partitur in *ἀσύνθετα* et *σύνθετα*. Illa ait diuidi *εἰς ὁμοιομερῆ*, haec vero *εἰς ἀνομοιομερῆ*, quae ipsa composita sint ex iis, quae *ὁμοιομερῆ* dicuntur. Hoc vero nostro in loco profitetur tractaturum se prius partes organicas corporis humani, deinde vero *τὰ ὁμοιομερῆ*. Vides igitur, non solum pro voce *ἀνομοιομερῆ* positam aliam, *ὀργανικὰ*, quae vsum et structuram partium significat, sed vtrumque etiam vocabulum respondere illis, quae ab initio operis posuit, *ἀσύνθετα* et *σύνθετα* vocans partes corporis animalium. Accedit auctoritas Galeni ab aliis laudata ita scribentis: *ἐγγίγνεται δὲ ἡ ἑνώσεως λύσις οὐ μόνον ὁμοιομερέσι τε καὶ ἁπλοῖς ὀνομαζομένοις μορίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς συνθέτοις τε καὶ ὀργανικοῖς*. Idem aut quisquis est auctor libri de Pila tradit, *τὰ ὁμοιομερῆ* vocata etiam fuisse *μέρη ὁμογενῆ* et *στοιχειώδη*, et vicissim *τὰ ἀνομοιομερῆ* etiam *ἑτερογενῆ* et *ὀργανικά*. Redeo ad conatus Gazae et Scaligeri graeca *ὁμοιομερῆ* vel *ὁμοιομερείας* latine reddendi, quos merito miramur; cum iam olim Lucretius I. versu 830 seqq. hac eadem in opera egestatem sermonis patrii testatus desperauisset. Cicero item cum vocem graecam simili latina assequi non potuisset, pluribus rem comprehendere conatus est Academ. Quaest. 4, 37. vbi *particulas minutas similes inter se* dixit *τὰ ὁμοιομερῆ*. Quid? quod ipsi Graeci, qui variare vocabulum ab Anaxagora inuentum voluerunt, in tanta graeci sermonis opulentia non tamen felicius euenerunt. Qui enim easdem particulas dixerunt *τὰ ὁμογενῆ* aut *ἁπλᾶ* aut *στοιχειώδη*, non idem totumque, sed simile aliquid et partem diuersis vocabulis assecuti sunt; quod manifestum fit inprimis, si contraria his vocabula, *ἑτερογενῆ* et *ὀργανικὰ* et *σύνθετα*, penitius

inspicias. Chalcidius ad Timaeum p. 291. vertit *eadem similia*, Rufinus in Clementis Recognitionibus 8, 15. *aequalitates partium*, multo obscurius. Quare subsistendum putaui intra conatum Ciceronis, et deserta Gazae Scaligerique auctoritate tutiorem circuitionis vsum in versione secutus sum. Ceterum iterum infra 4. c. 6. de tethyis: *ἄλλο δὲ οὐδὲν ἔχει μόριον οὔτε ὀργανικὸν οὔτε αἰσθητήριον, οὔτε τὸ περιττωματικόν.* quo loco Philosophum temere cauillatur Scaliger.

Ad I, 7, 1. *τὸ ἀπὸ αὐχένος — θώραξ.* Est vna et eadem notio thoracis in hoc loco; sed de auctoritate adiectae interpretationis fortasse dubitari possit. Si in contextu orationis posita fuerunt a Philosopho, scripsit is sine dubio *Τὸ δὲ ἀπὸ — κύτος καλεῖται θώραξ.* Atque ita haec verterunt Gaza et Scaliger. Gallus Camus male in priore loco thoracis nomen omisit.

Ad I, 7, 1. *λείσσωμα — λεισσώσει.* Vulgatum *λύσωμα — λυσώσει* Scaliger vertit *explicationem capillorum*, et haec annotat: *Λύσωμα est vnde erumpunt capilli supremo vertice: perinde atque ad nascendum inde exoluantur. Iccirco diximus* explicationem. Male igitur a verbo *λύειν* deriuavit. Gallus Camus *le point où les cheveux se séparent.* Infra libri 6. c. 3. s. 2. pro *ἑλισσόμενοι* in Codicibus est *λελισσωμένοι.*

Ad I, 8, 4. *αἰγωπόν· τοῦτο ἤθους — κράτιστον.* Merito Scaliger miratur, quo pacto caprinis oculis attribuat optimorum morum argumentum, cum capra sit animal maleficum dente, stolidum, stupidum, inuidum, salacissimum, foetidissimum. Praeterea raptrices aues omnes, quibus visus acutissimus a natura datus sit, fuluis oculis esse, non caprinis. Non igitur *τὸ αἰγωπὸν ὀξύτατον* esse. Plinium ex veterum sententia narrare, capras non minus noctu quam die videre. Locus est Plinii 8. s. 76. Idem 11. s. 51. *et caprae lumque splendent, lucemque iaculantur.* Scaligero assentiri cogit comparatio naturae

et morum caprae, vnde coniecturam duxerunt Graeci *φυσιογνώμονες*. Ecce id quod vir egregius quaerebat et coniectura assequi conabatur, Galeni locus e nostro excerptus, et in annotatione appositus, sponte offert; vnde apparet, verba a librariis transposita ita collocanda esse: *ἐνίοις αἰγωπὸν, τοῖς δὲ χαροπόν· καὶ τοῦτο ἤθους — κράτιστον*. Atque hanc scripturam in versione secutus sum, quanquam locus Plinii vulgatam tueri videatur. — Haec postquam scripseram, occurrit mihi locus Athenaei 8. p. 353. (301. Schw.) qui haec Philosophi verba excerpsit ita: *Καὶ τὰς ἰδέας δὲ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν οὐκ ἐμφερεῖς εἶναι· τοῖς μὲν γὰρ γλαυκαὶ, τοῖς δὲ μέλαιναι, τοῖς δὲ χαροπαί. Ἀνθρώποις δ' ὅτι παντοῖος ὁ ὀφθαλμὸς, ἠθῶν τε διαφορὰς εἶναι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγει· τοὺς μὲν γὰρ αἰγωποὺς τῶν ἀνθρώπων πρὸς ὀξύτητα μὲν ὄψεως εὖ πεφυκέναι, τὰ δ' ἤθη βελτίστους εἶναι. Καὶ τῶν ἄλλων τοὺς μὲν ἐκτὸς ἔχειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, τοὺς δὲ ἐντὸς, ἄλλους δὲ μέσως. Καὶ τοὺς μὲν ἐκτὸς ὀξυωπεστάτους εἶναι, τοὺς δὲ ἐντὸς κακοηθεστάτους· οἱ δὲ μέσως, φησὶν, ἔχοντες ἐπιεικεῖς. Εἶναι δέ τινας καὶ σκαρδαμυκτικοὺς, τοὺς δ' ἀτενεῖς, τοὺς δὲ μέσους· ἀναιδεῖς δ' εἶναι τοὺς σκαρδαμυκτικοὺς, ἀβεβαίους δ' εἶναι τοὺς ἀτενεῖς, τοὺς δὲ μέσους βελτίστων ἠθῶν.* Is igitur vulgatam loci scripturam cum Plinio tuetur, sed nouum errorem addit, dum *σκαρδαμυκτικοὺς* oculos facit impudentiae, *ἀτενεῖς* vero inconstantiae mentis signum. Tacent interpretes de supplemento illo orationis Aristotelicae *τοὺς δὲ ἐντὸς κακοηθεστάτους*, quod comparatio membrorum reliquorum obseruationis manifesto docet excidisse in Philosophi loco. Plinius etiam supplementum aliquod sed diuersum offert, ex hoc loco interpretatus: *prominentes, quos hebetiores putant: conditi, quos clarissime cernere.* Is igitur morali signo physicum substituit. Quid igitur, si suspicemur, vtrumque signum olim a Philosopho hic positum fuisse, vti de coloribus habet: *τοῦτο ἤθους βελτίστου ση-*

μεῖον καὶ πρὸς ὀξύτητα ὄψεως κράτιστον? Fuerit igitur fortasse scriptum: *Τούτων δὲ οἱ μὲν ἐντὸς μάλιστα ὀξυωπέστατοι ἐπὶ παντὸς ζώου· οἱ δ' ἐκτὸς ἀμβλυωπέστατοι καὶ κακοηθέστατοι· οἱ δὲ μέσοι ἤθους βελτίστου σημεῖον.* De re noster de Generat. anim. 5, 1. ita docet: *τοῦ δὲ πόῤῥωθεν ὁρᾷν καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πόῤῥωθεν ὁρατῶν ἀφικνεῖσθαι κίνησιν ἡ θέσις αἰτία τῶν ὀφθαλμῶν· τὰ μὲν γὰρ ἐξόφθαλμα οὐκ εὐωπὰ πόῤῥωθεν, τὰ δ' ἐντὸς ἔχοντα τὰ ὄμματα ἐν κοίλῳ κείμενα ὁρατικὰ τῶν πόῤῥωθεν, διὰ τὸ τὴν κίνησιν μὴ σκεδάννυσθαι εἰς ἀχανές, ἀλλ' εὐθυπορεῖν.* Xenophon in equo probat oculos prominentes de re equestri 1, 9. *καὶ μὴν τὸ ἐξόφθαλμον εἶναι ἐγρηγορὸς μᾶλλον φαίνεται τοῦ κοιλοφθάλμου, καὶ ἐπὶ πλεῖον δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ὁρῴη.* vbi postremum *ἐπὶ πλεῖον ὁρᾷν* non est *πόῤῥώτερον* seu longius prospicere, sed quoquouersus videre. Idem de Venatione 5, 26. de lepore: *βλέπει δ' οὐκ ὀξὺ διὰ πολλά. Τά τε γὰρ ὄμματα ἔχει ἔξω, καὶ τὰ βλέφαρα ἐλλείποντα καὶ οὐκ ἔχοντα προβολὴν ταῖς αὐγαῖς· ἡ ὄψις οὖν διὰ ταῦτα ἀμαυρὰ ἐσκεδασμένη.* Eiusdem denique Conuiuii 5, 5. in facetissimo de pulcritudine certamine cum Critobulo Socrates ipse *ἐξόφθαλμος* ita de virtute oculorum suorum praedicat: *Οὕτω μὲν τοίνυν ἤδη οἱ ἐμοὶ ὀφθαλμοὶ καλλίονες ἂν τῶν σῶν εἴησαν — ὅτι οἱ μὲν σοὶ τὸ κατ' εὐθὺ μόνον ὁρῶσιν, οἱ δ' ἐμοὶ καὶ τὸ ἐκ πλαγίου, διὰ τὸ ἐπιπόλαιοι εἶναι.* Respondet Critobulus: *Λέγεις σὺ καρκίνον εὐοφθαλμότατον εἶναι τῶν ζώων — ἐπεὶ καὶ πρὸς ἰσχὺν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἄριστα πεφυκότας ἔχει.* Scilicet cancri oculos non solum prominentes et pediculo insidentes mobili habent, sed etiam durio corio munitos. Oculi vero prominentes dum etiam a latere posita vident, vigilantiores esse videntur; hinc in equo Xenophon *τὸ ἐξόφθαλμον* laudat vt *ἐγρηγορός*.

Ibidem: *ἵπποι — ἑτερόγλαυκοι ἔνιοι.* Annotationi haec addo: Africanus Julius Cestorum p. 292. de equis: *οἱ δὲ ἑτερόμματοι καταφρονοῦντες καὶ πολέμου καὶ φά-*

σματος καὶ λεόντων. Hoc idem Oppianus Cyneg. 4, 116. de equis Mesopotamiae *χαροποῖς* affirmat.

Ad I, 9, 7. *κίων ἐπίφλεβος — καὶ πνίγει.* Scripturam *ἐπὶ φλεβὸς* non solum vsus sermonis graeci comprobat, quem ex Hippocrate explicuit Galenus, vbi homines macilentos, in quorum corpore venae extant, *ἐπιφλέβους* dictos testatur, sed etiam locus confirmat scripti inter Hippocratea de Morbis 2. c. 3. p. 206. ed. Mackii, quem comparauit Scaliger: *σταφυλὴ γίνεται, ὅταν ἐς τὸν γαργαρεῶνα καταβῇ φλέγμα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς· καὶ κατακρήμναται, καὶ γίνεται ἐρυθρός· ἢν δὲ πλείων χρόνος ἐγγένηται, μελαίνεται· μελαίνεται δὲ ὧδε· ἐπὶ φλεβὸς ἐστιν ὁ γαργαρεὼν παχέης, καὶ ἐπὴν φλεγμαίνῃ, θερμαίνεται, καὶ ὑπὸ τῆς θερμασίης ἕλκει, καὶ ἐκ τῆς φλεβὸς τοῦ αἵματος, καὶ μελαίνεται ὑπ' αὐτοῦ. Διὰ τοῦτο δὲ καὶ ἢν μὴ ὀργῶντα διατάμνῃς παραχρῆμα, ἀποσπαρθάζουσιν· ἡ γὰρ φλὲψ διαθερμαίνει, καὶ ὑπὸ τῆς θερμασίης ἐμπιπλεῖ τὰ περὶ τὸν γαργαρεῶνα αἵματος, καὶ δι' ὀλίγου ἀποπνίγονται.* quem Editor Vindobonensis a libris bonis paratior quam ab ingenio temere vitiauit scribendo *ἐπίφλεβός ἐστιν ὁ γ. καὶ παχὺς,* quanquam sequentia reclament. Ibidem vulgatum *γένηται* auctore Codice mutavimus in *ἐγγένηται.* Idem liber post *φλεβὸς* habet *πέφυκεν* pro vulgato *ἐστιν.* Denique hi duo loci confirmant scripturam Codicum supra, vbi de oculis est: *καὶ κεῖται ἐπὶ φλεβίου ἑκάτερος.* Auctor libri de affectionibus inter Hippocrateos c. 2. *ἢν δὲ ἡ σταφυλὴ κατακρεμασθῇ καὶ πνίγῃ, (ἔνιοι δὲ τοῦτο καλέουσι γαργαρεῶνα) — σχάζειν δὲ, ὅταν τὸ ἄκρον ὑπέρυθρον γένηται· ἢν δὲ μὴ τοιοῦτον γινόμενον τμηθῇ, φλεγμαίνειν θέλει, καὶ ἔστιν ὅτε ἐξάπινον ἔπνιξε.*

Ad I, 10, 1. *τὸ δ' ὀπίσθιον αὐχένος μόριον, ἐπωμίς.* *Ceruicem* cum Gaza Scaliger interpretatur, Camus gallice *chignon.* Vocis notio deinde latius patuit, vt variis scriptorum locis constat. Rufus Ephesius *ἐπωμίδα* ait esse

caput humeri, in quod tendit musculus deltoideus vocatus, exorsus a clauicula in homine, in cane aliisque animalibus, quae clauicula carent, a scapulae spina. Hunc musculum *ἐπωμίδι* proprium facit Galenus de officio partium corporis humani libri 13. c. 13. et 16. c. 7. et 8. Pollux 2. s. 133. *κλειδῶν τὸ μὲν πρὸς ταῖς ὠμοπλάταις ἐπωμὶς, τὸ δὲ πρὸς τῷ τραχήλῳ παρασφαγίς.* Idem s. 137. *τὸ μὲν ὑπερέχον τοῦ βραχίονος ἀκρωμία, καὶ ὤμου κεφαλὴ καὶ ἐπωμίς.*

Ibidem: *Τοῦ δὲ ποδὸς ὅσοις μὲν τὸ ἐντὸς παχὺ καὶ μὴ κοῖλον, ἀλλὰ βαίνουσιν ὅλῳ, οὗτοι πανοῦργοι.* Scaliger monuit, *ἐντὸς* esse pro *κάτω* positum, et latine *Plancos* dictos, qui planam plantam, *Scauros* contra, qui cauam haberent. Interpretatio ipsa cum obseruatione repetita extat bis in Polemonis Physiogn. p. 180. l. 19. *πόδες κυρτοὶ, οἱ κάτωθεν κοῖλοι, κακὸν ἄνδρα σημαίνουσιν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ μαλακὰ ἔχοντες καὶ ἕως τῶν σφυρῶν βαίνοντες πανοῦργοι οἱ τοιοῦτοί εἰσιν ἄνδρες.* Sed propius a nostri verbis p. 188. ed. Sylburg. *οἱ δὲ μὴ ἔχοντες τὸ ἀντίκοιλον τοῦ ποδὸς, ἀλλ' ὅλῳ βαίνοντες, πανοῦργοι, ὥσπερ καὶ τὴν ἀλώπεκα λόγος ἔχει.*

Ad I, 10, 6. *Λίγυες — ἑπτάπλευροι.* Annotationem de costarum numero aucto cum proceritate corporis a gentibus rudibus augebo exemplo equorum Maurorum et Libycorum apud Oppianum Cyneget. I, 294. vbi Libyci vt proceriores et ad cursum longiorem aptiores ita describuntur: *μείζονες εἰσιδέειν Λίβυες κρατεροὶ γεγάασιν, ἀλλὰ δέμας δολιχοί· πλευρῇσι γὰρ ἀμφὶς ἔχουσι τῶν ἄλλων πλευρὰ σπαθίην κτένα θ', οὕνεκεν εἰσὶ πάσσονες εἰσιδέειν, καὶ κρείσσονες ἰθὺς ὀρούειν.* Quem locum nuperus interpres, *Iac. Nic. Belin de Ballu*, ita mutauit, vt nesciat lector, quam scripturam vir doctus probauerit, et quomodo receptam interpretatus sit. Annotatio enim vulgarem explicare conatur; sed desinit subito in haec verba: *Sed hunc versum e Codice aliter dedimus.* Scripsit nempe

ex vno Codice Parisiensi B. ἔχουσι, τῶν ἄλλων πλεῦνες σπαθίην, κτένα τ' οὕνεκεν εἰσὶ π. εἰσ. In thaumaturgorum maximorum numero merito habuissemus Gallum, si scripturam talem interpretari aliqua saltem ratione conatus esset. Sed is lectorem plane destituit, ne periculo quidem facto artis criticae specimine aliquo insigni nobis approbandae. Scriptura Codicis poterat emunctae naris Criticum facile in vestigium verae inducere; quam seruavit Codex Venetus, in quo clarescriptum extat πλεῦνα. Igitur scribe πλευρῆσι γὰρ ἀμφὶς ἔχουσι τῶν ἄλλων πλεῦνα σπαθίην κτένα· τοὔνεκεν εἰσὶ et reliqua, hoc sensu: *circa enim pectus habent maiorem* vel *numerosiorem quam alii costarum pectinem.* Voluit poeta corpus procerius simul et eiusmodi, quod Graeci εὔπλευρον dicunt, id est pectore robusto et costis bene firmatum significare. Hac vero occasione inuitatus moneo lectorem, Gallum Collatione Codicis Veneti omnium fere optimi, sibi a doctissimo Belga *Van Santen* oblata, male fuisse vsum, multasque eius scripturas et omisisse et male interpretatum esse. Quod quidem eo confidentius affirmo, quod beneficio doctissimi et nobilissimi *De Diez*, ad quem thesauri Codicum Santeniani maxima pars lege auctionis peruenit, eadem Codicis Veneti collatione vsus sum. Fidem dictis facient pauca exempla.

Libri 1. versu 398. ὧδε μὲν εὖ κεράσειας· (canum genera) ἀτὰρ πολὺ φέρτατα πάντων φῦλα μένειν μονόφυλα, τά τ' ἔξοχα τεκμήραντο ἄνδρες ἐπακτῆρες. Ita cum Veneto scribe, vbi μένει vulgatur.

Versu 426. τοὶ κνώδαλα πάντα δίενται in locum vulgati δίονται substitue auctore libro Veneto.

Libri 2. versu 123. ᾔεν ἀντολίηθε Διόκλειον δέμας αἰπύ. De iugo montis ineptum δέμας varie tentarunt viri docti. Venetus δέπας dat; vnde facili coniectura eruere poterat Gallus verum λέπας.

Versu 181. ceruis adscribuntur τετράδυμοι ῥῖνες, πι-

συρες πνοιῇσι δίαυλοι. Quadruplices cerui nares defendit hoc etiam loco vsus *T. Bensley* in libro: The natural history and antiquities of Selborne. London 1789. quod didici e Beckmanni Bibliotheca Physico-oeconomica XVII. p. 3. Monuit is, ceruos et damas, vt antilopas, habere praeter nares duo foramina, quibus respirent et odorentur, dum aquae nares indunt.

Versu 605. memorat poeta tria genera simiarum, sed non nominat. Aristoteles *πιθήκους*, *κυνοκεφάλους* et *χοιροπίθηκον* nominauit. In libro Alberti XXI. est etiam Pygmaeus ex Aristotele, quem aliunde non noui. In verbis poetae Gallus antiquam et pessimam scripturam *τρισσὰ γένεθλα, κακῶν μίμημα πιθήκων* reduxit. Verum est *κακὸν μίμημα, πιθήκων*. Versu 609. Venetus liber habet *οὐκ ἀμφοῖν ἀτάλαντον ἐμερίσαντο ποθητὺν*, omisso *ἐήν*. Vnde suspicari licet, fuisse scriptum *ἐμοιρήσαντο*.

Libri 3. versu 352. de tigride est: *τοῖοι λαλαγεῦσιν ὀδόντες*. In Veneto est *λαλαχεῦσιν*. E Vaticano *σελαγεῦσιν* dedit Gallus; debebat inde efficere *σαλαγεῦσιν*, comparato libri 4. versu 74. *σαλαγεῦντος ἐπὶ δνοφεροῖο νότοιο*. vbi Venetus *σελαγεῦντος* habet. Alteram scripturam vindicat Hesychius.

Libri 4. versu 251 seqq. *ἐν δ' ὄρεος πιστῇσιν ἀγερμοσύνην ἐτάρησιν ἔντυον ἰθῦσαι Βοιωτίδος ἔκτοθι γαίης*. Venetus verum *ἔκτοθι* habet, quod annotare omisit Gallus.

Versu 370 seqq. puella vere flores colligens describitur: *ἀβλαύτοισι πόδεσσιν ἀν' οὔρεα πάντ' ἀλάληται ἄνθεα διζομένη· τὸ δέ οἱ μάλα τηλόθ' ἐούσῃ νηδύμιον προπάροιθεν ἴον μήνυσιν ἀϋτμή· τῇ δὲ μάλ' ἰάνθη μείδησέ τε θυμὸς ἐλαφρός· ἀλᾶται δ' ἀκόρητος, ἀναψαμένη δὲ κάρηνον εἶσιν ἐς ἀγραύλων δόμον ἀείδουσα τοκήων.* In hoc loco Venetus liber dat *ἀβλάπτοισι*, 170. *ἐούσης*: sed priorem varietatem omisit Gallus. Pro *ἀλᾶται* aperte vitioso, (prima enim syllaba est breuis,) Vaticanus dat



ἀλμᾶται spiritu cum leni scriptum; in quo secutus vestigium Codicis scribe *ἀμᾶται*, *decerpit*.

Ad I, 11, 4. *ὁ ὄνυξ ἐπ' ἄκρῳ· μονόκαμπτοι δὲ πάντες οἱ κάτω δάκτυλοι*. Pudet me nunc obsequii, quod Camo praestiti, mutata hac vulgata scriptura, quae etsi errorem continet, reprehensum etiam a Scaligero, mutatio tamen ineptiorem multo facit Aristotelem, qui pedum digitos simpliciter flexiles dixerit, quasi superiores vel manuum digiti non sint flexiles. Plinius hanc doctrinam non repetiit, nec ipse Philosophus de Partibus 4, 10. vbi est: *πολυσχιδεῖς οἱ πόδες τῶν ἀνθρώπων, οὐ μακροδάκτυλοι δ' εἰσίν*.

Ad I, 13, 9. *ἀλλ' ἐοικυῖα οἱονεὶ ἔντερον εὖρος ἔχον*. Iterum me pudet obsequii eiusdem. Video enim nunc, duas scripturas in vnam confusas a librariis fuisse. Veriorem liber Canisii habet: *ἀλλ' οἱονεὶ ἔντερον — ἔχον*. Altera fuit: *ἀλλ' ἐοικυῖα ἐντέρῳ — ἔχοντι*. Rem accuratius interpretatur Rufus in Fragmentis nuper editis p. 15. *πέφυκε γὰρ ἡ κοιλία κατὰ φύσιν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ στόμα κατεστραμμένον ἔχουσα ἐν τῷ δεξιῷ πρὸς τὴν ῥάχιν, εὐρύτερον ἢ τοῖς ἄλλοις ζώοις· ἐντεῦθεν δὲ στενώτερον γίνεται, εἶτα ὑποδύνει τὸ μεσάραιον καὶ ἐφεξῆς μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ κώλου*. et p. 17. *καὶ ἡ κάτω κοιλία ἀρχομένη μὲν κατὰ φύσιν εὐρυκοίλιός ἐστι, τελευτῶσα δὲ στενωτέρα γίνεται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, καθ' ὃ μέρος τῷ σπληνὶ προσείληπται. Ἔνθεν δὲ ἄρχεται αὐτή, προσπέφυκεν αὐτῇ τὸ καλούμενον τυφλὸν ἔντερον· κεῖται δὲ ἐν τῇ λαγόνι τῇ δεξιᾷ, καθ' ὃ μὲν ἄρχεται αὐτὸ εὐρυκοίλιον, ἀεὶ δὲ καὶ μᾶλλον στενούμενον, τυφλὸν ἐξ ἄκρου*. p. 20. *ἐντεῦθεν γὰρ ἀρξάμενον τὸ κῶλον παραφέρεται πρὸς τὰ ἀριστερὰ ὑπὲρ τοῦ ὀμφαλοῦ· ἐν δὲ τοῖς ἀριστεροῖς κατακάμψαν ὑποδύεται τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις*.

Ad I, 14, 2. *Κατὰ μὲν τὴν μεγίστην — μεσεντέριόν ἐστι*. Io. Heur. Schulzio in Historia Medicinae p. 361. hoc dicere voluisse videtur, venam portae iecinore traic-

eto ad cordis ventriculum dextrum cauae trunco deuehendum tradere sanguinem.

Ibidem sect. 3. *Περὶ δὲ τῆς φλεβὸς — κατ' αὐτὰς κοινῇ περὶ ἀμφοτέρων ἐροῦμεν ὕστερον.* De vitio admonui in priore annotatione. Quod si compares geminum locum capitis huius sect. 9. *περὶ ὧν ἐν τοῖς κοινῇ λεγομένοις διορισθήσεται, πῶς ἔχουσι,* et alterum ibidem paulo postea: *Λεκτέον δὲ καὶ περὶ ὑστερῶν κοινῇ πασῶν ἐν τοῖς ἑπομένοις*, facile subnascetur tibi suspicio, scriptum olim fuisse *καὶ καθ' ἑαυτὰς καὶ κοινῇ περὶ ἀμφοτέρων ἐροῦμεν ὕστερον.*

Ad Libri II. c. 2. sect. 5. *διὰ τὴν ὑπόστασιν τῆς κοιλίας· καὶ ἀστράγαλον δὲ ὅμοιον βοΐ, αἰσχίω δὲ καὶ μικρὸν, ὡς κ. μ.* Ita enim scribere volebam, sed inter commentandum vulgarem scripturam mutare sum oblitus. Ad priorem loci partem monuit Scaliger, Gazam *ἀπόστασιν* in libro suo repertum vertisse videri. Quod tamen vocabulum rei minus aptum quam *ὑπόσταλσις*, quanquam aliunde nondum annotatum. Quod attinet alteram loci partem, *αἰσχίω δὲ καὶ μικρὸν* malui, quam quod Guilelmus vertit *αἰσχρὸν δὲ,* quoniam ita facilius apparet origo erroris librarii. Illa vero, quae praeterea Guilelmus addita in libro suo reddidit *μὲν ἴδιον ὑπὸ παντὶ τῷ σκέλει,* nisi fortasse in voce *skeleo* vitiose scripta aliud vocabulum lateat, plane ab hoc loco aliena sunt. Suspicari possis, ea temere repetita fuisse a librario e loco superiore huius sectionis, vbi est: *καὶ γόνυ δ' ἔχει ἐν ἑκάστῳ σκέλει ἕν:* eo quidem magis, quod Scoti versio apud Vincentium *in vtroque pede* habet, quod fortasse translatum est e vitiosa scriptura *ἐν ἑκάστῳ σκέλει.* Denique in pedum camelinorum descriptione versio Scaligeri aberrauit etiam a vero, quae praeterea verba *ἐπ' ἄκρῳ* non reddidit. Grauissimus error in numero digitorum est. Nam is vertit: *A posteriore parte ad secundam vsque digitorum flexionem bipartitur pes: at anterior leuiter quadripartita est ad primos vsque nodos eorundem.* Τὸ *ἔμπροσθεν* et *ὄπισθεν* significant pedes

anteriores et posteriores duo, et verba ἔσχισται τέτταρα ἐπ' ἄκρῳ pertinent ad τὸ ἔμπροσθεν et ad τὸ ὄπισθεν, id est ad anteriores et posteriores pedes. In vtroque igitur genere, quod duos pedes complectitur, fissura gemina digitique quatuor sunt, hoc est ἔσχισται [εἰς] τέτταρα.

Ad II, 2, 10. οἷόνπερ πλάττουσι λαβυρινθώδη. Scaliger interpretatur dictum breuiter pro eo, quod debebat esse: οἷόνπερ πλάττουσι λαβύρινθον. Atque hanc equidem rationem praefero nunc illi, quam in annotatione priore edidi. Ita vero referimur ad quaestionem, quid sit, quod dixit fingi nomine labyrinthi. Grammatici λαβύρινθον interpretantur τόπον κοχλιοειδῆ, cochleae instar tortuosum locum. Vocabuli origo mihi ignota est. Genus cochleae indicari arguit Epigramma II. Theodoridae in cochleam marinam, incipiens Εἰνάλιε λαβύρινθε: nec aliud ibi nomen eius positum reperitur. Fortasse igitur πλάττουσι verbum referendum ad artifices, qui in columnarum lapidearum capitulis cochlearum figuras incidebant et fingebant.

Ibidem: τὸ μὲν πρανὲς ἔξω, τὸ δ' ὕπτιον εἴσω· καὶ τὰ μὲν κῶα — τὰ δὲ χῖα — ἔξω. Scaliger vertit: *vt superior pars extrorsum, inferior autem introrsum spectet.* vbi vocabula sedes suas permutasse puto. Nam quae in statu hominis recto *prona et supina*, πρηνῆ et ὕπτια, id est anteriora et posteriora, eadem in statu animalium horizontali *inferiora* et *superiora* dicuntur: quanquam Scaliger maluerit πρηνῆ partem coelo aduersam, ὕπτια auersam interpretari. De statu tamen recto hic dubitari non potest. Ceterum Scaliger tali diuersam faciem et iuncturam pluribus figuris descripsit et enarrauit. Partem πρηνῆ interpretatur tali partem tumore suo dorsi speciem prae se ferentem, quae extrorsum sub caudam spectet; alteram item extrorsum spectantem ad latus, vncam, χῖα vocatam. Reliquae duae intro spectant; altera spectat crura anteriora; altera, similis auriculae humanae, ad latus, κῶα vo-

cata. Antennas ait in coxae os se induere, atque imam partem huic similem in tibiae os demitti. Scilicet Scaligero etiam laus emendatae scripturae κῶα et χῖα pro κῶλα et ἰσχία debetur. Sed is quatuor tantum latera numeris signata fuisse statuit, et quidem externum, κῶα vocatum, senione, contrarium, χῖα, vnione. Senionem proprie quaternionem dicendum fuisse, sed senionis nomen (et veneris) a ludo cuborum translatum fuisse ad talos. Cetera nec persequi nec disputare hic vacat.

Ad II, 3, 7. λοφοῦρα· τούτων — μεῖζον γίνεται ὕστερον τὸ — ἰσχίου. Loci emendationem veram secutus est etiam Scaliger, falsam apposuit vel librarius vel typotheta in eius annotatione. Idem Scaliger contra hanc opinionem ita disputat: *Verum nobis, qui multos aluimus atque domuimus equos, facile fuit haec refellere. Crescit enim crus etiam ab suffragine ad vngulam. Argumentum de scalptu ridiculum. Nam si crus non crescit, et cetera in equis bellatoribus ad miram vsque crescunt magnitudinem, quomodo iam adulti atque perfecti scalpent? At scalpunt quidem.*

Ad II, 4. ὥσπερ τὸ τῶν ὑῶν γένος. Ὁ δὲ ἵππος ὁ ποτάμιος. Ad annotationem priorem addo haec. Gaza vertit: *aliis mediocre, vt generi suum, equo fluuiali, quem gignit Aegyptus. Iuba equi* et cetera. Scaliger similiter: *vt generi suillo et Aegyptio equo fluuiali, qui iubam habet.* Vterque igitur mentione rictus mediocris copulavit historiam equi fluuialis cum antecedentibus. In graeco autem nulla talis est copula; etsi velis scribere ὅ τε ἵππος ὁ ποτάμιος ὁ ἐν Αἰγύπτῳ· tamen in sequentibus deest iterum coniunctio, velut Οὗτος χαίτην μὲν ἔχει. Vitiosum igitur locum censeo; nec affirmare ausim, hippopotami rictum esse mediocrem.

Ad II, 5, 3. πλὴν ἐπὶ τὸ μῆκος τὸ τῆς χειρὸς ἐπὶ τὰ ἔσχατα τεῖνον καθάπερ θέναρ. Cum e versione Thomae τὸ ante μῆκος insererem, non animaduerti vitium in vi-

cinia latens. Gaza vertit: *nisi quod in longum se porrigat, et volam referens tendat ad postrema.* Scaliger: *quanquam porrectior ad extremum vsque, sicuti vola.* Camus: *excepté que la partie qu'on peut appeller la paume est allongée par derriere, et se termine par une callosité imitant assez mal le talon.* Gaza videtur scriptum legisse πλὴν ἐπίμηκες μᾶλλον, καὶ ἐπὶ τὰ ἔσχατα τεῖνον, καθάπερ τὸ τῆς χειρὸς θέναρ. Equidem malim καὶ τὸ κάτω τοῦ ποδὸς χειρὶ ὅμοιον, καθάπερ χειρὸς θέναρ, πλὴν ἐπίμηκες μᾶλλον καὶ ἐπὶ τὰ ἔσχατα τεῖνον· τοῦτο δὲ ἐπ' ἄκρου σκληρότερον. Atque hanc rationem in versione secutus sum.

Ibidem sect. 4. Ἔχει δὲ τὸν ἀγκῶνα καὶ τὸν μηρὸν βραχεῖς, ὡς πρὸς τὸν βραχίονα καὶ τὴν κνήμην. Gaza vertit: *Lacertos et femora habent breuia proportione cubitorum et tibiarum.* Gazam sequitur Camus. Scaliger: *superior brachii pars et coxa breues, si ad ulnae et tibiae magnitudinem referantur.* Nemo de vitio admonuit verborum transpositorum. Num vbi est hodie τὸν ἀγκῶνα, collocari debet ὁ βραχίων, et contra in locum eum, vbi est τὸν βραχίονα, succedere debet τὸν ἀγκῶνα. Ceterum admonendi sunt lectores, annotationes reliquas, quae ad sectionem hanc quartam pertinent inde a pagina 92. lin. 6. errore operarum transpositas legi supra p. 74. a versu 5. vsque ad paginae 76. versum 20. Idem error annotationem eam, quae p. 92. versu 8 — 13. legitur ὀνύχια], alieno loco collocanit; pertinet enim ad pag. 93. ad extremam sectionem 2. Quae ibi de κέρκῳ et οὐρᾷ legitur disputatio p. 74 et 75. augeri debet obseruatione Scaligeri ad Caput III. 3. p. 184. *Κέρκος, inquit, longior cauda est, quanta cebis et leonibus et bobus: οὐρὰ autem communius quiddam, et extremum tantum, qualis in piscibus.*

Ad II, 6, 1. οἱ ἰχθύες ἀκανθώδη — ὥστε μὴ ἐγκλίναιτο τὸ χεῖλος * * *. Locum emendare non difficile erat, nisi tum oblitus fuissem alterius de Partibus 2, 17. vbi est: καὶ γὰρ ὅσα μὴ δοκεῖ τοῖς πολλοῖς ἔχειν, οἷον

ἔνιοι τῶν ἰχθύων, καὶ οὗτοι τρόπον τινὰ γλίσχρον ἔχουσι, καὶ σχεδὸν παραπλησίως τοῖς ποταμίοις κροκοδείλοις. Οὐ φαίνονται δ' οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἔχειν διά τινα αἰτίαν εὔλογον. Ἀκανθώδης τε γάρ ἐστιν ὁ τόπος τοῦ στόματος πᾶσι τοῖς τοιούτοις. — ὥστε ἐὰν μή τις τὸ στόμα ἐπικλίνῃ, μὴ φαίνεσθαι ἀφεστηκὸς τοῦτο τὸ μόριον· ἀκανθώδης δ' ἐστὶν οὗτος ὁ τόπος· σύγκειται γὰρ ἐκ τῆς συμψαύσεως τῶν βραγχίων, ὧν ἡ φύσις ἀκανθώδης ἐστί. — Τὸν δ' οὐρανὸν σαρκώδη πολλοὶ καὶ τῶν ἰχθύων ἔχουσι καὶ τῶν ποταμίων ἔνιοι σφόδρα σαρκώδη καὶ μαλακὸν, οἷον οἱ καλούμενοι κυπρῖνοι· ὥστε δοκεῖν τοῖς σκοποῦσιν ἀκριβῶς γλῶτταν ἔχειν ταύτῃ. (Guilelmi Codex ταύτην.) Οἱ δ' ἰχθύες διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν ἔχουσι μὲν, οὐ σαφῆ δ' ἔχουσι τὴν διάρθρωσιν τῆς γλώττης. Ἐπεὶ δὲ τῆς τροφῆς χάριν ἐν τοῖς χυμοῖς ἐστιν ἡ αἴσθησις, τὸ δὲ γλωττοειδὲς ἔχει μόριον οὐ πάντῃ ὁμοίως (ταύτην addo), ἀλλὰ (ἐν addo) τῷ ἄκρῳ (τοῦ μήκους addit Codex Guilelmi) μάλιστα, διὰ τοῦτο τοῖς ἰχθύσι τοῦτ' ἀφώρισται μόνον. Postrema in editis libris vitiosa correxi. Cum his comparari debuerat nostri locus infra 4, 7, 4. vbi paene eadem verba leguntur. Est praeterea tertius locus de Partibus 4, 11. de lingua crocodili et piscium, vbi haec sunt: οἱ γὰρ ἰχθύες, οἱ μὲν οὐ δοκοῦσιν ἔχειν, ἂν μὴ σφόδρα ἀνακλίνῃ τις· οἱ δ' ἀδιάρθρωτον ἔχουσιν. E comparatione horum locorum duorum apparet, lacunam ita fere verbis ipsis Aristotelis interpolari potuisse: ὥστε μὴ ἐγκλίναντι τὸ χεῖλος μὴ φαίνεσθαι ἀφεστηκὸς τοῦτο τὸ μόριον. Atque hanc sententiam nunc versioni latinae insertam velim. Ceterum ἀνακλίναντι equidem formae ἐγκλίναντι et ἐπικλίναντι praeferrem.

Ad II, 7, 5. διαλάμπον δι' αὐτοῦ οἷον κρίκος. Vulgabatur antea διὰ τούτων. Gaza vertit: *quidam lucens — nulla pelle interceptus*. Scaliger *fulgidum quiddam* vertit, sed verba διὰ τούτων omisit. Recte Camus: *on apperçoit autour de l' oeil, à travers les membranes, quelque chose.*

Ibidem: *ἐνεργεῖ δὲ καὶ τῷ πνεύματι.* Scaliger, *Dubito*, inquit, *an sit scribendum τῷ πνεύμονι.* Verum cum idem quaerit, *Videndum, quid sit, membranas habere toto corpore firmiores τῶν περὶ τὰ λοιπὰ ὑπαρχόντων? Si sunt toto corpore, quidnam illud reliquum sit?* manifestum est, eum pulmonum naturam membranaceam chamaeleontis ignorasse. Hanc cum Philosophus vocabulo ὑμένων designare maluerit, apparet, Scaligeri coniecturam alienam esse.

Ad II, 8, 1. *ἔτι δὲ τὸ ἰσχίον — προσπεφυκὸς — ὥστε δοκεῖν διαιρούμενον — ἕτερόν τι μέρος.* Gaza vertit: *et clunem femori similem, longiorem sub ventremque medio tenus porrectum cohaesione perpetua, ita vt ipsum diuulsum femur esse videatur, sed enim femur parte alia iunctum tibiae est.* Scaliger: *Ad haec femur simile coxae, longum, ad medium vsque subeuntem atque affixum ventrem: quod cum auulsum est, coxam putes. At ipsa coxa, quae inter hoc et tibiam est, alia quaedam pars esse videatur.* Praeterea in annotatione posuit: *Femur adeo longum habere, vt eius pars medium sub ventrem transmissa ibi affigatur, pars extra sit, atque cruri innitatur. Igitur cum auellitur ea pars, superior, quae adhaerebat, videatur fuisse femur, ea vero, quae extabat et suberat, non femur, sed aliud quid.* Multa is in Gazae reprehendit versione, nec iniuria: de quibusdam tamen dubitari adhuc posse videtur, veluti, vbi post verba *τὸν δὲ μηρὸν μεταξὺ τῆς κνήμης, ἕτερόν τι μέρος*, repetit verba *δοκεῖν εἶναι*, atque ita vertit. Verum tum scriptum oportuit ita: *τὸν δὲ μηρὸν τὸν μεταξὺ*, addito articulo *τόν*. In vulgata accusatiuus pendet ab antecedente *ἔχει*. Itaque Aristoteles eam pedis partem, quae supra tibiam est, non affirmat esse *ipsam coxam*, quae alia quaedam pars esse videatur, sed potius diuersam esse a coxa partem. Gallus tamen Camus Scaligerum temere secutus est. Deinde in verbo *διαιρούμενον* inest dubitatio. Gaza *diuulsum*,

Scaliger *auulsum*, Camus *separée*, Albertus cum Scoto *quando abscinditur* vertit. *Διαιρεῖν* nusquam est pro *auellere* vel *abscindere*, sed vbique Aristoteles vsurpauit, vt significaret diuidere, discindere, dissecare, dissecando vel findendo vel fodiendo aperire, velut *σῶμα* vel *γῆν*. Notio dissecandi et aperiendi huic loco conuenire non videtur; corpus enim nullum, nec vlla pars hic aperitur ad demonstrandam naturam *ἰσχίου*. Relinquitur altera significatio *diuidendi*. Dicit igitur Aristoteles, coxam diuisam videri in duas. Sed ita sequens *μηρὸς*, qui interest illam et tibiam, refragatur. Superest alia ratio *diuidendi*, vt separentur ea, quae iuncta cohaerent. Coxa hic ventri submissa cohaeret; hanc si separemus et seiungamus a ventre, apparebit, veram coxam esse; partem vero sequentem aliam et a coxa diuersam. Comparemus nunc reliqua Philosophi loca. Igitur de animalium incessu c. 15. est: *δίποδος ὄντος καὶ οὐκ ὀρθοῦ, καὶ τὰ ἔμπροσθεν μέρη τοῦ σώματος κουφότερα ἔχοντος, ἢ ἀναγκαῖον ἢ βέλτιον πρὸς τὸ ἱστάναι δύνασθαι τὸν μηρὸν οὕτως ὑποκείμενον ἔχειν, ὡς νῦν ἔχει· λέγω δὲ, ὅτι εἰς τὸ ὄπισθεν πεφυκότα.* vbi verba *ὡς νῦν ἔχει* e Codice Accoramboni et versione Guilelmi addidi. Gaza vertit: *subiectum sic habere femur, retrouersus dico connatum.* Legit igitur scriptum *προσπεφυκότα* vel *συμπεφυκότα*. Sed coxa non potest dici simul connata esse et retrorsum versa. Omnino locus hic disconuenit nostro in eo, quod coxa retro conuersa esse dicitur, in nostro ventri subiecta: deinde coxa vocatur ea pars, quae retro conuersa cum tibia coniungitur; cum in nostro loco pars diuersa ea dicatur esse. Sed ibidem cap. 11. est: *αἴτιον δὲ μάλιστα τοῦ δίποδας ὄντας δύνασθαι ἱστάναι, τὸ ἔχειν τὸ ἰσχίον ὅμοιον μηρῷ, καὶ τηλικοῦτον, ὥστε δοκεῖν δύο μηροὺς ἔχειν, τόν τ' ἐν τῷ σκέλει πρὸ τῆς καμπῆς καὶ τὸν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀπὸ τῆς ἕδρας. Ἔστι δ' οὐ μηρὸς, ἀλλὰ ἰσχίον — νῦν δὲ μακρὸν ὂν, μέχρι παρὰ* (*ὑπὸ sub* vertit Guilelmus) *μέ-*

σην παρατείνει τὴν γαστέρα· ὥστ' ἐντεῦθεν τὰ σκέλη ὑπερηρεισμένα φέρει τὸ σῶμα πᾶν. Videamus nunc locum tertium multo manifestiorem de Partibus 4, 12. ἰσχίον δ' ἔχουσι μὲν οἱ ὄρνιθες πάντες, ἢ οὐκ ἂν δόξαιεν ἔχειν, ἀλλὰ δύο μηροὺς ἴσχει τὸ τοῦ ἰσχίου μῆκος· ὑποτέταται γὰρ μέχρι μέσης τῆς γαστρός. Αἴτιον δ' ὅτι δίπουν ἐστὶ τοῦτο τὸ ζῶον, οὐκ ὀρθόν· ὡς εἴγε εἶχε, καθάπερ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἢ τοῖς τετράποσιν, ἀπὸ τῆς ἕδρας βραχὺ τὸ ἰσχίον, καὶ τὸ σκέλος εὐθὺς ἐχόμενον, ἠδυνάτει ἂν ἑστάναι· διότι ὁ μὲν ἄνθρωπος ὀρθὸς, τοῖς δὲ τετράποσι πρὸς τὸ βάρος σκέλη ἔμπροσθεν ὑπερήρεισται. Οἱ δ' ὄρνιθες οὐκ ὀρθοὶ μὲν, διὰ τὸ νανώδεις εἶναι τὴν φύσιν, σκέλη δὲ ἐμπρόσθια οὐκ ἔχουσι διὰ τοῦτο· πτέρυγας γὰρ ἔχουσιν ἀντ' αὐτῶν. Ἀντὶ δὲ τούτου μακρὸν ἡ φύσις τὸ ἰσχίον ποιήσασα εἰς μέσον προσήρεισεν, ἐντεῦθεν δὲ ὑπέθηκε τὰ σκέλη, ὅπως ἰσοῤῥόπου ὄντος τοῦ βάρους ἔνθεν καὶ ἔνθεν πορεύεσθαι δύνηται καὶ μένῃ. Quem locum e versione Guilelmi correxi. Sed superest in verbis εἰς μέσον προσήρεισε vitium vel lacuna. Gaza vertit: *duxit ad medium corpusque pronum fulciuit, et crura subdidit.* Videtur igitur scriptum legisse εἰς μέσον τὸ σῶμα προσήρεισεν. Initio vero Guilelmus vertit *vt non vtique*, vbi scriptum legit ὅπως οὐκ ἂν δόξαιεν ἔχειν. Gaza: *quanquam non clunem, sed femora bina habere propter longitudinem clunis videantur.* Videtur igitur in suo libro legisse ἀλλὰ δύο μηροὺς διὰ τὸ τοῦ ἰσχίου μῆκος. Quae scriptura videtur locum istum in concordiam redigere cum hoc nostro, de quo disputamus. Nam vtrobique os primum agnoscit pro coxa, alterum pro diuerso, tertium demum pro crure. Quod attinet ad rem, errorem Philosophi correxit iam olim Fridericus II. de Arte venandi p. 40. *Haec autem duo focilia, quae nos dicimus constituere crus, a quibusdam appellantur coxa, qui etiam, quod superius est, appellant supra coxam. Os vero vnicum iungitur extremitati duorum focilium inferius et protendi-*

tur usque ad digitos pedis, et hanc partem multi appellant crus seu tibiam; nos tamen opinamur magis, quod sit de pede. Scilicet os, quod cruris nomine significat Aristoteles, metatarsum cum Gallo *Vicqdazyr* appellandum censeo, vt dixi in annotatione ad eum locum p. 27 seqq.

Scaliger Gazam reprehendit, quod *ἰσχίον clunem, μηρὸν coxam* verterat. *Nam,* inquit, *τὸ ἰσχίον non sunt clunes, quoniam neque culum attingit, vt sint quasi culunes; et in auibus clunes vropygium esse docuimus simul cum postremo ventre, quem* Croupion *vocant Galli. Neque μηρὸς femur est, sed coxa. Femur enim summa coxae pars est, qua fertur ac fert.* De vropygio idem p. 212. ita: *κέρκος cauda est vera, quae extra reliquum corpus exit, vt equo et aliis: οὐραῖον est cauda corpori continuata, qualis piscibus: οὐροπύγιον est caudilla, cuiusmodi in auibus videtur postrema corporis parte, venabuli figura. Plinius neque vropygii neque clunium facit mentionem. Nos vtrumque idem esse in auibus contendimus. Sunt enim, quemadmodum alibi diximus,* culunes. — *Nemo dubitat, οὐροπύγιον esse vocem compositam ex cauda et natibus: quare clunes partes culum circumstantes sunto: clunem autem in singulari eam intelligo. Est etiam ὀῤῥοπύγιον scriptum. Quoniam ὄῤῥος sedis pars, vt alibi dictum est. In libro περὶ πορείας appellat locustae marinae caudam ὀῤῥοπύγιον.* Equidem vocabulum *clunes* abdicaui tanquam inusitatum et falsum de cauda auium, et mallem Scaligerum *caudillam* potius vsurpasse. Graecum repetii semel, ceterum *caudam* appellaui. *Clunes* male deriuauit Scaliger e fonte latino; est graecum *κλόνις*, quod os lumbare significat, vt apparet e loco Antimachi apud Pollucem 2, 178. *κλόνιός τε θοραίης σφονδυλίων ἔξ.*

Ibidem 2. *τὰ δὲ πλωτὰ στεγανόποδά ἐστι, διηρθρωμένους δ' ἔχει καὶ χωριστοὺς δακτύλους.* Gaza *planipe-*

des vertit, deinde *perfectos distinctosque digitos.* Scilicet Plinii editiones primae ita habebant, vbi nunc est *palmipedes.* Idem Plinius 10, 22. s. 27. annotauit, Messalinum Cottam primum *palmas pedum* anserinorum in cibum torruisse. Quare non veritus sum, vt Scaliger, vocabulo Pliniano vti. In verbis *καὶ χωριστοὺς δακτύλους* haesisse vitium videtur. Primum articulus necessario adesse debere videtur ad vocem *δακτύλους*. Deinde *δάκτυλοι χωριστοὶ* vix diuersi sunt a *διῃρημένοις*. Gaza tamen hos *digitatorum* nomine complexus illos *distinctos* vertit. Scaliger illos *dissitos*, hos *distinctos* interpretatur. Bene, modo in verbis inesset ea vis. At si mecum *χωρὶς τοὺς δακτύλους* scripseris, difficultatem omnem effugies: eamque rationem in versione secutus sum. Ceterum diligentius noster pedum hanc naturam docet de Partibus 4, 12. *οἱ πλωτοὶ τῶν ὀρνίθων οἱ μὲν ἁπλῶς εἰσι στεγανόποδες, οἱ δὲ διῃρημένην μὲν ἔχουσι τὴν καθ᾽ ἕκαστα τῶν δακτύλων φύσιν, πρὸς ἑκάστῳ δ᾽ αὐτῶν συμπέφυκεν οἷον πλάστῳ καθόλου συνεχής.* vbi Gaza vertit: *sed singulis annexa latitudine cutis veluti spudiculas ductu perpetuo gerant.* Sed Guilelmus: *velut quod latum per totum continuum.* Legit igitur scriptum *οἷον πλατὺ — συνεχές.* Sed *πλάτη* scribendum esse apparet, i. e. *velut palmula remi.* In sequenti mox membro: *τοὺς πόδας ἔχωσι πρὸς τὴν νεῦσιν· γίνονται γὰρ ὥσπερ κωπῆρες πλέουσι, καὶ πτερύγια τοῖς ἰχθύσι.* Codex Accoramboni vocem *χρησίμους* addit, quam versio Gazae reddidit. Sed Guilelmus in Codice integriore scriptum legit et vertit: *τὸ δέρμα ἄχρις ὀνύχων καὶ τοὺς πόδας εὐχρήστους ἔχωσι πρὸς τὴν νεῦσιν.* Vertit enim: *et pellem vsque ad vngues qv. pedes vtiles habent ad natationem.* De digitis separatis sed lobatis est ibidem antea: *τὰ δὲ στεγανόποδα καὶ διῃρημένους μὲν ἔχοντα τοὺς πόδας, σεσιμωμένους δὲ ὡς ἐν τῷ αὐτῷ γένει ὄντα τοῖς στεγανόποσι, τὸν μὲν αὐχένα* etc. vbi Gaza vertit: *sed parum diductis digitis sunt.*

Guilelmus contra: *sonos autem habentes.* Quid verbi scriptum legerit vterque, incertum est. Vulgare certe non reddiderunt, idque manifeste vitiosum est.

Ibidem sect. 5. (quae verbis *Γένη δ' ἔνια τῶν ὀρνίθων* in margine adscribi debuit) *τὰ μὲν αὐτῶν τῶν πτερῶν ἐπανεστηκότα* (λόφον). Gaza vertit: *pennarum eminentia quadam extructam.* Scaliger: *surrectis pennis constantem.* Recte; sed graeca vitiosa aut mutila sunt. Aut enim *ἐξ* ante *αὐτῶν* excidit, aut, quod malim, *ἐπανεστηκότων* scribendum est.

Ad II, 12, 2. *ἀνήρτηται δ' αὐτῆς τὸ ἄκρον, ᾗ συνάπτει τὰ βράγχια ἀλλήλοις.* Versionem Gazae prius apposui. Scaliger ita vertit: *atque his appensum est eius summum, qua parte laeuae dextraeque branchiae committuntur. Multi quoque alii ex corde meatus in vnamquamque branchiam protenduntur maiores minoresque pro corporum portione. Caeterum in magnis piscibus valde crassus tubus est.* Camus: *le sommet de leur coeur est attaché au point où les ouies viennent de droite et de gauche se reunir, et il y a d'ailleurs d'autres conduits — et qui sont plus ou moins forts à proportion de la lame. Le canal qui va du sommet du coeur aux lames les plus grandes est blanc et fort épais.* Grauis error est Cami in postremis, vbi graeca *τοῖς μείζοσι — τοῖς ἐλάττοσι — τοῖς μεγάλοις αὐτῶν* ad branchias, non ad pisces retulit. Gaza postremum membrum *τοῖς μεγάλοις αὐτῶν* omisit. Scaliger ambigue dixit *atque his appensum est,* vbi *his* referre possis ad praecedentia pectus et caput. Idem temere addidit: *multi quoque alii ex corde meatus.* et in annotatione posuit haec: *Nota et illud: cum meatus vllius nullam fecerit mentionem, dicit tamen εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι πόροι. τὸ ἄλλοι nanque otiosum est.* Non nominauit quidem, significauit tamen Philosophus meatum ex apice cordis ad superiora tendentem verbis: *ἀνήρτηται δ' αὐτῆς τὸ ἄκρον, ᾗ συνάπτει τὰ βράγχια:* et statim sequitur: *ὁ δ' ἐπ' ἄκρας τῆς καρδίας —*

σφόδρα παχὺς αὐλός ἐστι. Ceterum in vulgari scriptura, quam Guilelmi etiam Codex optimus habuit, *εἰς τὸ συνάπτει,* latere crediderim vestigia integrioris *εἰς τὸ μέσον, ᾗ συνάπτει*, quomodo est in loco de respiratione. Ita enim optime et suspensus situs apicis et nexus indicatur. Meatus ceteros ex corde ad branchias tendentes locus de Respiratione c. 16. paulo accuratius designat ita: *ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν τῆς καρδίας μὲν ἕτεροι τείνουσιν εἰς ἄκρον ἑκάστου τῶν βραγχίων, δι' ὧν ἡ κατάψυξις γίνεται πρὸς τὴν καρδίαν, διαυλωνίζοντος ἀεὶ τοῦ ὕδατος διὰ τῶν βραγχίων.* quae Gaza vertit: *hinc autem et inde e corde protenduntur et alterae in extremitatem singularum branchiarum, per quas refrigeratio fit ad cor, decurrente semper aqua per branchias.* Conr. Gesnerus in Physicarum Meditationum libro V. p. 243. annotauit ad hunc locum haec: *τῆς καρδίας μὲν ἕτεροι. Abundat μὲν, malim αὐλοὶ, et vbi ἕτεροι, Alcyonius duae vertit. Sed quomodo duos dicit, si ad singulas extremitates branchiarum singuli perueniunt meatus? branchiae autem aliis plures, aliis pauciores sunt. In paruo pisce mihi inspicienti vnus tantum meatus a medio corde exire visus est ad branchiarum medium locum, atque ibi in vtramque partem ramulos emittere, quos propter paruitatem vix vidi. Verbum διαυλωνίζοντος sic verto:* aqua per branchias semper reciprocante. *Δίαυλος enim est cursus reciprocus, obeundi scilicet stadium ac mox redeundi, ita cursus fit διστάδιος, et metaphorice pro reflexu et recursu. διαυλωνίζειν tamen simpliciter exponunt per angustum fluere vel flare, vt ventus per locum angustum.* De verbis primum videamus, et de postremo quidem primo loco. *Διαυλωνίζειν* Suidas interpretatur *διὰ στενοῦ ῥεῖν.* Auctor scholii ad Pindari Ol. X, 76. exscripti in Etymologico M. p. 743. quod hodie frustra in Pindaricis quaerimus, ita: *διαυλωνίζειν λέγουσι τοὺς ἀνέμους, ὅταν διά τινος ὁμαλοῦ καὶ στενοῦ διαπνέωσι.* Grammaticus alius in Athenaei Dipnosophi-

stis 5. p. 230. Schw. διαυλωνίζειν φαμὲν τὸ δεχόμενον ἐξ ἑκατέρου πνεῦμα χωρίον. De loco tamen ipso vsurpatum verbum nondum reperi. Est omnino per locum cavum vel angustum transire. Quanquam autem Eustathius in loco ab H. Stephano laudato commemoret τὸν τῶν πνευμάτων ἀνακαμπτικὸν διαυλωνισμὸν, dubito tamen de hac verbi significatione, quae pertinet ad δίαυλον, cursum reflexum, quem cogitauit etiam Conr. Gesnerus, vbi διαυλωνίζειν *reciprocare* interpretatur. Sed a voce δίαυλος formatum verbum διαυλοδρομεῖν diuersam habet significationem, quam docet locus Aristotelis de Gener. Animal. 2, 65. ὥσπερ τῆς φύσεως διαυλοδρομούσης καὶ ἀνελιττομένης ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ὅθεν ἦλθεν.

Nunc ad locum Aristotelis et rem redeo. Pro μὲν inutili Alcyonius δύο scriptum vertit, quod interim probari potest. Quanquam enim plures sint branchiae, vnus tamen vtrinque truncus esse potest, qui deinceps plures dimittit ramos ad branchias, vt ex apice vnus est truncus arteriae pulmonalis, αὐλὸς a Philosopho vocatus, qui deinde pluribus ramis in branchias distribuitur. Quos autem Conr. Gesnerus in pisce vno eoque paruo frustra quaesiuit meatus, (reperit autem arteriae pulmonalis ramos ex apice cordis prodeuntes) hi sunt, quas arterias coronarias hodie vocamus, de quibus vide *Cuvier*, *Leçons d'Anat.* T. IV. p. 290. de arteriae vero pulmonalis ramis p. 228. Accuratissima omnium extat Dissertatio *Tiedemanni* de Corde Piscium anno 1809. edita cum picturis aeri incisis. De iisdem arteriis est in extremo libro de respiratione: αἰρομένου γὰρ τοῦ θερμοῦ τοῦ ἐν τῷ αἵματι διὰ τῶν μορίων, αἴρονται καὶ τὰ βράγχια καὶ διᾶσι τὸ ὕδωρ· κατιόντος δὲ πρὸς τὴν καρδίαν διὰ τῶν πόρων καὶ καταψυχομένου, συνίζουσι καὶ ἀφιᾶσι τὸ ὕδωρ. Ceterum ibidem c. 20. de pulsu cordis et venarum ita disputat: τρία ἐστὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ τὴν καρδίαν, ἃ δοκεῖ τὴν αὐτὴν φύσιν ἔχειν, ἔχει δ' οὐ τὴν αὐτὴν, πήδησις καὶ

σφυγμὸς καὶ τὸ τῆς ἀναπνοῆς — καὶ σφύζουσιν αἱ φλέβες πᾶσαι καὶ ἅμα ἀλλήλαις, διὰ τὸ ἠρτῆσθαι ἐκ τῆς καρδίας. de quorum prioribus duobus ita tandem desinit: *ἀναπήδησις μὲν οὖν ἐστιν ἡ γινομένη ἄντωσις πρὸς τὴν τοῦ ψυχροῦ σύνωσιν, σφύξις δὲ ἡ τοῦ ὑγροῦ θερμαινομένου πνευμάτωσις.* Pulsum venarum ad iudicandam corporis humani valetudinem et morborum statum primus Herophilus adhibuit et legibus musicis ordinauit. cf. dicta ad Vitruuii I, 1, 15. H. Mercurialis Var. Lect. 2. c. 12. et Sprengelii Libellum historiam pulsus tradentem.

Ad II, 12, 3. *δασυπόδων τι γένος, ὅ ἐστι καὶ ἄλλοθι καὶ περὶ τὴν λίμνην τὴν Βόλβην ἐν τῇ καλουμένῃ Συκίνῃ — δύο ἥπατα.* Noster de Partibus 3, 7. *κατά τινας τόπους οἱ δασύποδες δύο δοκοῦσιν ἥπατα ἔχειν.* Plinius 11 s. 73. ***Bina iecinora leporibus circa Briletum et Tharnen, et in Cherroneso ad Propontidem.*** vbi viri docti Parnethem Atticae montem substituunt. Theopompus vigesima historia *περὶ τὴν Βισαλτίαν λαγωοὺς γίνεσθαι δύο ἥπατα ἔχοντας* tradit apud Athenaeum 9. p. 401. (483. Schw.) Aelianus de n. a. 5, 27. *τοὺς ἐν τοῖς Βισάλταις λαγὼς διπλᾶ τὰ ἥπατα ἔχειν Θεόπομπος λέγει.* quae repetiit libri 11. c. 11. Eadem narratio diuersi auctoris, vt videtur, extat inter *θαυμάσια ἀκούσματα* cap. 132. *Φασὶ δὲ καὶ ἐν τῇ Κραστωνίᾳ παρὰ τὴν Βισαλτῶν χώραν τοὺς ἁλισκομένους λαγὼς δύο ἥπατα ἔχειν.* vbi Heyne *περὶ* scribi voluit. Theopompus libro 54. historiarum apud Athenaeum 3. p. 77. (304. Schw.) refert, regnante Philippo *περὶ τὴν Βισαλτίαν καὶ Ἀμφίπολιν καὶ Γραιστωνίαν τῆς Μακεδονίας* vere medio ficus arbores ficos, vites vuas atque oleas oliuas tulisse. Hactenus auctorum testimonia satis variantia in nominando loco vidimus. Si de regione *Συκίνῃ* quaerimus, cui lacum Bolben assignat Aristoteles, fateor equidem, mihi nomen istud nusquam occurrisse. Alia igitur via situs lacus Bolbae indagandus est; quem qua auctoritate *Gatterer* in Commentatione de

Thracia Herodotea et Thucydidea §. 37. cum Prasiade lacu Paeoniae eundem habuerit et in tabula geographica addita posuerit inter Argilum et Bromiscum oppidum, nondum potui excogitare. Videamus testimonia scriptorum. Bolben non nominauit Herodotus, sed Prasiadem lacum 5, 16. quem Zenothemis apud Aelianum de anim. 17, 30. *Παιονίδα λίμνην* vocat. Antiquissimus locus Herodoto paulo antiquioris poetae Aeschyli est in Persis versu 492. ed. prioris Schütz. vbi Xerxis exercitus iter enarratur: *ἔς τε Μακεδονίαν χώραν ἀφικόμεσθ᾽ ἐπ᾽ Ἀξίου πόρον Βόλβης θ᾽ ἕλειον δόνακα Παγγαῖόν τ᾽ ὄρος, Ἠδωνίδ᾽ αἶαν.* Sed statim apparet, poetam non sequi situm naturalem locorum; igitur quaestio de lacu Bolbe explicari inde non potest. Proximum est testimonium Thucydidis I. 58. vbi Perdiccas rex Macedoniae Chalcidensibus, qui vrbes maritimas deseruerant metu Atheniensium, suae ditionis Mygdoniae loca assignat: *τῆς ἑαυτοῦ γῆς τῆς Μυγδονίας περὶ τὴν Βόλβην λίμνην ἔδωκε νέμεσθαι.* vbi libri quidam *Βολβὴν* scriptum praeferunt, vt in Archestrati Fragmento 33. versu 197. Idem Thucydides 4, 103. narrat Brasidae contra Amphipolin expeditionem, qui profectus Arnis, Chalcidicae oppido, versus solis occasum pervenit ad Aulonem et Bromiscum, *ᾗ ἡ Βόλβη λίμνη ἐξίησιν ἐς θάλασσαν*, i. e. qua Bolbe lacus in mare exit. Ita iam fit manifestum, lacum Bolben in Mygdonia (supra Chalcidicen) situm exire in mare in regione circa Bromiscum et Aulonem, cum Gatterer lacum ipsi Paeoniae inter Argilum et Bromiscum, omissa Aulone, assignauerit. Suspicari licet, cis montem Dysorum, qui versus orientem Mygdoniam et Chalcidicen a Paeonia et Bisaltia disterminat, exitum paludis fuisse. Contra in Gattereri tabula montem Dysorum superare cogitur, vt in mare inter Bromiscum et Argilum exeat.

Videamus nunc locum Hegesandri Delphi, Platone aliquanto iunioris, apud Athenaeum 8. p. 334. (233. Schw.)

qui ita narrat: Circa Apolloniam Chalcidicam duo fluere riuos, Ammiten et Olynthiacum; quorum vtrumque exire in Bolben paludem. Ad Olynthiacum esse monumentum Herculis filii et Bolbae. Mensibus igitur Anthesterione et Elaphebolione mittere Bolben piscem Apopyrin Olyntho; eoque tempore immensam piscium multitudinem in Olynthiacum riuum ascendere. Scylacis Periplus Bolben collocat inter Arethusam et Apolloniam: *Ἀρέθουσα Ἑλληνίς, Βόλβη λίμνη, Ἀπολλωνία Ἑλληνίς.* Plinius 4. c. 10. s. 17. *regio Mygdoniae subiacens, in qua recedentes a mari Apollonia, Arethusa.* Ptolemaeus Apolloniam ipsi Mygdoniae attribuit. Cf. Cellarii Geogr. 1. p. 840. Quae sit ista regio Mygdoniae subiacens apud Plinium, si quaerimus, iterum in dubitationem incidimus. Quod si auctor *θαυμασίων ἀκουσμάτων* eundem locum cum Aristotele designare voluit, vbi leporum duplicia iecinora reperiantur, erit ille *ἐν τῇ Γραστωνίᾳ* vel *Κραστωνίᾳ παρὰ* (vel *περὶ*) *τὴν Βισαλτῶν χώραν*: quae Crastonia supra Mygdoniam versus orientem sita, infra se versus meridiem habet confinem Bisaltiam, in cuius vicinia reperiebantur lepores isti. Palus ipsa in Mygdonia orta eo vsque pertingebat, et iuxta Bromiscum in mare exibat. Ita igitur nullam reperimus causam, quae nos cogat lacum Prasiadem cum Bolbe palude confundere. Sycinam autem regionem nemo vnquam fortasse designare poterit. In Spanheimii annotatione ad Callimachi Hymn. in Delum versu 134. nihil reperi dignum, quod repetatur.

Ad II, 12, 3. *διὰ τὸ πόῤῥω τοὺς πόρους συνάπτειν.* Gaza *meatus,* Scaliger rectius *fibras* vertit. Peculiari modo Camus: *parceque les ligamens auxquels ces lobes sont suspendus ne s'unissent qu' à une grande distance.* Sed is Scaligeri, quem alias fere semper sequitur ducem, *fibras* male intellexisse videtur. Graecum *πόρους* omnino vitiosum esse videtur. Scaliger pro voce *μόρια* positum censuit. Forte *λοβοὺς* fuit. Ea vox sect. 5. corrupta fuisse

videtur a librariis. Nam vbi est de ruminantibus animalibus *τέτταρας ἔχει τοὺς τοιούτους πόρους*, Gaza *sinus* rectius quam Scaliger *meatus* vertit. In libro 3. de Partibus c. 14. eadem de re docens habet: *διὸ τὰ τοιαῦτα τῶν ζώων πλείους ἔχει τόπους καὶ μόρια.* Igitur *τόπους* etiam hic malim.

Ibidem sect. 6. *αὕτη δ' ἐστὶ — καὶ διειλημμένη.* Gaza vertit postremum *interceptum*, Scaliger *rugosa superficie*, in annotatione *diducta, id est, inaequali et rugosa superficie, non plana atque distenta.* Proprie est *loculis disseptus*, igitur sinuosus. Scaligerum sequitur Camus.

Ibidem sect. 8. *ἔντερον ἔχει συμφύσεις ἔχον.* Gaza vertit *sinuosum*, Scaliger *tot cognatos habet sinus*, Camus cum Gaza *a des sinus tels.* Neuter vocabuli vim exhausit. Locus est de Partibus 4, 12. de vmbilico auium: *εἰς γὰρ τὸ ἔντερον ἡ σύμφυσις γίνεται.* vbi Gaza: *intestini coalitu vmbilicus consistit.* Est igitur naturalis quaedam coalitio et coniunctio intestini, quae fit pluribus locis, ita vt quatuor ventriculorum speciem praese ferat. Male Scaliger easdem putat esse *συμφύσεις*, quas antea *ἀποφυάδας* dixerat Philosophus. *Sed*, inquit, *ἀποφυὰς originem tantum declarat, at σύμφυσις etiam situm, quoniam non solum appensi sunt sinus, sed etiam iuncti.* Videtur igitur *connatos sinus* scripsisse, non *cognatos*.

Ibidem sect. 12. *ἁπλοῦν καὶ ἀναδίπλωσιν ἔχει, ὃ ἀναλύεται εἰς ἕν.* Aut scribendum *ἔχον*, aut *ἐπαναδίπλωμα* esse, admonet sequens *ὃ* pronomen.

Ibidem sect. 17. *διέχει δ' ὁ πρόλοβος τοῦ πρὸ τῆς γαστρὸς στομάχου συχνὸν — Ἔχουσι δὲ καὶ λεπτὸν τὸ ἔντερον — καὶ ἁπλοῦν ἀναλυόμενον.* In hoc loco haesi, et nescio quid vitiosi inesse videtur. Vt a verbis postremis incipiam, minus ea mihi integra videntur, praecipue si compares cum loco simili sect. 13. de piscibus: *καὶ τὸ τοῦ ἐντέρου δὲ μέγεθος ἁπλοῦν καὶ ἀναδίπλωσιν ἔχει, ὃ ἀναλύεται εἰς ἕν.* Intestinum simplex atque implicatum quo-

modo replicatum in vnum resolui possit, apparet; sed non possum equidem intelligere, quale sit intestinum, quod simplex dicitur replicatum. Nam simplici non est contrarium replicatum; nec sane etiam idem est simplex et replicatum. Contra omne quod replicatum dicitur corpus, antea implicatum fuisse debet. Simul connexio sententiarum postulat, vt replicato intestino adiungatur aliqua qualitas, vt in altero loco vnitas. Similiter de Partibus 3, 14. *τοῖς μὲν γὰρ ἁπλοῦν ἐστι καὶ ὅμοιον ἀναλυόμενον, τοῖς δ' ἀνόμοιον· ἐνίοις γὰρ εὐρύτερον τὸ πρὸς τῇ κοιλίᾳ, τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει, στενότερον.* Haec de verbis postremis monuisse satis habeo. Lacunam enim interpolare sine libris non possum.

De priore nunc videamus. Gaza eum ita vertit: *distat ingluuies a parte gulae propinqua ventriculo multum.* Similiter Scaliger: *ab gulae parte, quae ventris est, multum distat:* item Camus. Scaliger autem mirabatur, cur subito Philosophus *γαστέρα* appellaret, quam antea *κοιλίαν* dixerat; deinde nescire se ait, quomodo vocet *στόμαχον τῆς γαστρός*. *Nam gulam ventris*, inquit, *quis dicat? — Sane fortasse corruptus est codex. Nota etiam vocem συχνόν.* Scaliger praepositionem *πρὸ* aut non scriptam legit in graeco exemplari, aut nescio quo pacto non animaduertit. Altera igitur suspicionis causa vana est. Prior grauior. Nam vbique in hac disputatione *κοιλία* nominatur; *γαστρὸς* vocabulum a re alienum est, quia ambiguum. Sed similem Philosophi variationem animaduerti in libri de Partibus tertii cap. 14. vbi de gula disputans *οἰσοφάγον* appellat, semel tamen iterumque *στομάχου* vocabulo vtitur. De verbi *διέχειν* notione accuratius dicetur infra ad libri 3. cap. 5.

Ad Libri III. c. 1. sect. 1. *ἰχθύων οὐδεὶς ὄρχεις ἔχει — οὐδ' ὅλως ἄπουν οὐδὲν, ὅσα μὴ ζωοτοκεῖ ἐν αὑτοῖς.* Postremis verbis cetacea aliquot, atque inter ea delphinum tollere videtur Scaligero: quibus piscium nomen negatum

esse ab Aristotele. Verum cum Philosophus hanc exceptionem adiunxerit generi serpentum, quod vere *ἄπουν* est et pedibus caret; pisces enim et cetacea pedum vicaria instrumenta pinnas gerunt; videtur potius voluisse excipere viperam, *ἔχιδναν*, quae viuos partus edit, aut inter pisces eos, quos pinnis plane carere statuebat. Attamen statim sect. 2. delphinem ponet in exemplo *ἀπόδων*; igitur Scaligeriana interpretatio vera videtur. Sed pisces quod negat omnino omnes habere testes, id de forma communi testium in quadrupedibus atque homine interpretandum est cum in hoc genere, tum in plurimis aliis, quibus testium naturam negauit Aristoteles. Nam in piscibus ipse libri 3. cap. 14. agnouit testium loco *τοὺς καλουμένους θοροὺς*, de quibus infra videbimus.

Ibidem sect. 2. *τοῖς μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ὄπισθεν συνεχεῖς — οἷον τῷ γένει τῶν ὑῶν.* Gaza: *haerent annexi retro.* Scaliger: *pone continentor haerent.* Rectius et distinctius Camus: *les ont adhérens à la partie posterieure du ventre.* In libro de Generatione 1, 3. eadem ita traduntur: *τὰ δὲ ἔξω· καὶ τούτων τὰ μὲν ἀπηρτημένους, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι, τὰ δὲ πρὸς τῇ ἕδρᾳ, καθάπερ οἱ ὗες.* vbi, vt apparet ex hoc nostro loco, deest aliquid, veluti *πρὸς τῇ ἕδρᾳ καὶ συνεχεῖς.* Gaza etiam ibi vertit: *alia annexos ad sedem sessiles, vt sues.* Ceterum diuerso sensu hic *ὄπισθεν* dicitur, quam in altero loco *ἔμπροσθεν* illi contrarium. Nam ibi *ἔμπροσθεν* sita esse dicuntur testes intus inclusi, sed in anteriore parte, non ad lumbos in postica siti. Contra hic *ὄπισθεν* siti dicuntur testes, ratione habita longitudinis corporis; igitur in postrema corporis vel potius ventris parte.

Ad III, 1, 4. *πόρος συνάπτων εἰς ἓν — Τοῦτο δ' ἐστὶν αἰδοῖον.* Cf. dicenda ad V, 3, 1.

Ad III, 1, 5. *Οἱ δὲ πόροι — ὑποκάτω τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων, μεταξὺ τῆς μεγάλης φλεβός.* Gaza verterat: *inter venam maiorem.* Scaliger: *ad medium venae magnae.* Is Gazam reprehendit ita: *Nam*

quae est haec locutio? inter venam maiorem, *et quid? Sed* ad medium magnae *dicendum est, a qua et a quo loco diriguntur ad testes.* Camus vitare reprehensionem conatus est vertendo: *entre les rameaux que la grande veine distribue à chacun des testicules.* Scaligerum refellit vsus graeci sermonis; quare vitium orationi graecae inesse puto, et deesse vnum alterumue verbum, veluti *τούτων καὶ τῆς μεγάλης φ. inter haec intestina et magnam venam.*

Ibidem sect. 7. de testibus: *ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει — ὃς ἀνακάμπτει πάλιν ἐν ἑκατέρῳ — οἱ δ᾽ ἐπανακάμπτοντες πόροι καὶ προσκαθήμενοι τοῖς ὄρχεσι — ἧττον μέντοι τῶν ἄνω τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς.* Gaza vertit verba prima: *a capite autem ipsorum testium excipit meatus spissior illo superiore atque neruosior, qui progressus per testem flectit sese inde et caput eiusdem repetit.* Rectius Scaliger: *ab ipso testis capite meatus est illo densior atque neruosior, qui vtroque in teste reciprocat rursus ad caput: a quo capite vterque in vnum coit prorsum ad genitale.* Camus tamen Gazam sequi maluit vertens: *De la tête au corps du testicule il va un conduit plus épais et plus nerveux que le premier, qui se repliant dans le testicule remonte vers sa tête: de là ces deux conduits se replient encore pour aller se réunir au même point en devant vers la verge.* Plures is errores de suo addidit. Scaliger in pluribus verbis adhaesit, dubitans primum, quid intelligat Philosophus *ἐν ἑκατέρῳ τῷ ὄρχει.* Hoc enim valde ambigendum esse, subeatne testem, an ambiat. Recte! si enim *πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει* descendit, non potest meatus idem reuerti replicatus *ἐν ἑκατέρῳ τῷ ὄρχει*, sed potius fuit scriptum *ἐφ᾽ ἑκάστῳ.* Nam de corpore Highmoriano sermo non est. Sed idem Scaliger paulo antea in Paraphrasi posuerat: *Ab aorta duo vasa seminalia demissa ad summa testium euadunt crassiora, postquam ambiunt testes, ad quorum fundum deducta reciprocant*

sursum ad caput, atque indunt sese in tubum genitalis. Verum non ambit testem, sed in latere eius flexuosus decurrit. Deinde verba πυκνότερος ἐκείνου ad ipsum testem referuntur, non ad meatum aliquem superiorem, vt Gaza et Camus volunt. Nam non vnus aliquis de aorta et de renibus descendunt ad testes, sed bini vtrinque. Postea meatus duo ex aorta producti primum ἄναιμοι dicuntur; deinde vero meatus ὁ προσκαθήμενος continere dicitur ἔτι αἱματῶδες τὸ ὑγρὸν, minus tamen sanguineum τῶν ἄνω τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς, quam illi qui ex aorta producuntur. Atqui hos antea ἀναίμους, sanguine carere, dixerat. Gaza verba τῶν ἐκ τῆς ἀορτῆς omisit. Sed ita non apparet, qui superiores dicantur. Vitium inesse verbis videtur.

Grauior nunc dubitatio sequitur de verbis οἱ δ' ἐπανακάμπτοντες — καὶ προσκαθήμενοι. Scaliger recte vidit articulum οἱ deesse ante προσκαθήμενοι. Nam diversi sunt hi a replicatis illis prioribus meatibus, et recte distinxit Gaza, quanquam male vertendo *qui resident.* Scaliger, *intelligit,* inquit, *igitur meatus primos, cum demittuntur, quos appellat* (vbi?) τείνοντας: *deinde secundos, quos* καθημένους *et* πυκνοτέρους, *qui capiti testium committuntur: tertio loco* τοὺς ἀνακάμπτοντας. In his tribus ductibus vir egregius plane a recta via, quam institerat, aberrauit; quod manifestum facit pictura ab eo apposita. Male enim meatus ab aorta deductos his immiscuit, quos semel nominatos non amplius attigit Philosophus. Qui προσκαθήμενοι dicuntur τοῖς ὄρχεσιν, iidem sunt, qui paulo antea ita describebantur: ἀπὸ δὲ τῆς κεφαλῆς πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει πόρος ἐστὶ πυκνότερος. vbi male Editiones comma ponunt post ὄρχει; itaque a sensu verborum aberrarunt interpretes tres omnes. πρὸς αὐτῷ τῷ ὄρχει ἐστὶ significant idem quod προσκαθήμενος τῷ ὄρχει. Guilelmi versio primo loco *adhabiti,* altero *contingens* habet; itaque neutro vulgatam reddit. In interpretatione

picturae qui vulgo *καθήμενοι*, in libris scriptis *προσκαθήμενοι* dicuntur, Guilelmo iterum sunt *adhabiti*, quasi *προσεχόμενοι* scriptum legisset. Ibidem praeterea nominantur *κεφαλαὶ τῶν ὄρχεων καὶ οἱ καθήκοντες πόροι.* vbi Gaza vertit: *meatus descendentes ad capita testium.* Scaliger: *testium capita atque ipsi meatus descendentes eo.* Quem sequitur recte Camus. Sunt isti *καθήκοντες* meatus ab aorta descendentes, quorum initium et capita testium signauit duabus notis. Membrana communis meatibus applicatis et replicatis est, quam hodie albugineam dicunt. Totum hunc meatuum applicatorum testibus flexum *ἐπιδιδυμίδα* sequiores Graeci dixerunt. Ipse Philosophus de Partibus 1, 4. de vsu testiculorum: *τοῦ γὰρ σπερματικοῦ περιττώματος στασιμωτέραν ποιοῦσι τὴν κίνησιν, ἐν μὲν τοῖς ζωοτόκοις, οἷον ἵπποις τε καὶ τοῖς ἄλλοις — καὶ ἐν ἀνθρώποις σώζοντες τὴν ὑπαναδίπλωσιν· ὃν δὲ τρόπον ἔχει αὕτη, ἐκ τῆς ἱστορίας τῶν περὶ τὰ ζῶα δεῖ θεωρεῖν.* Haec est igitur ista *ἐπαναδίπλωσις* (ita enim cum Sylburgio scribendum censeo) meatuum seminalium, quam hoc nostro in loco describit Aristoteles, quam alio nomine epididymida vocant.

Ad III, 1, 14. de serpentum matrice: *ἡ δὲ τῶν ὄφεων ὑστέρα μακρὰ τείνει κάτωθεν ἀρξαμένη ἀφ' ἑνὸς πόρου συνεχὴς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἀκάνθης, οἷον πόρος ἑκάτερος ὢν μέχρι πρὸς τὸ ὑπόζωμα.* Gaza vertit: *Tendit serpentibus vulua prolixior, modo corporis, exorsa inferius, vno continua meatu diductaque in latus spinae vtrimque, quasi duplex meatus vsque ad septum.* Scaliger: *Serpentum matrix pro corporis modo longa, ab vno meatu ima de parte incipiens continuo tractu ex vtroque spinae latere, tanquam gemini meatus, vsque sub septum ipsum tenditur.* Camus: *son entrée n'a qu'une ouverture qui se trouve en bas, et elle continue ensuite sans interruption comme un double conduit, de chaque côté de l'épine du dos, s'avançant jusques auprès du diaphragme.* Hic errorem duum-

virorum antecedentium auxit suo, cum πόρον priore loco os vel aperturam interpretaretur. Gaza et Scaliger falso πόρος ἑκάτερος verterunt *duplex meatus*, et *gemini meatus*, scilicet vt vitium orationis graecae celarent: ἑκάτερος enim est *vterque*. Scaliger quidem ita annotauit: *Sed nota ἑκάτερος: alius dixisset πόροι δύω· nam ἑκάτερος relatiuum est: at vnum tantum nominauit. Duriuscula locutio est.* Equidem etiam vitiosam censeo. Neque Scaligeri vel excusatio vel interpretatio procedit: nam matrix serpentum vere duplex est, geminumque infra exitum habet, vt mas gemino pene est instructus. Vitii maxima pars residet in verbis οἷον πόρος ἑκάτερος ὤν; praeterea deest vocabulum, quo matrix gemina significetur, veluti διπλῆ vel διφυής. Suspicor igitur, scriptum fuisse μακρὰ, καθάπερ τὸ σῶμα, καὶ διφυής, τείνει κάτωθεν ἀρξαμένη ἀφ' ἑνὸς πόρου συνεχής, ἔνθεν — ἀκάνθης, οἷον πόρος ἑκατέρα οὖσα μέχρι πρός. Hanc fere rationem in versione secutus sum.

Ibidem sect. 15. Tota haec sectio a verbis inde, Ἔχει δὲ τὴν ὑστέραν — ἄνωθεν τῆς κοιλίας — κάτωθεν πρὸς τῇ ὀσφύϊ — ἐπάνω τῶν ἐντέρων, suspecta mihi est plures ob causas, quarum partem etiam Scaligero dubitationem fecisse video. Primum videamus versionem Gazae: *vulua — supra aluum posita est, — iis infra lumbis adhaeret. — nam et infra lumbis adiungitur — et supra intestina ostium eius sustinetur.* Scaliger: *supra aluum habent — infra ad lumbos — matricis inferior pars ad lumbos est — pars altera, qua exeunt, supra intestina sita est.* In annotatione ita dubitabat: *Sed cum declarat τὸ ἐπαμφοτερίζει, aberrat a promissis. Nam horum matricis partem ad lumbos sitam esse dicit, atque in ea oua assignat. Igitur haec pars est inferior, et similis matrici ouiparorum: itaque ouis quoque continendis destinata. At alteram partem cum dicit supra intestina, hanc superiorem facit. Quodnam igitur haec continet? non profecto animal. Atque etiam falsum est ibi esse exitum: exitus enim postrema infimaque in parte est.*

— *De exitu autem nescio, quid dicam: aut enim mendum est, aut significat motum ouorum a superiore parte in εὐρυχωρίαν, aut non intelligo.* Scilicet vir egregius non animaduerterat, significationem vocabulorum κάτωθεν et ἄνωθεν subito hic permutatam esse, et quod antea secundum corporis longitudinem κάτωθεν et ἄνωθεν situm esse dicebatur, idem nunc noua ratione ad situm corporis horizontalem, eumque vel pronum vel supinum referri. Itaque quae dorso et lumbis adsita sunt, κάτωθεν, quae ventri, ἄνωθεν esse dicuntur. Praeterea miror, Scaligerum in verbis ἄνωθεν τῆς κοιλίας non haesisse. Alibi enim feminae viuiparorum dicuntur habere matricem sitam πρὸς τοῖς ἄρθροις et κάτω τοῦ ὑποζώματος. Ita est de Generat. I, 3. sed cap. 12. est simpliciter κάτω; et statim sequitur de iisdem ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἔχει τὰς ὑστέρας. Gaza ibi vertit *vterum habent in aluo.* Cap. 13. est: ὅσοι τῶν ἰχθύων ᾠοτοκοῦσιν, οὗτοι δὲ οὐχ ὑπὸ γαστρὶ ἀλλὰ πρὸς τῇ ὀσφύϊ ἔχουσι τὰς ὑστέρας. et paulo post: τοῖς μὲν οὖν ζωοτόκοις — ἐν τοῖς προσθίοις αἱ ὑστέραι, τοῖς δ' ᾠοτόκοις πρὸς τῇ ὀσφύϊ καὶ τοῖς πρανέσιν. Denique de iis, qui oua intus excludunt, est: ταῦτα δ' ἀμφοτέρως ἔχει, διὰ τὸ μετειληφέναι ἀμφοτέρων, καὶ εἶναι καὶ ζωοτόκα καὶ ᾠοτόκα· τὰ μὲν γὰρ ἄνω τῆς ὑστέρας καὶ ᾗ γίνεται τὰ ᾠά, ὑπὸ τὸ ὑπόζωμα πρὸς τῇ ὀσφύϊ ἐστὶ καὶ τοῖς πρανέσι· προϊοῦσα δὲ κάτω ἐπὶ τῇ γαστρί· ταύτῃ γὰρ ζωοτοκεῖ ἤδη. In verbis προϊοῦσα δὲ κάτω vitium inest. Gaza vertit *inferiorem ad aluum.* Guilelmi versio *procedente* habet. Eadem loca, τὰ πρανῆ, dicuntur postea ὁ τῆς ῥάχεως τόπος et ὁ ὄπισθεν τόπος. Vides igitur, in his locis omnibus Aristotelem sibi constare in vsu vocabulorum ἄνω, κάτω, ὄπισθεν, πρανής. Nusquam ea notio reperitur vocabulorum ἄνωθεν et κάτωθεν, de situ dorsali et ventrali vsurpata, vt in loco hoc, de quo disputamus. Itaque merito suspicari licet, totam hanc periodum ab aliena manu fuisse additam. Accedit, quod inepte repetuntur, quae antea fuerant iam distinctius

multa tradita. Vnum illud superest monendum, vbi est vulgo *ἄνωθεν τῆς κοιλίας*, et versio Guilelmi habet *super a ventre*, scribendum esse *ἄνωθεν ἐπὶ τῆς κοιλίας*, quod idem significare voluit interpolator, quod in loco supra posito *ἐπὶ τῆς γαστρός*: atque hanc rationem in versione sum secutus, vbi totum hunc locum seclusi. Gallus Camus difficultatem euitauit non inepte vertens: *sur le dessus du ventre, — à la partie opposée et proche des lombes. — est en dessous du côté des lombes — le surplus qui avoisine l'orifice, est au dessus des entrailles.*

Ad III, 1, 15. *καὶ μῦς καὶ νυκτερίς.* De cotyledonibus quae dicta sunt in annotatione, partim falsa sunt. Certe in vtero suillo cotyledones adesse cum Fabricio plures negant, ipsamque adeo placentam abesse affirmant, vt in equino vtero. Contra in murium atque omnino glirium genere singulares cotyledones in formam orbicularem conglobantur, in carniuororum animalium vtero grauido in zonam digeruntur, atque ita paulatim a forma orbiculari transeunt in eam placentae formam, quae in vtero humano grauidarum conspicitur. Hanc cotyledonum fabricam et transitum ad formam humanae placentae per ordines omnes quadrupedum persecutus accurate inprimis in vtero equino et castoreo explicuit *I. Ch. G. Iörg* Cap. 2. operis: *Ueber das Gebärorgan des Menschen und der Säugthiere im schwangern und nicht schwangern Zustande,* Lipsiae editi anno 1808. in quo tamen vespertilionis vterum grauidum desidero, quem doctissimus *Oken* ait descriptum esse in Ephemeride Gallica *Journal de Physique par Rozier.* Quem librum inspicere mihi nunc non datur.

Ad III, 2, 9. *ἄνωθεν εἰς τὰς καμπὰς — ἐπὶ τοὺς καρποὺς καὶ τὰς συγκαμπάς.* Gaza vertit: *per lacertos ad agilem, mox per cubitos ad volam et digitos.* Quem recte reprehendit Scaliger, ipse interpretatus: *ad cubitos; postea per vlnas ad manus commissuram et communem flexionem.* Camus: *traversant le coude—elles vont aux poignets et aux*

doigts. Scaligeri postrema nemo facile intelligat. In Hippocrateo libro de Natura cap. 5. p. 206. ed. Mackii, et de natura ossium cap. 5. p. 301. vbi idem Polybi locus legitur, priore loco est *συγκαμπὰς* pro simplice *καμπὰς*, in posteriore autem *δακτύλους* pro *συγκαμπάς*. Hanc scripturam secutus est Gaza, quae sane facilior intellectu est; itaque eius exemplum cum Camo sum imitatus in versione.

Ad III, 3, 1. *πάντες δ' ὅμως τὴν ἀρχὴν αὐτῶν ἐκ τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ἐγκεφάλου ποιοῦσι*. Vereor vt additum *καὶ τοῦ ἐγκεφάλου* verum sit; nec omnes principium e capite duxerunt. De Polybo quidem dubitari non potest propter verba *ἀπὸ τοῦ ἐξόπισθεν τῆς κεφαλῆς*. Sed auctor libri de natura ossium falso inscripti inter Hippocraticos cap. 7. *ἀπὸ μιῆς πολλαὶ διαβλάνουσαι· καὶ αὕτη μὲν ἡ μία ὅθεν ἤρτηται καὶ ᾗ τετελεύτηκεν, οὐκ οἶδα· κύκλου γὰρ γεγενημένου, ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη. Τὰς δ' ἀποφυάδας αὐτῆς, ὅθεν ἤρτηνται καὶ ᾗ παύονται τοῦ σώματος — ἐγὼ δηλώσω*. Tum exorditur a capite: *περὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὸ μέσον ἐκ πλαγίου περίκειται ἡ φλὲψ αὕτη πλατεῖα καὶ λεπτή, οὐ πολύαιμος· τῷ γὰρ ἐγκεφάλῳ κατὰ τὰς ἁρμονίας ἐνεῤῥίζωκε πολλὰ καὶ λεπτὰ φλεβία, καὶ περὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν ἐκτετάρσωται μέχρι τοῦ προσώπου καὶ τῶν κροτάφων*. Syennesis contra initium rudis notitiae duxisse videtur ab vmbilico, si vera est scriptura optimorum Codicum, qui *ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ περὶ τὴν ὀσφὺν* habent, vbi vulgatur *ὀφθαλμοῦ παρὰ τὴν ὀφρύν*. Quam scripturam confirmare videtur sequens Diogenis Apolloniatae notitia, quae initium indidem capere videtur. Incipit enim *αὗται τείνουσι διὰ τῆς κοιλίας παρὰ τὴν νωτιαίαν ἄκανθαν*. Videtur nempe vmbilici sectio in infantibus recens natis facta homines quasi manu duxisse ad indagandum venarum initium ex eo quasi fonte, qui primum embryoni nutrimentum subministrasse videbatur.

Ad III, 5, 1. *τὰ νεῦρα, ᾗ τελευτᾷ πρὸς — ὀστῶν*. Cum Scaliger etiam, quemadmodum multi alii viri docti

neruorum nomine intelligi putaret sensuum instrumenta cum sint ossium ligamenta et tendines, non solum frustra comparauit Galeni doctrinam de neruis, sed male etiam interpretatus est verba extrema, quae retulit ad venas, cum pertineant ad neruos. Igitur versionem eius emendaui.

Ibidem: *τοῖς γραφομένοις κανάβοις. canalibus depictis* Scaligeri versio habebat, vt Gazae. In annotatione addit *riuulis deductis*, adiecta etymologia ridicula. Facile quidem erat errorem videre atque indicare, longe difficilius vocabulum latinum reperire rei non satis cognitae. Igitur graecum reliqui, addito tamen vno alteroue vocabulo pro interpretatione.

Ad III, 5, 2. *ἐπίτονός τε καὶ ὠμιαία.* Nomina aliunde ignoramus; seriem ligamentorum spinam dorsi continentium, et humeros intelligi patet. De posteriore auctor libri de natura ossium cap. 7. p. 304. ed. Mackii: *καὶ ταύτῃ ἀπ' αὐτῆς βεβλάστηκε φλὲψ διὰ τοῦ νεύρου τοῦ ὑπὸ τὴν ἐπωμίδα, ἡ ἐπωμιαία ὀνομαζομένη· — τῇ μὲν γὰρ αὐτὴν νεῦρον περιέχει πλατὺ, τῇ δὲ χόνδρος.*

Ad III, 5, 3. *δύναται πυροῦσθαι.* Scaligeri dubitationem bene explicuit Gallus Camus admonens, de cauterii vsu loqui Philosophum.

Ad III, 6, 1. *διέχουσιν ἀπό τε τῶν νεύρων πρὸς τὰς φλέβας.* Gaza: *tendunt a neruis ad venas.* Guilelmus: *pertinent.* Gallus Camus: *elles communiquent des nerfs aux veines.* Scaliger contra: *differunt autem a neruis, quantum ad venarum naturam vergunt, et a venis distant, quantum ad neruorum inclinant rationem.* Idem Gazam reprehendit, et negat venas cum neruis ligari per fibras, item fibras in animali sanguine praedito esse, sed neruos; in sanguine carentibus neruos non esse: in quo enim sit vnum, non esse alterum. Haec vt viris doctis approbari possint, admodum vereor. In animalibus enim sanguineis fibras saepius iam nominauit Philosophus, et venas vltimas desinere

in fibras posuit. Sed hoc facile credam Scaligero affirmanti, Aristotelem subdere nunc principalibus partibus naturae animalis, venae et neruo, (non neruo soli, vt putat Scaliger) proportionalem. Esse enim ait proxime venam et neruum fibram in iis, quae sanguine careant, et sanie sint constituta pro sanguine. Ita libro 2. c. 12. serpenti tribuit *πνεύμονα ἰνώδει πόρῳ διηρθρωμένον*. Sed ibi *ἰνώδης* diuerso sensu accipiendum est. Sed male mihi videtur Scaliger verba *ὑγρότητα τὴν τοῦ ἰχῶρος* vertisse, *humorem nactae sunt, qui fit e sanie*. Nam fibrae istae ipsum ichorem continent, qui locum sanguinis tenet in exanguibus. Ceterum confirmat hic locus clarissime ea, quae disputaui in annotatione ad I, 3, 2. vbi Philosophus animalibus perfectis assignat *αἷμα καὶ φλέβας*, exanguibus et imperfectis *ἶνα καὶ ἰχῶρα*.

Superest maior dubitatio de natura huius fibrae media inter neruum et fibram. Quatenus enim ichorem continent, cauae sunt et naturam habent venae; solidae verae respondent neruis. Hanc earum naturam putauit Scaliger, vti equidem credo, significari verbis istis: *καὶ διέχουσιν — πρὸς τὰ νεῦρα*. Quae si significant id, quod posuit Scaliger in versione, miror virum egregium, qui cum Gazae errorem reprehendendum censuisset, Philosophi ipsius orationem *Λοξίου* oraculis obscuriorem, magisque ambiguam, imo sensu plane carentem, sine reprehensione dimiserit. Quis enim diuinare inde potest, quanam in re positum sit fibrae discrimen a vena et a neruo? Deinde sermonis vsus refragatur ab Homero vsque receptus. *διέχειν* enim apud Aristotelem est idem quod *διατείνειν*. Ita de Partibus 3. c. 4. de venis est: *διὰ μὲν τῶν ἄλλων σπλάγχνων διέχουσιν αἱ φλέβες, διὰ δὲ τῆς καρδίας οὐ διατείνει φλέψ*. Ita supra libro I. *διὰ γὰρ τοῦ ἥπατος διέχει ἡ μεγάλη φλέψ*. et in Problematibus: *ὁ ἥλιος διὰ τῶν τετραπλεύρων διέχων*. vbi penetrandi et transeundi notionem obtinet verbum. De distantia est apud Thucy-

didem διεῖχον πολὺ ἀπ' ἀλλήλων, et cum genitiuo διέχει τῆς ἠπείρου, et τῆς θαλάσσης. De loco nostri 2, 12, 17. supra fuit dictum. Xenophon paulum diuerso vsu Hellenic. 2, 1, 21. διεῖχε ὁ Ἑλλήσποντος ταύτῃ σταδίους ὡς πεντεκαίδεκα, i. e. patet in latitudinem, vt interpretatur Plutarchus Lysandri c. 11. Similiter Anabas. 3, 2, 20. et 22. ὅταν διασχῇ τὰ κέρατα, et ὁπότε διάσχοιεν αἱ πλευραὶ, pro diduci, distare. Idem 1, 40, 4. διέσχον ἀλλήλων — ὡς τριάκοντα στάδια. Diuersam ab hac gemina ratione locus noster habet, cui nec penetrandi transeundique notio, nec altera distandi vel in latitudinem patendi simpliciter conuenire videtur propter diuersam structuram ἀπὸ — πρὸς, quae potius significationem *pertinendi pertingendique* postulare videntur. Verum si Philosophus loquitur de animalibus minus perfectis et exanguibus, quae nec sanguinem nec venas, sed harum loco ἶνας habent, quomodo hae possunt dici pertingere a neruis ad venas? vel spatium inter neruos et venas situm implere atque occupare? Equidem nihil extrico. Interim in versione secutus sum significationem postremo loco positam, quippe quam constructio verborum postulare mihi videbatur.

Ad III, 7, 4. ἀπὸ δὲ τῆς ῥάχεως, ἣ ἀντὶ περόνης ἐστὶ, καὶ αἱ κλεῖδες. Omisi annotare scripturam vulgarem: ῥάχεως, ἥτε περόνη ἐστὶ καὶ αἱ κλεῖδες. Scaliger περόνην furculam interpretabatur.

Ad III, 9, 3. ἐν Φρυγίᾳ — βόες. Oppianus Cyneget. 2, 90. Ἐν Φρυγίᾳ χροιὴν μὲν ἀριπρεπέες τελέθουσι, ξανθοί τε φλογεροί τε, βαθεῖαι δ' αὐχένι σάρκες, σφαιρωτὸς δ' ἐφύπερθε μετήορος ὕψι κόρυμβος. Ξείνη δ' ἐν κεράεσσι φύσις κείνοισι τέτυκται· οὐ γάρ τοι κρατερῇσιν ὑπὲρ κεφαλῇσι πέπηγε, κλίνουσι δὲ κέρατα καὶ ἀγκλίνουσ' ἑκάτερθε. Testimonia recentiorum scriptorum non contemnenda collegit doctissimus Io. Beckmann in libro: *Litteratur der ältesten Reisebeschreibungen* T. I. p. 566 seqq.

Ad III, 10, 1. Pilorum diuersitatem e coelo natam in ouibus diligenter persequitur Io. Beckmann ibidem p. 569 seqq.

Ad III, 10, 4. *διὰ τὸ μεταξὺ ἀσαρκότητος εἶναι πρὸς τὸ ὀστοῦν.* Erubui, cum in interpretando ad hunc locum peruenissem pessima Codicis Rhenani scriptura a me depravatum, quae nihil plane significat. Vulgatam *διὰ τὸ μεταξὺ ἀσαρκότατον* restitue, sed repetito articulo *τὸ*, qui ad sensum necessarius est, *διὰ τὸ τὸ μεταξὺ ἀσαρκότατον εἶναι.*

Ad III, 10, 6. *Εἰσὶ δὲ τῶν τριχῶν αἱ μὲν συγγενεῖς, — γιγνόμεναι· ἐν ἀνθρώπῳ μόνῳ τῶν ζώων συγγενεῖς μὲν* etc. Haec praua distinctio vnde in editionem nostram venerit, iam non exputo. In Laemariana, quam ante oculos semper habui, dum textum describebam, fere similiter editum legitur *γιγνόμεναι ἐν ἀνθρώπῳ μόνῳ τῶν ζώων, συγγενεῖς* etc. Veram distinctionem secutus locum recte vertit Gaza, Scaliger et Camus. Hic vero recte etiam distinxit orationem graecam ita: *γιγνόμεναι ἐν ἀνθρώπῳ μόνῳ τῶν ζώων. Συγγενεῖς μὲν* etc.

Ad III, 10, 10. *αὐξάνονται δὲ καὶ αἱ χηλαὶ ὥσπερ καὶ οἱ ὄνυχες.* Recte ad haec Scaliger annotauit: *Aut temere repetit de vngulis, aut vult ostendere, quale sit vngularum incrementum: sed duo incommodant. Nam et rostra interposuit, et comparat vnguibus, de quorum incremento nondum quicquam. Fortasse inuersa sunt verba: αὐξάνονται δὲ καὶ οἱ ὄνυχες, ὥσπερ καὶ αἱ χηλαί.*

Ad III, 10, 11. *κατὰ μὲν τὰς ἡλικίας — πλὴν γέρανος.* Aliter auctor libelli de Coloribus falso Aristoteli adscriptus, quem potius Theophrasto vindicandum esse monuit iam olim Portius, sub finem tradit: *Καθόλου δὲ εἰπεῖν καὶ περὶ τῶν ἄλλων τε τριχωμάτων καὶ πτερωμάτων, ἅπαντα λαμβάνει τὰς μεταβολάς, οἷς μὲν τῆς τροφῆς ἐν αὐτοῖς ὑπολειπούσης, οἷς δὲ τοὐναντίον πλεοναζούσης· διόπερ ἄλλα κατ' ἄλλους χρόνους τῆς ἡλικίας καὶ*

λευκότατα καὶ μελάντατα γίνεται τῶν τριχωμάτων· ἐπεὶ καὶ τῶν κοράκων τὰ πτερώματα τὸ τελευταῖον εἰς τὸ ξανθὸν χρῶμα μεταβάλλει, τῆς τροφῆς ἐν αὐτοῖς ὑπολειπούσης.

Ad III, 11, 1. *σχιστὸν οὔτε τατόν*. Scripturam *τατὸν* vnice veram comprobat locus inferior de membrana vesicae vrinariae: *ἄλλο δὲ γένος ὑμένος· ἔχει γὰρ τάσιν*· Definitioni igitur membranae conueniunt tantum membranae circa ossa, cerebrumque et omentum.

Ibidem sect. 2. *ἐκ μέσης τῆς κοιλίας — ἐκ τῆς μεγάλης κοιλίας*. De eodem argumento ita de Partibus 4, 3. φύεται δὲ τὸ ἐπίπλοον ὁμοίως τοῖς τε μονοκοίλοις καὶ τοῖς πολυκοίλοις ἐκ μέσης τῆς κοιλίας κατὰ τὴν ὑπογεγραμμένην οἷον ῥαφήν, ἐπέχει δὲ τό τε λοιπὸν τῆς κοιλίας καὶ τὸ τῶν ἐντέρων πλῆθος. — καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ μέσης ἤρτηται τῆς κοιλίας, ὅτι τὸ ἐπέκεινα μέρος συμπίπτει τὸ παρακείμενον ἧπαρ. vbi pro *φύεται* Codex Accoramboni *ἦρκται* habebat; posterius *ἤρτηται* Guilelmus vertit *oritur*, quasi *ἦρκται* scriptum legisset. Vtrumque verbum aptum esse docet historia, vbi *ἀρχὴν καὶ ἐξάρτησιν* habere dicitur ex medio ventre. Ceterum quae *μονόκοιλα* dicuntur in posteriore loco, ea historia vocat *ἀμφώδοντα ζωοτόκα*: quae vero *πολύκοιλα*, ea sunt *τὰ μὴ ἀμφώδοντα*, vel ruminantia animalia, quae aptum omentum habent a magno ventriculo, quem noster libro secundo vocat *τὴν τὰ ἔσω τραχεῖαν καὶ διειλημμένην*. In vtroque genere animalium ortum et adhaesionem omenti demonstrauit egregius *Cuvier*, *Leçons d'Anat. comp.* T. IV. p. 87 et 89. Ceterum *omentum* latine dicitur quoduis *operimentum*; hunc omentum cerebri et ossium dixit Macrobius Saturn. 7, 3. Itaque licebit duo priora genera *ὑμένων* comprehendere vocabulo *omenti*; tertium sui generis *membrana* reddet.

Ad III, 13, 1. *στέαρ ἐστὶ θραυστὸν πάντη καὶ πήγνυται ψυχόμενον. — οἱ μὲν ζωμοὶ οἱ τῶν πιόνων — οἱ δὲ*

τῶν στέαρ — πήγνυνται. Argumentum idem tractat de Partibus 2, 5. cum causis euentuum: *τῶν δὲ ἐναίμων τὰ μὲν σωματῶδες ἔχοντα τὸ αἷμα στέαρ ἔχει μᾶλλον· τὸ γὰρ στέαρ γεῶδές ἐστι· διὸ πήγνυται, καθάπερ καὶ τὸ ἰνῶδες αἷμα, καὶ αὐτὸ καὶ οἱ ζωμοὶ οἱ τοιοῦτοι· ὀλίγον γὰρ ἔχει ὕδατος, τὸ δὲ πολὺ γῆς. Διὸ τὰ μὴ ἀμφώδοντα ἀλλὰ κερατώδη στέαρ ἔχει.* Quem locum redintegraui e Codice Accoramboni, versione Gazae et Guilelmi. Vulgo enim verba *ἐστι· διὸ πήγνυται — ἰνῶδες αἷμα* desunt. Gaza tamen vertit: *seuum enim terrenum est. Vnde fit, vt modo fibrosi sanguinis cogatur, tam ipsum, quam eiusmodi ius.* Guilelmus: *terrestre est: propter quod coagulatur, quemadmodum et sanguis inosus, et ipsum et iura talia.* Pergit Philosophus: *τὰ δ᾽ ἀμφώδοντα καὶ ἀκέρατα καὶ πολυσχιδῆ πιμελὴν ἔχει ἀντὶ στέατος, ἣ οὐ πήγνυται, οὐδὲ θρύπτεται ξηραινομένη, διὰ τὸ μὴ εἶναι γεώδη τὴν φύσιν αὐτῆς.* Vides, seuum hic definiri ex vi contrarii, ὃ *πήγνυται καὶ θρύπτεται ξηραινόμενον.* Nostro vero in loco est: *τὸ στέαρ ἐστὶ θραυστὸν πάντη καὶ πήγνυται ψυχόμενον.* vbi Scaliger vertit: *fragile est quauis parte et frigore cogitur.* Gaza: *cum refrixit, concrescit.* Similiter Gallus Camus. Sed verbum *ψύχειν* ambiguum est; dicitur enim non minus de effectu frigoris quam caloris. Proprie quidem *τὰ ψύχοντα* dicuntur *πηγνύναι*, et *τὰ θερμαίνοντα διαχέειν*, vt ait Plato in Timaeo, vbi Cicero vertit, *frigus habere vim concretionis, calorem liquoris.* Atque hic vsus proprie pertinet ad corpora liquida et humida, non ad terrestria, quae calore densari, durari, siccari, *ξηραίνεσθαι* magis dicuntur, dum vel aura sicca vel calor particulas humoris, quae inter terrestres haerebant, vel euentilat vel aufert. Frigus autem corpora terrestria et solida magis densat, humida et liquida cogit. Seuum autem magis terrestre est, adeps contra liquidus; igitur hic cogi, ille densari dicendus potius videtur. Quare versionem Scaligerianam mutaui.

Ibidem: ἡ μὲν γὰρ πιμελὴ γίνεται μεταξὺ δέρματος καὶ σαρκὸς, στέαρ δ' οὐ γίνεται ἀλλ' ἢ ἐπὶ τέλει τῶν σαρκῶν. Gaza vertit: *adeps enim inter carnem cutemque solet consistere, sebum in fine carnis semper est.* Scaliger: *inter cutem carnemque gignitur, seuum non ibi, sed ad extrema carnis.* Ita etiam Gallus Camus. Sed facile fallit haec versio lectorem, qui cutis et carnis interstitium aliquod adipe repletum intelligere debet. Verum ipse Philosophus postea posuit haec: πάντα τὰ ζῷα τὰ μὲν κατὰ σάρκα ἐστὶ πίονα, τὰ δὲ ἀφωρισμένως. quae Scaliger vertit: *omnia animalia pingue suum aut in carne habent, aut separatum.* Gaza: *aut intra carnem aut seorsum pinguescunt.* Atque iterum noster paulo antea: αὐτὰ δὲ τὰ σελάχη ἐστὶν ἀπιμελώτατα καὶ κατὰ σάρκα, καὶ κατὰ κοιλίαν κεχωρισμένη πιμελῇ. quem locum Scaliger emendandum censuit ita, vt πιμελώτατα scriberet; itaque vertit: *Carnem autem haec pinguissimam habent, et ventrem seorsum disposito adipe.* Sed hanc doctrinam natura rerum falsam conuincit; simul igitur Scaligeri coniecturam damnat. Quae vero hic ἀφωρισμένη κατὰ κοιλίαν, et paulo post κατὰ γαστέρα, πιμελὴ dicitur, haec communiter omento inest, quod in ipsa definitione nominauerat Aristoteles. Id a medio ventre exortum ipsum atque intestina operit. Sed redeo ad rem, de qua disputabam. Si vere duobus in locis adeps vel pinguedo dicitur inesse κατὰ σάρκα, male contra versiones ponunt primo in loco eam esse inter cutem et carnem. Errorem vt cauerem, posui *intra carnem* et *extra carnem.* Facere hoc iubebat ipsum illud ἐπὶ τέλει τῶν σαρκῶν oppositum membro priori μεταξὺ σαρκός.

Ibidem sect. 2. τὸ τῶν ἰχθύων στέαρ πιμελῶδες. Nondum potui causam comminisci, cur Philosophus piscium generi στέαρ quam πιμελὴν assignare maluerit: nam supra τὰ μὴ ἀμφώδοντα στέαρ ἔχει dixerat; in loco de Partibus addidit ἀλλὰ κερατώδη. Ad neutrum tamen genus

pisces pertinent. Nec conuenit iis alterum axioma positum in loco de Partibus: *τῶν δὲ ἐναίμων τὰ μὲν σωματώδες ἔχοντα τὸ αἷμα στέαρ ἔχει μᾶλλον· τὸ γὰρ στέαρ γεῶδές ἐστι.* Ceterum vsum hunc loquendi tam diligenter obseruauit Philosophus, vt statim, vbi dixerat *ὅσα δὲ μὴ ἔχει κεχωρισμένην τὴν πιμελὴν, ἧττόν ἐστι πίονα κατὰ κοιλίαν καὶ ἐπίπλοον, οἷον ἔγχελυς*, et exemplum adipis cum carne coniuncti posuerat anguillam, tamen subiiceret *ὀλίγον γὰρ στέαρ ἔχουσι περὶ τὸ ἐπίπλοον*, et seuum nominaret, vbi adipem expectabas. Ceterum miror, cur in hoc postremo loco Philosophus maluerit negatione vti in docendo, quam affirmatione, ad hunc fere modum: *ὅσα δὲ ἔχει κατὰ σάρκα τὴν πιμελὴν, ἧττόν ἐστι πίονα κατὰ κοιλίαν καὶ ἐπίπλοον.* Nam vulgata scriptura et locutio admodum incommoda et inepta euadit, si plenam ita posueris: *ὅσα δὲ μὴ ἔχει κεχωρισμένην (κατὰ κοιλίαν καὶ ἐπίπλοον) τὴν πιμελὴν, ἧττόν ἐστι πίονα κατὰ κοιλίαν καὶ ἐπίπλοον.* Libri tamen scripti nullam habent varietatem.

Ibidem sect. 3. *τῶν δὲ στεατωδῶν αὐχμηροί.* In Libro de Partibus 2. cap. 6. est de medulla: *τοῖς μὲν κερατοφόροις καὶ μὴ ἀμφώδουσι στεατώδης, τοῖς δὲ ἀμφώδουσι καὶ πολυσχιδέσι πιμελώδης.* De cerebro nihil ibi eiusmodi habet. Hic vero pro *στεατώδεις* maluit ponere *αὐχμηροὶ*, vt variaret orationem.

Ibidem sect. 4. *κοινόν ἐστι τὸ περὶ τὴν κόρην ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς· ἔχουσι γὰρ τοῦτο τὸ μόριον στεατῶδες πάντα ὅσα ἔχουσι τοῦτο τὸ μόριον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς.* Gaza haec vertit: *Omnium vero animalium commune pupillae institutio est: omnibus enim, quae partem hanc possident nec duris oculis sunt, sebo constat.* Scaliger inuertit membra et posuit: *quibuscunque oculi duri non sunt, ea in ipsis pupillam habent: quibus omnibus commune est, vt ipsa seuo constet.* Male vterque; falsum enim est pupillam seuo constare. Scaliger tamen in annotatione, vbi miratur Aristotelis orationem fusam et candidam, et quam latinus

sermo non assequatur salua romana maiestate, alium minus Attice ait ita dicturum fuisse: *πάντων δὲ τῶν ζώων μὴ σκληροφθάλμων ἀλλ' ἐχόντων κόρην, κοινόν ἐστι περὶ αὐτὴν ἔχειν στέαρ.* Bene hoc; sed aliud est seuum habere circa pupillam, aliud pupillam seuo constantem habere. Rectius itaque versio Scoti: *quod prope pupillam oculi est, in omnibus animalibus est multi sebi.* et Gallus Camus: *Tous les animaux qui ont une prunelle, — ont le tour de cette prunelle d'une substance sebacée.* Idem Gallus e Codd. scripsit *ὅσα ἔχουσι τοιοῦτον τὸ μόριον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς:* verum non vidit, ita inepte tautologum effici Philosophum. Nonne enim idem dicit, ac si esset *ἔχουσι γὰρ τοῦτο τὸ μόριον στεατῶδες πάντα, ὅσα ἔχουσι στεατῶδες τὸ μόριον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς?* Contra articulo *τὸ* omisso scribendum erat *ὅσα ἔχουσι τοιοῦτο μόριον ἐν τ. ὀ.* i. e. *quaecunque hanc vel similem partem in oculis habent,* nempe pupillam. Contra prius *τοῦτο τὸ μόριον* significat *τὸ περὶ τὴν κόρην μόριον,* partem cingentem pupillam, nempe *τὸ λευκὸν,* vt appellat in loco de Sensu cap. 2. quem in annotatione posui. Ad hanc igitur rationem Scaligeri versionem emendaui.

Ad III, 16, 1. *τούτων δὲ τὸ μὲν καὶ ἀποκεκριμένον ἐν ἅπασιν, ὅταν ἐνῇ, ἐστὶ τὸ γάλα· ἡ δὲ γονὴ οὐ πᾶσιν ἀλλ' ἐνίοις, οἷον οἱ καλούμενοι θοροὶ ἐν τοῖς ἰχθύσιν.* Haec Gaza vertit ita: *quorum alterum non eodem modo in omnibus est, sed quibusdam pro genitura thorus genitale virus sui generis habetur, vt piscibus.* Vides sententiam mutilatam fuisse ab interprete, et verbum, in quo omnis vis est, male conuersum. Scaliger ita: *E quibus alterum vbi excretum est, cum tempus est, vt insit, lac est: genitura autem non in omnibus, sed eius vice genitalis succus, qualem in piscibus Graeci θορὸν vocant.* Rectius is quidem verbum *ἀποκεκριμένον,* quam Gaza, non de diversa natura, sed de excretione interpretatus est; sed excretionem ipsam male interpretatus verba peruerso ordine

copulauit. Iungenda enim erant *τὸ μὲν ἀποκεκριμένον ἐστὶν ἐν ἅπασι, τὸ γάλα, ὅταν ἐνῇ:* ille contra *ἀποκεκριμένον* seiunctum a verbo *ἐστὶ* interpretatus est *vbi excretum est:* peius etiam verba *ὅταν ἐνῇ, cum tempus est, vt insit,* cum deberet *quo tempore inest.* Sed ille sensum peruertit, vt sententiam aliquam eliceret, verum nec speciosam illam nec veram. Denique cum male vertisset verbum *ἀποκεκριμένον*, non solum prius membrum interpretatione sua deprauauit, sed etiam alterum corrupit. Verbum enim *ἀποκεκριμένον ἐστὶ* commune vtrique membro est, a quo exclusa sententia posterioris plane claudicat. In annotatione Scaliger ita: *Proprium lactis, vnius generis esse in omnibus: proprium geniturae, non esse in omnibus, sed habere vicarium id, quod ab impetu exiliendi θορὸν Graeci vocant: cuiusmodi res in piscibus est. Nam si eorum pulpa caro non est, spina aliud est ab osse, genitalis succus aliud erit a genitura.* Gallus Camus secutus Scaligeri exemplum: *Le lait, lorsque le temps de sa secrétion est venu, est la même liqueur dans tous les animaux, où il se trouve; quant à la liqueur spermatique, elle n'est pas la même dans tous les animaux qui en ont. Dans quelques-uns, par exemple dans les poissons, le sperme est ce qu'on nomme la laite.* Equidem cum ad hunc locum peruenissem in interpretatione latina, statim errorem animaduerti, de quo in annotatione admonere omisi. *ἀποκρίνεσθαι* dicuntur succi et liquores, vt latine excerni et secerni, non solum cum a membro aliquo aut corpore segregantur atque extra corpus eliminantur, sed etiam cum simpliciter segregantur et distinguuntur: veluti lac, quo tempore inest corpori, secretum a reliquis succis inest et continetur proprio aliquo vasculo, quam mammam appellamus. Ita noster de Generatione animal. 3. cap. 1. vbi de albumine et vitello oui docet, oua piscium negat albumen a vitello secretum habere, sed confusum: *οὐδ᾽ ἀποκεκριμένον ἔχει τὸ λευκὸν — διόπερ γίνεται μονόχροα πάντα τὰ τῶν*

ἰχθύων. Similiter de Partibus 2, 8. de molluscis: *οὐδὲν γὰρ ὀστῶδες ἔχειν ἔοικεν οὐδὲ γεηρὸν ἀποκεκριμένον, ὅ,τι καὶ ἄξιον εἰπεῖν. nihil terreni habere discretum videntur* Gaza vertit. Quemadmodum igitur lac paratum et in mammis collectum adest, ita semen collectum et paratum ad coitum non adest in animalibus aut vase aliquo, velut lac mammis, continetur, praeter genus piscium, in quo *οἱ θοροὶ* qui appellantur, cum mammis feminarum comparari possunt. Interpretationem hanc confirmat et illustrat locus de Generatione animalium 1. c. 3. vbi est de testiculorum officio: *ἔτι τοῖς γε τοὺς ὄρχεις ἔχουσιν ἔξω, διὰ τῆς κινήσεως θερμαινομένου τοῦ αἰδοίου, προέρχεται τὸ σπέρμα συναθροισθὲν, ἀλλ' οὐχ ὡς ἕτοιμον ὂν εὐθὺς θιγοῦσιν, ὥσπερ τοῖς ἰχθύσιν.* Tum alter initio capitis 6. de coitu piscium: *οὔκουν δεῖ ἐν τῷ συνδυασμῷ πέττειν τὸ σπέρμα αὐτῶν, ὥσπερ τὰ πεζὰ καὶ ζωοτόκα, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ὥρας τὸ σπέρμα πεττόμενον ἀθρόον ἔχουσιν· ὥστε μὴ ἐν τῷ θιγγάνειν ἀλλήλων ποιεῖν, ἀλλὰ προΐεσθαι πεπεμμένον.* Ita habes et rem et vsum rei traditum a Philosopho; quam vt lectores nunc etiam in versione agnoscere possint, effecisse mihi videor.

Ad III, 16, 5. *πήγνυται δὲ οὐ μάλιστα τὸ τυρὸν ἔχον πλεῖστον, ἀλλὰ καὶ τὸ αὐχμηρότατον ἔχον.* Gaza vertit: *Coit spissaturque potissimum non modo quod plurimum habet caseum, verum etiam quod squallidiorem.* Igitur vt Guilelmus, omisso *πλέον* post *αὐχμηρότατον*, scriptum legit et vertit *αὐχμηρότερον:* rectius tamen Guilelmus *siccius* vertit. Scaliger Aldinam scripturam secutus vertit: *coit non solum quod casei habet plurimum, sed etiam quod siccissimum:* ambigua oratione. Postremum enim vocabulum referri potest etiam ad lac, non ad caseum. In annotatione dubitat, qua ratione Aristoteles distinxerit *τὸν τυρὸν* in lacte *ἀπὸ τοῦ αὐχμηροῦ*, nisi comparetur quantitas casei cum siccitate casei. Recte vir egregius, ingenium suum diuinum potius, quam scripturam vulga-

tam secutus, verum assecutus est. Tamen Gallus Camus, deserto duce, vertit: *Ce n'est pas seulement à raison de la plus grande abondance des parties caséeuses que le lait se coagule plus fortement, c'est aussi à raison de ce qu'il est plus chaud et plus sec.* Male admiscuit calorem siccitati, cum hic siccitas potissimum ad pinguedinem referatur. Ita supra Philosophus, vbi de seuo et adipe tradit, *οἱ δ' ἐγκέφαλοι τῶν μὲν πιμελωδῶν λιπαροὶ, — τῶν δὲ στεατωδῶν αὐχμηροὶ,* siccitatem cerebri a pinguedine distinguit; quod facit in caseo etiam sermo vernaculus.

Ad IV, 1, 4. *καλοῦσιν αὐτὸ κεφαλήν τινες.* Aldinum *κεφαλὸν* Scaliger mutatum voluit in *κέλυφον.* Potuisset vti egregius loco de Generatione 1, 15. vbi de molluscis est: *ἢ τὸ κέλυφος ἀφέστηκε καὶ θάλασσα εἰσέρχεται.* Versio tamen Guilelmi ibi non *putamen*, vt Gaza, sed *ouum* nominauit. At de Partibus 4, 9. est: *περίκειται τοῖς μὲν μαλακίοις τὸ κύτος, ὃ καλεῖται μόνον ἐπὶ τῶν πολυπόδων κεφαλή.*

Ad IV, 1, 6. *ἣ ἐστιν ὀξυτάτη τε καὶ μόνη περίλευκος αὐτῶν καὶ ἐξ ἄκρου δικρόα, ἐστὶ δὲ αὕτη ἐπὶ τῇ ῥάχει· — οὗ πρόσω αἱ κοτυληδόνες εἰσί.* Gaza vertit: *Vltimo vero, quod et acutius et solum albicans est, et parte sui extrema bifurcatum, dorsoque annexum, (dorsum autem partem laeuem appellant, a qua acetabulorum ordo inchoatur,) hoc vltimo inquam brachio in coitu vtitur.* Scaliger: *Est autem inter cetera acutissimum, et solum obalbidum et mucrone duplici, sinu cauo et situm super dorso: — a qua brachia prorsum prodeunt.* Plura is in Gazae versione non sine ratione reprehendit, veluti vsum prauum vocabuli *bifurcatum;* id enim quadrifidum significat. Ipse vero cum vertisset *mucrone duplici, sinu cauo*, docere nos debebat, qua de causa mucroni duplici *sinum* et quidem *cauum* adiecerit. Primum enim initium geminati mucronis omisit, quod est in graecis *ἐξ ἄκρου;* deinde quod bifidum est, non habet semper mucronem duplicem, velut ipsa

matrix, quam saepiuscule Aristoteles δικρόαν in animalium genere nominauit. Scaliger in annotatione breuiter ita ad hunc locum: *Sinum voluit dicere, non solum furcam, vt in matricibus, quas δικρόας dicit praefurcato, non bifurcato.* Videtur igitur duplicem mucronem cauum intelligi voluisse, vt vteri bicornis cornu vtrumque cauum est. Sed haec notio vocabulo graeco non inest; ergo inferri versioni non debebat. Scaliger tamen alia cogitabat de sensu loci, vt inferius docebo. Deinde verba ἐστὶ δ' αὐτῇ ἐπὶ τῇ ῥάχει vertit *et situm super dorso,* accuratius quam Gaza *dorsoque adnexum.* Praepositio enim ἐπὶ simpliciter locum et situm designat; modus coniunctionis, si quis est, alio vocabulo addito significandus erat. Audiamus nunc Gallum Camum: *le dernier, le plus pointu de tous, le seul qui soit blanchâtre et separé en deux à son extremité, lui sert dans l' accouplement. Il est placé sur l' épine: on nomme ainsi dans le polype la partie lisse sur le devant de la quelle commencent les cellules.* Recte is, deserto Scaligeri exemplo, interpretis officio functus sensum verborum graecorum reddidit. Omnes vero vitium orationis graecae vertendo texerunt et celarunt, quod subodoratus Scaliger annotauit haec: *Parenthesi longa est vsus Aristoteles, quam nos composuimus.* Licebat hoc interpreti latino; sed graeca interpretari atque explicare officium est Editoris, quo vereor vt in hoc loco prospero cum euentu fungi possim. Est enim hic locus inter difficillimos, de quo explicando iam olim diu multumque sed frustra cogitaueram. Hoc tamen manifestum esse mihi nunc videtur, verba, quae parenthesis importuna inclusit, suo loco mota alienam sedem occupasse. Designant ea brachium aliquod polypi, (πλεκτάνην) eiusque situm. Situs autem assignatur in parte superiore brachii laeui, ante quam antrorsum acetabula posita sunt. Alio enim quam ad brachium aliquod verba referre non licet. De brachio aliquo sermo antecessit, cuius figura et color describitur; ad hoc idem brachium

post parenthesin redit oratio, quae cum priore membro structura verborum continuatur. Ipsa igitur verborum collocatio et coniunctio facit probabilem suspicionem, de vno eodemque brachio parenthesin et reliquam orationis partem loqui. Quod si verum aut verisimile est, admodum importune parenthesi quasi de diuersa aliqua parte infert verba *ἐστὶ δὲ αὕτη*, aut, vt aliae Edd. habent, *αὐτὴ, ἐπὶ τῇ ῥάχει*. Sed, vt dixi, nullum aliud corpus aut membrum antea fuit nominatum, quo possint haec referri, praeter brachium illud postremum, acutissimum omnium et obalbidum, et in extremo bifidum. Id vero brachium quomodo dici potest situm esse super parte aliqua brachii vel eiusdem vel alius? Nugae hae sunt. Quare suspicor, verba, nunc parenthesi inclusa, olim aptius cum reliquis coniuncta designasse aut locum aut formam aut colorem brachii istius extremi. Fortasse fuit olim scriptum: *τῇ δ' ἐσχάτῃ τῶν πλεκτανῶν· ἐστὶ δὲ αὕτη ὀξυτάτη τε καὶ μόνη περίλευκος αὐτῶν ἐπὶ τῇ ῥάχει, (καλεῖται δὲ ῥάχις τὸ λεῖον, οὗ πρόσω αἱ κοτυληδόνες,) καὶ ἐξ ἄκρου δικρόα, ταύτῃ δὲ τῇ πλεκτάνῃ χρῆται ἐν ταῖς ὀχείαις*. Nullam verbis vim factam esse vides praeter transpositionem, et omissum pronomen *ἣ* post *πλεκτανῶν*. Ita vero existit sensus iste, quem in versione ipsa ponere sum ausus: *Postremo autem omnium (est hoc inter cetera acutissimum et solum obalbidum in dorso: vocatur autem dorsum pars brachii laeuis, a qua prorsum acetabula procedunt: et in extremo bifidum,) hoc igitur ad coitum vtitur.* Ita vero ad dorsum brachii referuntur aut verba illa omnia, *ὀξυτάτη τε καὶ μόνη περίλευκος*, aut duo tantum posteriora, *μόνη περίλευκος*. Demonstrandum igitur nunc fuerit brachium aliquod polypi marini in dorso *acutissimum et obalbidum*, aut tantum *in dorso obalbidum*. Quod an fieri possit, dubito. Certe in Aristotele nullus extat hodie locus, vnde auxilium emendationi petam. Loquitur tamen Philosophus de coitu polypi et vsu brachii alicuius ad coitum de Gene-

ratione 1, 15. *ἡ δὲ τῆς πλεκτάνης τοῦ ἄῤῥενος διὰ τοῦ αὐλοῦ δίεσις ἐπὶ τῶν πολυπόδων, ᾗ φασιν ὀχεύειν πλεκτάνῃ οἱ ἁλιεῖς, συμπλοκῆς χάριν ἐστὶν, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς ὀργάνου χρησίμου πρὸς τὴν γένεσιν· ἔξω γάρ ἐστι τοῦ πόρου καὶ τοῦ σώματος.* Sed locus est alter historiae 5, 6. vbi de coitu molluscorum est: *οἱ δέ τινες καὶ τὸν ἄῤῥενα ἔχειν αἰδοιῶδές τι ἐν μιᾷ τῶν πλεκτανῶν, ἐν ᾗ δύο αἱ μέγισται κοτυληδόνες εἰσίν· εἶναι δὲ τὸ τοιοῦτον ὥσπερ νευρῶδες, μέχρι εἰς μέσην τὴν πλεκτάνην προσπεφυκὸς, ἅπαν τε εἰςπιφράναι εἰς τὸν μυκτῆρα τῆς θηλείας.* Locum vulgo lacunosum e Codice Mediceo et versione Guilelmi redintegrauit Camus. Gaza integriorem locum in suo libro scriptum legit, sed non apte vertit; tamen versione eius adiutus Scaliger sensum bene ita reddidit: *Aiunt nonnulli, marem habere nonnihil simile genitali in vno e brachiis, quod duos maximos sinus continet: id protendi quasi nervosum vsque in medium brachium, quod nari feminae totum inseratur.* Ad hunc locum annotauit Scaliger haec: *δύο κοτυληδόνες. Supra δικρόαν πλεκτανην iccirco dicebat.* Quae si quis cum versione loci superioris, de quo tota haec est disputatio, comparet, dubitabit, vtri annotationi fidem habeat. Sed potuit librarius priorem Scaligeri annotationem mutilasse: et sunt plura in commentariis istis loca a librariis deprauata et mutilata. Certe vtroque in loco Philosophi geminum acetabulum brachii istius, quo in coitu polypus vti dicitur, Scaliger intelligi voluit, ideoque priori loco verba *sinu cauo* adiecit istis antecedentibus, *et mucrone gemino.* Verum nulla ratione vel argumentatione colligere aut extorquere licet *sinus* vel *acetabuli gemini* notionem e verbis *ἐξ ἄκρου δικρόαν;* nisi fortasse vir egregius pro voce *δικρόα* scribi voluit *δικοτυλος,* qua voce ibidem vsus est Philosophus. Quam scripturam firmare liceret ex altero loco H. A. 5, 6. si verba *ἐν ᾗ δύο αἱ μέγισται κοτυληδόνες εἰσίν* significarent id, quod Gallus Camus posuit in versione: *celui des bras — qui est terminé*

par les deux plus grandes cavités. Verum fallit versio lectorem, nec in graecis vestigium significati loci reperitur.

Fortasse tamen licebit πλεκτάνην istam ἐσχάτην (cuius situm e serie et multitudine non licet intelligere, sed vicinia locorum vel superiorum vel inferiorum designare oportebat, nisi reliquae notae Philosopho satis esse visae fuissent,) ἐξ ἄκρου δικρόαν faciliore ratione explicare ita, vt nulla violenta mutatione vel correctione opus sit. Potuit enim Philosophus altero illo loco idem brachium designare nota acetabulorum maximorum, quoniam antea pluribus atque accuratius notauerat, nempe situ, forma et colore. Quarta etiam nota hic accedet, si ἐξ ἄκρου δικρόαν licet interpretari de eodem illo neruoso genitali, quod ait e narratione piscatorum esse μέχρι εἰς μέσην τὴν πλεκτάνην προσπεφυκός, i. e. *adnatum esse*, vel, vt ait Scaliger, *protendi vsque in medium brachium.* Suspicor enim, genitalis istius neruosi speciem e medio fere brachio isto postremo enatam protendi versus extremum, atque ita furcae formam efficere, ita, vt brachium ἐξ ἄκρου δίκρουν dici possit.

Tertius est locus historiae 5, 12. de genitali polypi: διαφέρει δὲ ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας τῷ τε τὴν κεφαλὴν ἔχειν προμηκεστέραν, καὶ τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν ἁλιέων αἰδοῖον ἐν τῇ πλεκτάνῃ λευκόν. Vides, ἐν τῇ πλεκτάνῃ dicit breuiter, vtpote antea designata; genitalis speciem designat nota candoris. Vnde possumus suspicari, verba in primo loco, de quo nunc disputamus, ἣ ἐστιν ὀξυτάτη τε καὶ μόνη περίλευκος, rectius scribi cum Codd. tribus παράλευκος. Neque enim totum brachium est candidum, sed pars eius ea, quae genitalis speciem habet. Vocabulum autem παράλευκος, quod hucusque e Polluce tantum cognitum habebamus, dicitur vt παραλουργής, ita vt color ab vno alterone latere adesse significetur. Cum igitur solum genitale in brachio polypi candidum sit, recte ipsum brachium παράλευκον ab ista parte dicetur. Postremo loco

rideamus licet Plinium, qui libri 9. c. 29. s. 46. haec e loco nostro transtulit: *omnes brachiis vt pedibus ac manibus vtuntur: cauda vero, quae est bisulca et acuta in coitu.* Idem sect. 74. de coitu: *polypi crine vno feminae naribus annexo coeunt.*

In polypo marino nihil recentiores scriptores eiusmodi obseruatum retulerunt, quod ad hanc genitalis speciem referri possit. Sed in loligine maiore cum Belonius tum Otho Fabricius proboscidum acetabula bina omnium maxima intus aculeis longis curuis corneis armata viderunt et descripserunt, quibus aculeis vsum apprehendendorum et tenendorum ciborum tribuerunt; sed sexus differentiam nullam vel hic vel alibi annotarunt.

Ad IV, 1, 7. *νεῖ δὲ πλάγιος ἐπὶ τὴν καλουμένην κεφαλὴν ἐκτείνων τοὺς πόδας.* Gaza vertit: *natat obliquus pedes in eam porrigens partem, quod capitis nomine appellatum est; atque ita efficitur, vt cum natat, prospiciat in aduersum, — et os habeat ex aduerso.* Scaliger: *tendens pedes supra id quod caput appellatur; eique ita euenit, vt quia oculos in vertice habet, quas ante sunt, prospiciat, os autem pone sit.* Is male caput proprie dictum, inter pedes et alueum situm in molluscis intelligebat; itaque motum etiam polypi male explicabat in annotatione ita: *Nam caput obliquatur ad aspiciendum; brachia quasi praesidium antesignanorum protenduntur.* Gallus Camus recte: *étendant les pieds vers ce qu'on appelle sa tête.* Locus est manifestissimus supra 1, 5, 3. *τὰ μαλάκια τούτοις (τοῖς ποσὶ) νεῖ καὶ τοῖς πτερυγίοις καὶ θᾶττον ἐπὶ τὸ κύτος.* ad quem vide dicta p. 20. Versio Thomae ibi habet *super kytos.* Ceterum Plinius pessime etiam hunc locum convertit l. c. *natant obliqui in capu', quod praedurum est sufflatione viuentibus:* vbi bene L. Th. Gronouius coniecit scribendum esse: *et sufflatum viuentibus.* C. Gesnerus iam olim comparauerat Hesychii glossam: *πρῆθμα, πολύποδος κεφαλή· ἔνιοι, πλεκτάνη.*

Ibidem: Ἅπτεται — πλεκτάναις ὑπτίαις· καὶ ὁ μεταξὺ — πᾶς. Gaza vertit: *brachiis supinis, membranamque interiectam totam extendunt.* Scaliger: *brachiis incuruatis:* atque annotat ita: *Dixit ὑπτίαις, quoniam curuat brachia, sicut equus crura anteriora, vt curuum coelum versus spectet, cauum sit in imo: ergo planta equini pedis est apud Aristotelem ὑπτία: nobis non supina sed prona, vt supra declarauimus. Neque sane commode hoc possumus vertere.* Sed antea idem ad librum I. p. 14. operose docere conabatur, Aristotelem vocabuli originem potius secutum esse, et ὕπτιον, quod est infra, dixisse: esse enim ὕπτιον, quod τὰ ὑπὸ notet. Scaligerum secutus Camus vertit: *avec le dedans de ses bras.* Rectius tamen fecisset, si motum et conuersionem brachiorum in supinum elatorum reddidisset exemplo Scaligeri; tunc enim fit, vt membrana inter brachia ima contexta simul tota tendatur. Quare pro *supinis* in versione posui *resupinatis.* Ceterum obseruatio Scaligeri vera est et pertinet ad plurima loca Aristotelicorum librorum, veluti ad illum de Partibus 4, 5. vbi de molluscorum fistula est: οὗτος δ' ἐστὶν ἐν τοῖς ὑπτίοις, quae Gaza reddidit: *quae in supinis posita est:* cum tamen in parte inferiore sit posita, quam ventrem dicimus in animalibus perfectis, aut pronam. Contra noster in hoc ipso loco paulo post habet ἐντός ἐστι τὰ στερεὰ ἐν τῷ πρανεῖ τοῦ σώματος, cum os sepiae et gladiolus in superiore corporis parte sub cute insint. Recte igitur Gaza et Scaliger *sub dorso* verterunt. Classicus est locus ea de re nostri hist. 2, c. 1. initio, vnde apparet, in hominis statu recto πρηνῆ et ὕπτια dici anteriora et posteriora, contra in animalium statu humili vel horizontali esse et dici *inferiora et superiora.*

Ibidem sect. 9. τῇ δὲ τευθίδι ἐλλείπει. De Partibus 4, 9. πτερύγιον δ' ἔχουσι πάντα ταῦτα κύκλῳ περὶ τὸ κύτος· τοῦτο δ' ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων συναπτόμενον καὶ συνεχές ἐστι, καὶ ἐπὶ τῶν μεγάλων τευθῶν· αἱ δ' ἐλάττους καὶ καλούμεναι

τευθίδες πλατύτερόν [*τι* omisit versio Guilelmi] *τοῦτο ἔχουσι καὶ οὐ στενὸν, ὥσπερ αἱ σηπίαι καὶ οἱ πολύποδες· καὶ τοῦτ' ἀπὸ μέσου ἠργμένον καὶ οὐ κύκλῳ διὰ παντός. — Ἐλάχιστον δὲ τοῦτο καὶ ἥκιστα ἐπίδηλον τοῖς πολύποσίν ἐστι, διὰ τὸ μικρὸν ἔχειν τὸ κύτος, καὶ διορθοῦσθαι τοῖς ποσὶν ἱκανῶς.* Vbi vereor, ne mendum insit. Saltem verba *πλατύτερόν τι τοῦτο ἔχουσι καὶ οὐ στενὸν* pertinent non ad *πτερύγιον*, sed ad *κύτος*, vt hic noster locus docet. Ceterum hodie etiamnum species loliginum plures longitudine pinnularum et forma gladii dignoscere licet.

Ibidem sect. 10. *ἔστι δ' αὐτοῦ ἡ σὰρξ σχιστὴ, οὐκ εἰς εὐθὺ μέντοι, ἀλλὰ κύκλῳ.* Noster de Partibus 2, 8. *τὰ μὲν μαλάκια σχεδὸν ὅλα σαρκώδη καὶ μαλακά· πρὸς δὲ τὸ μὴ εὔφθαρτον εἶναι τὸ σῶμα αὐτῶν — μεταξὺ σαρκὸς καὶ νεύρου τὴν φύσιν ἔχει· μαλακὸν μὲν γὰρ ὥσπερ σάρξ ἐστιν, ἔχει δὲ τάσιν ὥσπερ νεῦρον, τὴν δὲ σχίσιν ἔχει τῆς σαρκὸς οὐ κατ' εὐθυωρίαν, ἀλλὰ κατὰ κύκλους διαιρετήν.* Ita enim cum Codice Accoramboni habet versio Guilelmi, vbi editum legitur *φύσιν*, quod tamen praeferendum videtur, nisi *διαιρετῆς* scribas. Firmat hanc sententiam Aristotelis testimonium Listeri Exercit. Anatom. III. p. XXV. Ceterum male Plinius 11. s. 87. *Aquatilium mollibus ossa nulla, sed corpus circulis carnis vinctum, vt sepiae atque loligini.*

Ibidem: *παχύτερον δ' ἐστὶ τοῦ στομάχου τὸ ἔντερον.* Quod coniectura Scaliger erat assecutus, *πλατύτερον*, et Gaza reddidit *laxius*, in Codice Vaticano repertum probauit etiam Saluianus; et natura rerum comprobat.

Ibidem s. 11. *ἐπὶ ταύτῃ τὸν θολόν· τοῦτον δὲ πλεῖστον αὐτῶν καὶ μέγιστον ἡ σηπία ἔχει.* De Partibus 4, 5. de atramento: *ἔχει τὸν καλούμενον θολὸν ἐν χιτῶνι ὑμενώδει προσπεφυκότα, τὴν ἔξοδον ἔχοντι καὶ τὸ πέρας, ᾗπερ ἀφίησι τὸ περίττωμα τῆς κοιλίας τὸ ἔντερον κατὰ τὸν καλούμενον αὐλόν. — ἔχει μὲν οὖν πάντα τὰ μαλάκια τοῦτο τὸ μόριον ἴδιον, μάλιστα δ' ἡ σηπία καὶ πλεῖστον. — αἱ*

μὲν οὖν τευθίδες καὶ οἱ πολύποδες ἔχουσιν ἄνωθεν τὸν θολὸν ἐπὶ τῇ μύτιδι μᾶλλον, ἡ δὲ σηπία πρὸς τῇ κοιλίᾳ κάτω· πλείω γὰρ ἔχει διὰ τὸ χρῆσθαι μᾶλλον. Τοῦτο δ' αὐτῇ συμβαίνει διὰ τὸ πρόσγειον μὲν εἶναι τὸν βίον αὐτῆς, μὴ ἔχειν δὲ ἄλλην βοήθειαν, ὥσπερ ὁ πολύπους· ὁ γὰρ πολύπους ἔχει τὰς πλεκτάνας χρησίμους καὶ τὴν χρώματος μεταβολήν. quem locum integriorem feci e versione Guilelmi, quam vulgo scriptus legitur. Inde igitur apparet, verba *ἐπὶ ταύτῃ* non satis recte Scaligerum vertisse *atque in ea*, Camum *où est contenue l'encre*. Gaza praeteriit. Deinde verba *καὶ μέγιστον* vereor ne a librario aut aliqua aliena manu accesserint, quae nisi de vesica atramenti bene dici non possunt. Omisit Gaza et damnauit Scaliger.

Ibidem sect. 12. *Ἔχουσι δὲ καὶ τριχώδη ἄττα ἐν τῷ σώματι.* *Capillamenta* vertit Gaza. Infra 5, 18. *διαφέρει δὲ ὁ ἄῤῥην τευθὸς τῆς θηλείας· ἔχει γὰρ ἡ θήλεια, ἐάν τις διαστείλας θεωρήσῃ τὴν κόμην, εἴσω ἐρυθρὰ δύο, οἷον μαστούς.* Branchias intelligi, iam olim monuit Rondeletius. Infra 4, c. 4. de conchis: *καὶ τὰ τριχώδη πᾶσιν ὑπάρχει κύκλῳ τούτοις, οἷον τοῖς κτεσί.* vbi pariter branchias recte interpretatur Lister Exercit. III. p. 7. In altero loco tamen temere Camus coniecturam Scaligeri *κοιλίαν* exemplo Maussaci recepit, quam scripturam Gaza reddidisse videtur.

Ibidem: *ἐὰν τις αὐτῶν παλαιωθῇ.* Scaliger ambigebat, an verbum possit referri ad viuentis aetatem: quare valde metuebat, ne de mortuo salito ac seruato ad cibum dicatur. Sed impedit additum pronomen *τις*, quod abesset, si de solito loqui vellet.

Ibidem sect. 13. *ὅμοιον μαστῷ — ἐρυθρὰ ἄττα σωμάτια πρόσεστι.* Eadem corpuscula rubra memorat locus supra ad *τριχώδη* allatus. Tertius est infra H. 4, 4. de testaceis: *κάτω δὲ (τῆς κοιλίας) ἔχει δύο λευκὰ στιφρὰ, ὅμοια μαστοῖς, οἷα ἐγγίνεται καὶ ἐν ταῖς σηπίαις, πλὴν στιφρὰ ταῦτα μᾶλλον.* Ex obseruatione recentiorum haec loca nondum explicare mihi liceat. Plerique enim omnes

mollusca mortua secuerunt, in quibus color partium euanuerat; pauci praeterea sexus discrimina nouerant; atque organa mascula inueterati animalis nuper demum descripsit *Cuvier;* feminea satis accurate descripserunt plures, sed situm naturalem nemo demonstrauit, nedum cum Aristotele comparauit. Scaliger ait, se inspexisse animal, et vnum tantum meatum offendisse; igitur verba *δύο τε ταῦτ' ἐστί* pertinere censet ad partem papillae similem.

Ibidem sect. 14. *μάλιστα ἡ σηπία· τά τε γὰρ πρανῆ τοῦ κύτους πάντα μελάντερα τῶν ὑπτίων τραχύτερά τε ἔχει ὁ ἄῤῥην τῆς θηλείας, καὶ διαποίκιλα ῥάβδοις, καὶ τὸ ὀῤῥοπύγιον ὀξύτερον.* Discrimen hoc sexus in nullo molluscorum genere nemo hucusque recentiorum vel annotauit vel confirmauit. In sepia omnium maxime insigne esse videtur propter asperitatem corporis et aluei extremitatem in acumen exeuntem, quae lata solet esse. Subiit animum suspicio, intelligi sepiam tuberculatam a Gallo *La Marck* descriptam et pictam, cuius superior pars corporis et brachiorum, multo breuiorum, tuberculis conicis obsita est, inferior rugosa; ipsum vero corpus angustius videtur. Os sepiae dicitur esse spatulae forma, antice latius, postice in acumen desinens, cum sepiae vulgaris officinalis os sit ellipticum. Hinc suspicor, etiam corporis posteriorem partem acutiorem, quam in vulgari specie, debere intelligi.

Ibidem sect. 16. *προτείνει τὰς πλεκτάνας.* Manifeste brachia dicit. Sed de Partibus 4. cap. 9. est: *Ὅσοις δὲ κοτυληδόνες ἐν τοῖς ποσὶ καὶ πλεκτάναι πρόσεισι, δύναμιν ἔχουσι καὶ σύνθεσιν τοιαύτην, οἵανπερ τὰ πλεγμάτια, οἷς οἱ ἰατροὶ οἱ ἀρχαῖοι τοὺς δακτύλους ἐνέβαλλον.* Partem diuersam a pedibus seu brachiis et cotyledonibus significare videtur *πλεκτάνη*, fortasse interiora cotyledonum fibris varie implexis, (et corneo circulo denticulato in loliginum genere) instructa. Locus est apud Dioscoridem 4, 13. vbi herba clymenos dicitur in caule gerere *θυλάκια* (folliculos) *εἰς ἄλληλα νεύοντα* (inuicem inclinatos) *καὶ περιπλε-*

κόμενα (atque implicatos) *ἐοικότα πολύποδος πλεκτάναις*, similes polyporum plectanis. Plinius 25. cap. 7. interpretatur: *folliculis cum semine inter se implexis, velut in polyporum cirrhis.* Sed plantae comparatio dubitationem non eximit; plantam enim ipsam definire certo hodie non licet. Fabius Columna scorpiurum vermiculatam Linnaei, cum aliis Sprengel (Historiae rei herbariae Tom. I. p. 183.) Lathyrum clymenum interpretatur. In neutra tamen simile quicquam polyporum brachiis aut cotyledonibus vnquam equidem vidi. *Πλεγμάτια* vero illa interpretor *σαύρας τὰς ἐκ τῶν φοινίκων πλεκομένας* Hippocratis de Articulis pag. 839. quibus digitos extortos includebant et corrigebant medici.

Ibidem: *ἄλλοι δύο ἐν ὀστρείοις — τὸ δ' ὄστρακον — περιπεσόντος τοῦ ὀστρέου. — Καὶ ἄλλος ἐν ὀστράκῳ — ἀλλ' ἔνεστιν ὥσπερ ὁ κοχλίας* In hoc loco primum dubitari potest, Philosophus cur in vocabulorum vsu *ὀστρείοις, ὀστρέου, ὄστρακον* tantopere variauerit. Primum quidem genus testam aliquanto diuersam habitare videtur ab altero, quod docet comparatio cum pectinis testa, qua tamen magis cauam et rotundam videtur voluisse dicere polypi testam. Cum tamen eandem statim *ὄστρακον* dixerit, nullum discrimen significationis vtriusque vocabuli, *ὄστρεον* et *ὄστρακον*, videtur statuisse hoc quidem in loco, cum alibi semper distinguat. Scaliger verba *καὶ οὐ συμφυὴς* vertit *neque ei connexa natura.* Is primum *ὀστρείοις conchis* vertit, *ὄστρακον, testam, ὀστρέου, concha*, et in altero genere polypi iterum *ὀστράκῳ, testa.* Pro *κοχλίας* vocabulo latinum *limax* maluit, et verba *ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ ὁ κοχλίας*, vti vulgo scripta erant, tanquam inutilia tolli voluit. Scripturam veram *ἀλλ' ἔνεστιν* male vertit Camus: *il se tient dans sa coquille et n'en sort non plus que le limaçon.* Frustra igitur admonuerat Scaliger, idem iam antea dictum fuisse, et limacem exire testa sua, quanquam non totum. Scripturam Gallus mutauit, sed sensum eundem

mutatae scripturae inesse falso existimauit. Denique Scaliger verba *ἁλίσκεται καὶ ἐν τῇ γῇ ἀποθνήσκει* vertit *aut capitur aut in humo perit*. Quam sententiam vellem verbis graecis expressam! Sed inest adhuc in descriptione alterius generis difficultas, vbi initium *Καὶ ἄλλος ἐν ὀστράκῳ* minime significat, hunc polypum pertinere ad illa duo genera supra proposita verbis *Ἔτι δὲ ἄλλοι δύο ἐν ὀστρείοις*, sed tertium aliquod potius genus promittere videtur. Eandem speciem orationis reddidit Gaza verbis: *Est etiam qui cochlearum more* etc. Contra Scaliger vitium (nam vitiosam orationem esse puto) celauit, cum verteret: *Alter in testa tanquam limax*. Fortasse in loco illo superiore, tantopere scriptura librorum variato et coniecturis virorum doctorum vexato, latet causa vel vitiosae scripturae, vel, si vera est vulgata, erroris nostri, qui secundum genus agnoscimus, vbi tertium aliquod nominatur. Superest, vt verba *οἷον κτεὶς κοῖλος* explicemus. Pectines, quos Linnaeus ostreae genere comprehendit, in duos ordines digesto, Graeci descripserunt in duo summa genera, *πλατεῖς* et *κοίλους*, pectines valuis planis et valuis conuexis vel concauis. Linnaeus posteriores testa conuexa distinguere solet. Praeter Aristotelem neminem noui excepto Xenocrate, qui distinctionem hanc memorauerit. Is autem c. 19. *Κτένες κράτιστοι οἱ εὐμεγέθεις, κοῖλοι, τὴν χρόαν μελάντεροι· — εἰσὶ δὲ οἱ λευκοὶ καὶ πλατεῖς γλυκύτεροι, σκληροὶ δέ.*

Ad IV, 2, 10. *Τὴν δὲ θάλατταν δέχονται μὲν παρὰ τῷ στόματι — ἀφιᾶσι δ᾽ ἐπιλαμβάνοντα κατὰ μικρὸν τούτου μόριον οἱ καρκίνοι· οἱ δὲ κάραβοι παρὰ τὰ βραγχιώδη· ἔχουσι — οἱ κάραβοι.* Haec ita vertit Gaza: *Mare omnes eius generis ore excipiunt, sed cancri parte oris exigua adducta respuunt: locustae suas ad branchias transmittunt.* Scaliger: *mare omnia haec excipiunt ore, sed exceptum cancri oris tantum parte angustiore emittunt: locustae autem ad barbulas branchiis similes, quas illae numerosas habent.* Annotatio docet, Scaligerum voluisse, cancros

mare reddere et recipere ore, locustas ore receptum reddere per branchias. Deinde *παρὰ τῷ στόματι* interpretatur *ore excipere*, proprie tamen esse ait *praeter os*, sed dictum vult, vt apud Lucretium 4, 529. *praeter radit enim fauces vox*. Significare addit maris transitum in ingressu: quod per *κατὰ* in exitu dixerit in cancris, et per *παρὰ* in exitu in locustis. Hae sunt argutiae viri egregii vim facientis sermoni graeco, et naturam branchiarum locumque in *μαλακοστράκοις* ignorantis. In loco Lucretii *praeterradere* reddit graecum *παραξύειν*, longe diuerso sensu; sed recentiores editiones ibi *Propterea radit* habent. Gallus Camus Scaligerum secutus vertit: *avalent l'eau par la bouche: les cancres la rejettent par une petite partie de leur bouche, à mesure qu'ils en avalent de nouveau: les langoustes la rejettent par leurs especes de bronches, qui sont fort multipliées*. Sed id fecit non Scaligeri exemplo, sed suo sibi errore, quod *βραγχιώδη* (Male bis operae *βραγχοίδη* omisso iota dederunt.) *bronches* interpretatus est. Deinde *ἐπιλαμβάνοντα* verbum male reddidit, cum alicubi latine *adsumere* conuersum reperisset. Solus Albertus cum Scoto rectius vertit: *et eiicit paulatim claudendo os suum*. Notum est Demosthenicum *ἐπίλαβε τὸ ὕδωρ*, apud nostrum *ἐπιλαβὼν τὸν αὐλὸν ταῖς χερσὶ*, et apud Aristophanem *τὴν ῥῖνα ἐπιλαβοῦσα*. Est igitur *obturare, obstruere, sistere*. Sed superest alia difficultas, non tam facile expedienda. Codices duo omittunt *κατὰ* ante *μικρὸν*, quo facto *ἐπιλαμβάνοντα μικρὸν τούτου μόριον* est *claudentia, obturantia paruam eius partem*. Gaza hanc scripturam secutus est *adducta parte oris exigua* vertens. Contra si *κατὰ μικρὸν τ. μ.* retineas, erit: *reddunt mare, quod sistunt et retinent, per paruam eius partem*. Statim apparet, priorem scripturam sensum fundere faciliorem et meliorem. Sed quo refertur *τούτου μόριον*? Nihil antecessit nisi *παρὰ τῷ στόματι*, quae verba etiam Guilelmus vertit *per os*. Igitur *τούτου μόριον* erit *oris pars*: atque hinc se-

quitur, vt credamus *ore recipi mare*; quod tamen verba graeca ferre non videntur. Vt dubitatio haec expediatur, comparanda sunt reliqua loca, vbi de branchiis et respiratione *μαλακοστράκων* traditur. Igitur supra erat de astaci pedibus: *ἐπάνω δὲ τῶν μεγάλων ἄλλοι δύο δασεῖς μικρὸν ὑποκάτω τοῦ στόματος· καὶ μικρὸν ὑποκάτω τούτων τὰ βραγχιοειδῆ τὰ περὶ τὸ στόμα, δασέα καὶ πολλά. Ταῦτα δ' ἀεὶ διατελεῖ κινῶν.* Alter est locus de Partibus 4, 8. *τὰ δ' ἐν τοῖς ὑπτίοις μόρια καὶ περὶ τὴν κεφαλὴν, τὰ μὲν εἰς τὸ δέξασθαι τὸ ὕδωρ καὶ ἀφεῖναι ἔχουσι βραγχιοειδῆ· πλακωδέστερα δὲ τὰ κάτω αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων καράβων ἔχουσι· καὶ τὰ ἐν τῷ ἐπιπτύγματι δασύτερα αἱ θήλειαι τῶν ἀῤῥένων, διὰ τὸ ἐκτίκτειν τὰ ᾠὰ πρὸς αὐτὰ, ἀλλὰ μὴ ἄποθεν, ὥσπερ οἱ ἰχθύες καὶ τἄλλα τὰ τίκτοντα.* vbi Gaza vertit: *partes supinas et capitis.* Sed Guilelmus *παρὰ* scriptum legit et vertit; praeterea habet *brancheolas habentes platas.* Deinde *ἐπὶ τοῖς ἐπιπτύγμασι* scriptum vertit. Denique pro vulgato *ἐκτείνειν*, quod Guilelmus *extendi* vertit, cum Gaza *ἐκτίκτειν* scribendum censui; quam emendationem firmat Philosophus in hoc nostro capite. In libro de Respiratione cap. 12. est: *οἵ τε κάραβοι καὶ οἱ καρκῖνοι παρὰ τὰ δασέα ἀφιᾶσι τὸ ὕδωρ διὰ τῶν ἐπιπτυγμάτων.* Sed locus est classicus infra 4, 5. vbi de dentibus oris praefatus pergit: *καὶ ἐπὶ τούτων ἐπικαλύμματά ἐστι δύο, ὧν μεταξὺ ἐστιν οἷάπερ ὁ κάραβος ἔχει πρὸς τοῖς ὀδοῦσι. Δέχεται μὲν οὖν τὸ ὕδωρ παρὰ τὸ στόμα, ἀπωθῶν τοῖς ἐπικαλύμμασιν, ἀφίησι δὲ κατὰ τοὺς ἄνω πόρους τοῦ στόματος, ἐπιλαμβανὼν τοῖς ἐπικαλύμμασιν, ᾗ εἰσῆλθεν. Οὗτοι δ' εἰσὶν εὐθὺς ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ ὅταν δέξηται τὸ ὕδωρ, ἐπιλαμβάνει τὸ στόμα τοῖς ἐπικαλύμμασιν ἀμφοτέροις, ἔπειθ' οὕτως ἀποπυτίζει τὴν θάλατταν.* vbi ante Camum erat *περὶ τὸ στόμα — πόρους τοῦ σώματος*, quam scripturam ille e Codicum auctoritate et versionum trium correxit. Praeterea *ἀποπτύει* Mediceus habet pro *ἀποπυτίζει*, sensu tamen fere eodem. Priora

verba male Scaligeri versio reddiderat: *quiddam quale locustae, quod dentes diximus.* Ceterum monet, valuulas intelligi crustaceas, quibus dentes tegantur, quasi labiis duobus, sed ad perpendiculum esse, non, vt aliorum animalium ora, ex transuerso. Reliqua Scaliger vertit: *ore aquam excipit valuulis depellens, reddit autem meatibus superioribus, occludens valuulis eam partem, qua ingressa fuerat. — occupat os valuulis ambabus, atque deinde sic mare expuit.* Annotat ibi haec: *Excipit igitur aquam ore, diductis valuulis ac depellentibus aquam circumstantem, vt mediam hauriat, vt hoc sit ἀπωθῶν. Quid igitur anhelat ipse, vt spiritu recipiat? Potius igitur ἀπωθῶν depellens, introrsum scilicet. Nam diductis valuulis aqua haeret ori: ergo adductis iisdem aqua introrsum pellitur. Quare eadem parte non potest reciprocare ad exitum, sed ascendit exitque per meatus superiores. — Supra κατὰ μικρὸν μόριον τοῦ στόματος male; nam vacuum oris non est μόριον, sed διαστημα debuit dicere. — Mirum supra dixit παρά τῷ στόματι, nunc dixit περὶ τὸ στόμα, non στόματι.* Gallus Camus ita: *le cancre avale l' eau par la bouche, d' où il l'empêche de sortir à l'aide des deux couvercles, dont je viens de parler, et il la rejette par deux conduits situés à la partie supérieure de sa bouche, en appuyant ses deux couvercles sur l'ouverture par laquelle elle est entrée.* Hinc igitur apparet significatio verbi *ἐπιλαμβάνειν, obturare, τοῖς ἐπικαλύμμασι,* cui opponitur in aqua recipienda *ἀπωθῶν τοῖς ἐπικ.* sed quocunque te vertas cum Gaza, Scaligero et Camo, nunquam efficies, vt phrasis sensum fundat contrarium illi *ἐπιλαμβάνειν τοῖς ἐπικαλύμμασι,* nisi *τὰ ἐπικαλύμματα ἀπωθῶν* scripseris. Hoc posito apparet, cancros recipere aquam *παρὰ τὸ στόμα,* reddere *κατὰ τοὺς ἄνω πόρους τοῦ στόματος — τοὺς εὐθὺς ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς,* i. e. per meatus supra os statim sub oculis sitos. Partem, qua recipitur, primo loco nominauit *παρὰ τὸ στόμα;* deinde *ᾗ εἰσῆλθε;* sed statim subdit

ἐπιλαμβάνει] *τὸ στόμα τοῖς ἐπικαλ.* Vides, Philosophum sibi ipsum contraria tradere. Verum equidem non dubito, verba illa postrema, *καὶ ὅταν δέξηται — τὴν θαλατταν*, ab aliena manu addita erroris alieni culpam concepisse Aristoteli. Praeter hunc enim errorem appellati oris nihil docent, quod antea non fuerit traditum. Simile exemplum ineptae repetitionis in eodem capite ibi videbimus.

Ad rem nunc veniamus. Qui nuper cancrorum anatomiam dedit, Italus *Cavolini*, libri in sermonem nostrum conuersi pag. 124. aquam recipi ait per orificia duo ad os sub maxillis sita, oualia, valuulis membranaceis mobilibus claudenda; per eadem aquam partim reddi, partim etiam per commissuram testae superioris cum inferiore. Per haec eadem orificia cancros mari extractos spumam euomere tradit. Ante branchias septem sitas esse vtrinque barbulas cutaceas, pinnatas, partim ipsis maxillis infixas, partim infra sitas; quae continuo motu agitentur versus branchias retroque. Hi videntur esse pedes illi parui hirti, de quibus supra Aristoteles: *κάμπτει δὲ καὶ προσάγεται τοὺς δύο πόδας πρὸς τὸ στόμα τοὺς δασεῖς· ἔχουσι δὲ καὶ παραφυάδας λεπτὰς οἱ πρὸς τῷ στόματι πόδες.* Quae sint *ἐπικαλύμματα*, quas valuulas interpretatur Scaliger, optime docebit Gallus *Cuvier*, *Leçons d' Anatomie comparée* Tom. IV. pag. 432. vbi de respiratione cancrorum tradit: *Le renouvellement de l' eau s'opere par deux lames presque de substance de parchemin, articulées sur le thorax près des machoires, très alongées, et se portant obliquement, l' une en-dedans entre les branchies et le corps, l' autre en-dehors entre ces mêmes branchies, et le rebord du thorax qui les recouvre. Ces deux lames, en comprimant les branchies, expriment l'eau des intervalles des lames, et en cessant de presser, elles en laissent rentrer de nouvelle.*

Idem describit deinde branchias decapodum macrurorum, qui branchias plures habent, quam cancri, in pe-

ctore inter pedes positas et quidem ipsi eorum basi infixas, adeo, vt pedes moti simul branchias commoueant et comprimant. Aqua vero ita regredi dicitur ab vtroque oris latere. (*vient sortir aux deux côtés de la bouche* p. 434.) In genere squillarum, quas *branchiopodes* vocat, branchiae pinnis caudalibus adhaerent et cum ipsis mouentur, adeo, vt aquae nullo alio ingressu regressuue opus sit. Cf. ibidem pag. 435.

Certum igitur est, orificia, per quae ingreditur aqua in branchias cancrorum, diuersa esse ab ore ipso; quare de scriptura *παρὰ τὸ στόμα* vel *παρὰ τῷ στόματι* non dubitari potest. De meatibus vero illis supra os, per quos reiici dicitur aqua recepta, dubitari potest.

Nunc de reliqua scriptura videamus, quam e comparatione ceterorum locorum certius nunc licet constituere. Aqua recepta orificio aliquo redditur alio, dum prius valvulis appositis obturatur. Igitur scribendum *κατὰ μικρὸν τοῦτο τὸ μόριον*. Vocat autem *μόριον* partem illam, *ᾗ εἰςῆλθε τὸ ὕδωρ*, et quam valuulis operit animal. Deinceps porro scribendum *οἵ τε καρκίνοι καὶ οἱ κάραβοι παρὰ τὰ βραγχιώδη*, vt comparato loco de respiratione cap. 11. quem superius apposui, iam olim docuit Con. Gesner Histor. Aquatil. pag. 122. vbi tamen vir egregius in eo errauit, cum putaret, praepositionem *παρὰ* ante *τῷ στόματι* abundare. Nullum igitur est inter locustas et cancros discrimen in reddenda aqua, quod lectio vulgaris tradere videtur. Lectionem ita emendatam in versione reddidi.

Ad IV, 2, 10. *Κοινὸν δὲ πάντων τοῦτό ἐστιν· ὀδόντας τε πάντ' ἔχει δύο.* Ita haec scribenda fuisse, nunc demum video, postquam versionem iam e manu dimiseram. In nostrae editionis scriptura, quam Sylburgii et Guilelmi auctoritate dedi, inepte abundat alterum repetitum *πάντα* post *πάντων κοινόν*. Igitur Gazae *τοῦτο* verum est, seu de solo branchiarum vsu, siue de respiratione membrum hoc interpreteris.

Ibidem: *καὶ τὸ στόμα σαρκωδέστερον ἀντὶ γλώττης.* Iterum hic me in errorem induxit auctoritas Medicei libri et Guilelmi. Antiqua scriptura erat vera, nisi quod *σαρκώδη* mutandum erat in singularem numerum hoc modo: *καὶ ἐν τῷ στόματι σαρκῶδες ἀντὶ γλώττης.* Ita supra 4, 1, 10. de molluscis: *ἐν δὲ τῷ στόματί ἐστι μικρὸν σαρκῶδες· γλῶτταν δ᾽ οὐκ ἔχει αὐτῶν οὐδέν, ἀλλὰ τούτῳ χρῆται ἀντὶ γλώττης.* Infra huius Cap. 11. *σαρκίον γλωττοειδές.* Cap. 5, 5. de echinis est: *ἐν μέσῳ δὲ τούτων (ὀδόντων) σῶμα σαρκῶδες ἀντὶ γλώττης.* vbi Vatic. liber *στόμα* ineptum habet.

Ibidem: *ἐκτὸς δὲ καὶ οὗτοι, ᾗ τὰ ᾠὰ ἐκτίκτουσιν.* Verbum, vnde haec pendent, supra positum est, *τελευτᾷ;* igitur *οὗτοι* mutandum erat in *τούτοις.* Nam *ἔχουσι* commode non potest intelligi. Vide dicenda ad 4, 3, 3. Statim deinde initio sectionis 11. distinctio mutanda erat et scribendum: *Ἔτι τὰ θήλεα — χώραν ἔχουσι· καὶ τὴν καλουμένην δὲ* et reliqua.

Ibidem sect. 13. *μέχρι εἰς τὰ σαρκώδη.* Praefero scripturam Medicei et Guilelmi *τὸ σαρκῶδες,* propter sect. 3. *πάντα ταῦτα τὸ μὲν στερεὸν καὶ ὀστρακῶδες ἐκτὸς ἔχει — τὸ δὲ σαρκῶδες ἐντός.* et sic Capite sequente 4. vbique *τὸ σαρκῶδες* aut *τὴν σάρκα* vsurpat Philosophus, vbi sect. 2. eadem erat varietas.

Ibidem: *τῇ δὲ ἁφῇ γλίσχραν.* Gaza vertit *tactu lenta.* Scaliger: *quae tamen attrectata dilabatur:* in annotatione *fluida* posuit. Merito Camus ducem deseruit suum. Paulo antea miror, cur, testiculorum situs vbi definitur, addita reperiantur verba *ἡ δ᾽ ἀρχὴ — ποδῶν,* quibus non initium, sed potius exitus ductuum seminalium signari mihi videbatur.

Ad IV, 3, 1. *πάντα γὰρ σπλάγχνα ἔχει τὰ ἔσωθεν· τῶν δ᾽ ἀναίμων οὐδέν.* Gaza vertit ordine inuerso: *genus quod sanguine caret, pluribus vacat. Iam enim viscera, quae cuique sanguineo insunt omnia, nullum exangue quod habeat, nouimus.* Scaliger: *si quidem omnia viscera*

interiora nomen habent· at in sanguine carentibus nullum habet: sed communia tam his etc. Is in annotatione Gazam carpit. Praeterea praeposterum ordinem doctrinae Aristotelicae merito reprehendit, si ea est Philosophi ipsius culpa, nec librariorum aut Apelliconis. Addit falso negari, visceri exanguium in hoc genere vlli nomen inditum esse; esse enim *μύτιν* appellatam e viscerum genere. Male etiam et pleonastice dici *σπλάγχνα τὰ ἔσωθεν*. Verum liceret suspicari, olim fuisse scriptum *πάντα γὰρ τὰ σπλαγχνα ἔχει· τὰ δ' ἔσωθεν τῶν ἀναίμων οὐδέν*, nisi ratio statim afferenda manum inhiberet corrigentis. Camus recte Scaligeri deseruit auctoritatem et ad Gazam transiit; sed peccauit adsciscendo *στόμα* pro vulgato *στόμαχος*. Versionem Gazae comprobat erroremque Scaligeri arguit locus de Partibus 4, 5. de molluscis et crustaceis: *τὴν τῶν σπλάγχνων ἅπασαν οὐκ ἔχει φύσιν, ὁμοίως δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀναίμων οὐδέν. — οὐδὲν δὲ τουτων ἔχει αἷμα, ἐξ οὗ συνέστηκεν ἡ τῶν σπλάγχνων φύσις.* Ceterum *μύτιν* Aristoteles non viscerum loco babuit, sed ad excrementorum genus retulit.

Ibidem sect. 3. *τελευτᾷ δὲ — ὑπὸ τὸ ἐπικάλυμμα τὸ ἔξω — πρότερον*. Locus ad quem refert lectores, est supra de carabis: *τελευτᾷ δὲ τοῦτο τοῖς μὲν καραβοειδέσι καὶ καρίσι κατ' εὐθυωρίαν πρὸς τὴν οὐρὰν, ᾗ τὸ περίττωμα ἀφιᾶσι, καὶ τὰ ᾠὰ ἐκτίκτουσι· τοῖς δὲ καρκίνοις κατὰ μέσον τὸ ἐπίπτυγμα· ἐκτὸς δὲ καὶ οὗτοι, ᾗ τὰ ᾠὰ ἐκτίκτουσι.* In quo loco vitium orationis animaduertit Scaliger; debebat enim esse *καὶ τούτοις:* refertur enim ad *τελευτᾷ τοῖς μὲν καραβοειδέσι.* Auget corruptelae suspicionem hic locus comparatus, vbi *τὸ ἐπικάλυμμα τὸ ἔξω* non recte vertit Scaliger *operculi partem extimam:* rectius Gaza *applicatum exterius operculum.* Quanquam nomen *ἐπικάλυμμα* non meretur pars haec, nisi quatenus oua operit edita: verius est alterum *ἐπίπτυγμα*, caudam sub corpus reflexam atque applicatam significans. Camus Gazam sequitur

posteriore loco: at in priore paulo amplius: *et se termine à l'orifice commun par lequel sortent les excremens et les oeufs. Chez les cancres l'intestin se termine sous le milieu de leur opercule, mais dans cette espece même c'est toujours dans l'endroit par où ils jettent leurs oeufs qu'il a son issue.* De communi orificio excrementorum et ouorum potest etiamnum dubitari; verba Philosophi nihil aliud prae se ferunt nisi communem exitum sub cauda. Verum in eo etiam errorem Aristotelis agnouit *Cavolini* pag. 140. qui ouis exitum aperit superius in pectore. Compara de partibus genitalibus Cuverium Lectionum Tom. V. p. 188. sqq. Superest vitium in verbis, quae operculum exterius, vel operculi foramen exterius loquuntur, cum anus semper sit in parte inferiore atque interiore caudae vel protensae et rectae vel reflexae. Igitur ἐκτὸς scribendum videtur; certe articulus τὸ tollendus. Sequuntur vulgo verba haec: Ἔχει δὲ τὰ μεταξὺ τῶν ἐπικαλυμμάτων, οἷάπερ ὁ κάραβος πρὸς (Codd. περὶ et παρὰ dant) τοῖς ὀδοῦσιν. Scaliger ad haec: *Hoc quoque frustra repetit.* Quem secutus Camus verba omisit. Recte! sed non solum otiose verba repetuntur, sed alieno plane loco. Librarius ὁμωνύμῳ vocabulo ἐπικάλυμμα deceptus, quod hic caudam cancrorum reflexam significat, male assuit, quae supra de gemino ἐπικαλύμματι adstante dentibus duobus oris. Ceterum quae sint illa τὰ μεταξὺ τῶν ἐπικαλυμμάτων πρὸς τοῖς ὀδοῦσι in carabo, nondum reperi. Scaliger putabat intelligi carunculam, quam pro lingua habet carabus; de qua supra: καὶ γὰρ οἱ κάραβοι τοὺς πρώτους δύο ἔχουσι καὶ ἐν τῷ στόματι σαρκώδη ἀντὶ γλώττης, vel, vt est in optimo Codice, καὶ τὸ στόμα σαρκωδέστερον ἀντὶ γλώττης.

Ad IV, 3, 4. πυῤῥὰ διαπεπασμένα. Gaza vertit *rufa etiam alia maculis dispersis.* Scaliger *dispersa* aut *disiecta.* Camus *roux et tâchetés.* Equidem Gazam sequi cum Camo malui, quoniam nusquam verbum διαπάττειν pro *dispergere, disiicere* positum reperi; contra noster supra 4, 2,

6. *χρῶμα λευκὸν — μέλανι διαπεπασμένον* habet. Vnde suspicor, hoc nostro in loco aut vocabulum aliquod excidisse, aut *πυῤῥῷ διαπεπασμένα* scriptum fuisse. Varietas scripturae *διαπεπλασμένα* eadem est in loco altero. Ceterum ouaria et testiculos puto intelligi.

Ad IV, 4, 5. *τὸ ἕλικην ἔχειν τὸ ὄστρακον τὸ ἔσχατον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς.* Gaza vertit: *vt testae postrema a capite intorqueantur.* Scaliger: *testam a capite ad imum vsque in verticem attenuari.* Hoc si voluisset Philosophus, dicendum fuerat: *ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ ἔσχατον.* Recte contra Camus: *que l' extremité de leur coquille, opposée à la tête, est toujours terminée en vis.* Sed idem statim in proximis verbis, *ἔτι δ' ἐπίπτυγμα πάντ' ἔχει ἐκ γενετῆς*, reddendis aberrauit, secutus Scaligerum, qui vertit: *Cum sua quaeque testa omnia nascuntur.* Ille igitur similiter: *Tous les testacées naissent avec leur enveloppe.* Verum vidit Gaza. Denique idem Camus scripturam Codicum *ἔστι δὲ — δεξιὰ, καὶ κινεῖται οὐκ ἐπὶ τὴν ἕλικην*, deseruit, nec veram Aristotelis sententiam reddidit. De varietate formae et vsu operculi in turbinatis primus recte et copiose docuit Gallus *Daudebart de Férussac* in Introductione ad Librum: *Exposé d' un Système Conchyliologique, tiré des Animaux et du Test des Coquillages*, Parisiis 1807. editum.

Ad Libri IV. *Capitis* 4. *sectiones eas, quae testaceorum partes tractant, annotationes.*

Cum in recensenda et interpretanda historia animalium testaceorum naturam penitus inspicere et cognoscere homo mediterraneus non possem, et viri naturae rerum curiosi plerique hanc historiae naturalis partem vel contemsissent vel peruerse et negligenter tractassent, factum est hinc, vt fere de hac operis Aristotelici parte interpretanda desperarem. Pauca enim testacea animalia, quae quidem his in terris et fluuiis nascuntur, ipse inspexi; et in biualuium marinorum historia enarranda pauci operam collocarunt, spoliis intuendis, describendis et pingendis potius intenti,

quam partium animalis structurae et naturae curiosi. Tandem exortus est in Sicilia *Iosephus Xaverius Poli*, qui Testacea vtriusque Siciliae eorumque historiam et anatomen, tabulis aeneis illustratam, prodidit Tomis duobus, quorum prior Parmae anno 1791. alter 1795. prodiit; cuius industriae insignes fructus cum ciuibus, qui ipsi librum inspicere et tractare pretiosum non possent, in quorum numero me fortuna etiam esse voluit, communicarunt duumuiri Germani. Scilicet argumentum Tomi prioris excerptum conuertit primum *Frid. Alb. Anton. Meyer* in Tomo I. libri *Zoologisches Archiv* pag. 1 — 143. Vtriusque tomi argumentum excerpsit deinde *C. R. W. Wiedemann* in Tomo I. Fasciculo II. pag. 164 — 208. libri *Archiv der Zoologie und Zootomie.*

Diu tractationem testaceorum Aristotelicorum distuleram, atque in dies sperabam fore, vt ipse librum Poli inspicere et tabulas aere excusas comparare possem. Quod cum hucusque mihi nondum contigerit, hinc factum sciat lector, vt hanc libri Aristotelici partem negligentius tractarem. Quam nunc culpam aliquo modo redimere conabor, singula loca Philosophi retractando, et comparando, si quid in Poli vel aliorum scriptis reperero, quod ad illustrandam doctrinam Aristotelis faciat. Sed video, parum fructuosam operam meam fore, cum ipse Philosophus summatim partes testaceorum, praecipue biualuium, attigerit, atque ita effecerit, vt in locis plurimis interpres aut propter breuitatem dubius haereat, aut propter verborum vel ambiguitatem vel obscuritatem plane caecutiat. Tentandum tamen esse agnosco; ita enim iubet officium interpretis: lectores autem rogo, vt conatum, si fuerit irritus, ingenua inscitiae professione excusatum esse velint.

Statim in descriptione generum sect. 2. verba: *μονόθυρα δὲ τά ἐνὶ, τὸ δὲ σαρκῶδες ἐπιπολῆς, οἷον ἡ λεπάς,* Gaza ita vertit: *vniualue quod testa singulari clauditur. Sunt item, quibus altera pars superficiei detecta carnem*

ostendat, vt patellae. Cuius sententiae simile nihil est in graecis verbis, praeterquam vulgaris scriptura *τὰ δὲ σαρκώδη* habebat; quae fefellit Gazam, vt putaret, in his nouum descriptionis generum esse membrum. Scaliger partem erroris annotauit, non totum castigauit. Fefellit Gazae versio virum egregium Conr. Gesnerum in Historia Aquatilium pag. 308. qui multa commentus est, vt tertium aliquod genus inde exsculperet, a biualuibus et vniualuibus diuersum.

Quae sequuntur sect. 3. de conchis galacibus, infra post purpurarum tractationem in fine adiiciam.

Sect. 11. plura sunt accuratius distinguenda. Primum ait, vniualvia et biualuia *κεφαλὴν καὶ κεράτια καὶ στόμα καὶ τὸ γλωττοειδὲς* habere. De corniculis seu tentaculis vereor, vt pluribus sint communia, quam in vniualuium ordine patellae et haliotidi. Quae vero carent capite, pleraque omnia fere etiam corniculis destituta reperiuntur. Compara Tabulas analyticas Galli Dumeril CIII. CIV. CV. CVI. et CVII. quae tibi vno conspectu repraesentabunt genera acephala et tentaculis carentia.

De papauere ibidem sequitur, situm eius diuersum esse et minus conspicuum pro generum diuersitate: *ἀλλ' αἱ μὲν λεπάδες κάτω ἐν τῷ βάθει, τὰ δὲ δίθυρα ἐν τῷ γιγγλυμώδει.* De eodem viscere est paulo post sect. 13. *ἡ γὰρ μήκων περίττωμά ἐστιν ἅπασιν ἐν ὑμένι.* Iterum de Partibus 4. c. 5. *ἔστι δὲ τοῖς στρομβώδεσιν ἐν τῇ ἕλικῃ τοῦτο, τοῖς δὲ μονοθύροις ἐν τῷ πυθμένι, οἷον ταῖς λεπάσι· τοῖς δὲ διθύροις πρὸς τῇ συναφῇ.* Vides voci *βάθει* vel *ἐδάφει* respondere *πυθμένα*, alteri *γιγγλυμώδει* synonymam esse *συναφήν:* vbi versio Guilelmi pronomen *τοῦτο* recte omisit, et *lopasi* nominauit. De iecinore, quod nomine *μήκωνος* venit in his generibus, disputauit Poli p. 10. Meyeri, p. 185. vers. Wiedem., et Cuvier *Leçon d'Anat.* IV. p. 151. Situs diuersitatem nullam annotatam reperi. Sed annotari meretur versio Cami de lepade: *il est en bas à la partie*

qui touche au rocher. Quod an verum sit, ignoro. Complectitur in omnibus ventriculum cum intestinis, magnitudine maxime omnium insigne.

Sequitur de branchiis: *Καὶ τὰ τριχώδη πᾶσιν ὑπάρχει κύκλῳ τούτοις, οἷον καὶ τοῖς κτεσί.* Gaza vertit: *Capillamentis etiam illis haec omnia circumdantur,* omissis postremis verbis. Camus *des especes de barbes disposées circulairement* vertit. Vnus hic est locus de branchiis testaceorum, de quibus vna cum ouario deinceps dicam.

De ouario igitur est: *Καὶ τὸ λεγόμενον ᾠὸν τοῖς ἔχουσιν, ὅταν ἔχωσιν, ἐν τῷ ἐπὶ θάτερα κύκλῳ τῆς περιφερείας ἐστὶν, ὥσπερ καὶ τὸ λευκὸν τοῖς κόχλοις· καὶ γὰρ ἐκείνοις τοῦτο ὅμοιον ὑπάρχει. — Τὸ δὲ καλούμενον ᾠὸν οὐκ ἔχει πόρον ἐν οὐδενὶ, ἀλλ᾽ αὐτῆς τῆς σαρκὸς ἐπανοιδεῖ. Ἔστι δ᾽ οὐκ ἐπὶ ταὐτὸ τῷ ἐντέρῳ, ἀλλὰ τὸ μὲν ᾠὸν ἐν τοῖς δεξιοῖς, τὸ δ᾽ ἔντερον ἐν τοῖς ἀριστεροῖς.* Cochlearum τὸ λευκὸν supra sect. 10. et 11. descripserat; hic aperte cum ouario biualuium comparat. De Partibus 5, 5. est: *τὸ δ᾽ ᾠὸν καλούμενον ἐν τοῖς δεξιοῖς, ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ θάτερα ἡ ἔξοδος τοῦ περιττώματος τοῖς διθύροις. Καλεῖται δ᾽ ᾠὸν οὐκ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν καλούντων· τοῦτο γάρ ἐστιν οἷον τοῖς ἐναίμοις, ὅταν εὐθηνῶσιν, ἡ πιότης· διὸ καὶ γίνεται κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὅταν εὐθηνῶσιν, ἔν τε τῷ ἔαρι καὶ τῷ μετοπώρῳ. — Γίνεται δὲ τοῦτο ἐπὶ θάτερα μόνον ἐν τοῖς ὀστρέοις, τὸ καλούμενον ᾠόν. — οὐδὲ γὰρ τοῖς ἄλλοις, ἀλλ᾽ ἐπὶ θάτερα τοῦ κύκλου μόνον. — ἐπ᾽ ἀμφότερα ἂν τοῦ κύκλου εἶχον τὸ ᾠόν· τοῦτο δ᾽ οὐκ ἦν οὐδ᾽ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὀστρέων· ἐπὶ θάτερα γὰρ τῆς περιφερείας ἔχουσι τὰ ὄστρεα, καὶ οἱ κτένες τὸ τοιοῦτον μόριον.* Postremus est locus libro tertio de Generatione extremo: *τὰ δὲ λεγόμενα ᾠὰ οὐδὲν συμβάλλεται πρὸς γένεσιν, ἀλλ᾽ ἔστιν εὐτροφίας σημεῖον, οἷον ἐν τοῖς ἐναίμοις ἡ πιότης· διὸ καὶ πρὸς τὴν ἐδωδὴν γίνεται εὔχυμα κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους. Σημεῖον δ᾽, ὅτι τὰ τοιαῦτα ἀεὶ ἔχουσιν, οἷον αἱ πίνναι καὶ οἱ κήρυκες καὶ αἱ πορφύραι, πλὴν ὁτὲ μὲν*

μείζω, ὁτὲ δὲ ἐλάττω· ἔνια δὲ καὶ οὐκ ἀεὶ, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἔαρος ἔχουσι, προβαινούσης δὲ φθίνει τῆς ὥρας, καὶ τέλος ἀφανίζεται πάμπαν, οἷον οἵ τε κτένες καὶ οἱ μύες καὶ τα καλούμενα λιμνόστρεα. Ἡ γὰρ ὥρα αὕτη συμφέρει τοῖς σώμασιν αὐτῶν· τοῖς δὲ συμβαίνει τοιοῦτον οὐδὲν ἐπίδηλον, οἷον τοῖς τηθύοις. His illustrandis vereor vt sufficiam. Video enim, viros doctos, Polum et Cuverium, ouarium in anteriore biualuium parte trunci vna cum ventriculo et iecinore collocare, in posteriore thoracica situm est cor. Oua maturitati propinqua ex abdomine excernuntur in pallii membranam, per quam branchiae dispertitae sunt, in quarum interstitiis excluduntur. Exitum ouorum ignorare se fatetur Cuverius; Polus suspicatur, aut per tubos respiratorios aut per pallii et branchiarum capillamenta exire. Dubito, num oua intra corpus biualuium sita in dextra parte collocata voluerit Aristoteles, an extra et inter branchias pallii condita. In opposita parte sinistra anum collocat Philosophus, de quo semel tantum mentionem fecit Polus, excrementa per tubos respiratorios eliminari existimans. Compara excerpta Meyeri p. 59. et 119. Wiedemanni pag. 183. et 204. Cuverii Lectiones Anatom. V. p. 183. Branchias olim viri docti ouarii simul officium gerere putarunt, veluti Gallus *Mery* in *Mémoires de l'Academie 1710.* p. 418. et *Leuwenhoeck Continuat. Arcanor.* p. 16. seqq. Exitum ouorum alibi reperisse sibi visus est nuper doctissimus *Oken.*

Quod attinet scripturam vulgarem, ἐν τῷ κύκλῳ τῆς περιφερείας τῷ ἐπὶ θάτερα, quam ex Mediceo mutaui, apparet ex locis rel quis, voluisse Philosophum significare partem corporis dextram, quam deinde ἐπὶ θάτερα simpliciter dicit; alibi ἐπὶ θάτερα τοῦ κύκλου, oppositum dictioni ἐπ' ἀμφότερα τοῦ κύκλου; denique ἐπὶ θάτερα τῆς περιφερείας. Vnde apparere puto, neutram scripturam esse veram, sed scriptum fuisse aut ἐν τῷ ἐπὶ θάτερα τοῦ κύκλου τῆς περιφερείας, aut vocem κύκλῳ plane tollendam

esse tanquam superuacuam. Gaza vertit: *ambitu lateris orae continetur.* Scaliger: *ad alterum lateris semicirculum iacet.* Camus: *des deux côtés vers l'extremité de la circonference qui termine leur corps.*

Sequitur de exitu excrementorum: *ἡ δὲ τοῦ περιττώματος ἔξοδος τοῖς μὲν ἄλλοις ἐκ πλαγίου ἐστίν· ἔστι γὰρ πόρος, ᾗ πορεύεται ἔξω·—τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις τοιαύτη ἔξοδος τῆς περιττώσεως· τῇ δ' ἀγρίᾳ λεπάδι — ὑποκάτω τοῦ ὀστράκου ἡ περίττωσις ἐξέρχεται· τετρύπηται γὰρ τὸ ὄστρακον. Φανερὰ δὲ καὶ ἡ κοιλία μετὰ τὸ στόμα οὖσα ἐν ταύτῃ καὶ τὰ ᾠοειδῆ.* Apparet, speciem aliquam patellae, velut pustularem Lin. intelligi, quales anum habent ad foramen mucronis testae. Quare Gallus *Brugieres* eas Fissurellas nominauit. De ore et ventriculo nusquam praeterea memorauit Aristoteles. Ventriculum et anum biualvium descripsit Cuvier *Leçons* Tom. IV. p. 122. et 124.

Alias quasdam partes memorat locus de Partibus IV, 7. vbi est de tribus testaceorum ordinibus generatim: *ἅπαντα δὲ τὰ ὀστρακόδερμα, καθάπερ καὶ τὰ φυτά, κάτω τὴν κεφαλὴν ἔχει· τούτου δ' αἴτιον, ὅτι κάτωθεν λαμβάνει τὴν τροφήν, ὥσπερ τὰ φυτὰ ταῖς ῥίζαις. Συμβαίνει οὖν αὐτοῖς τὰ μὲν κάτω ἔχειν ἄνω, τὰ δ' ἄνω κάτω. Ἐν ὑμένι δ' ἐστὶ, δι' οὗ διηθεῖ τὸ πότιμον, καὶ λαμβάνει τὴν τροφήν. Ἔχει δὲ κεφαλὴν μὲν πάντα, τὰ δὲ τοῦ σώματος μόρια παρὰ τὸ τῆς τροφῆς δεκτικὸν ἀνώνυμα τἆλλα.* Quae Gaza vertit: *membrana obduci, qua portio potulenta humoris transmissa liquataque cibo assumitur.* Haec ad testacea repentia vniualuia pertinere videntur, quae caput cum tentaculis gerunt: contra biualuia et multiualuia nec caput nec oculos gerunt. Tamen Philosophus *ἅπαντα ὀστρακόδερμα* nominat: igitur fortasse aliam corporis partem pro capite habuit, in biualuibus quidem. Facit suspicionem verbum *διηθεῖ*, quo vsus caput vel potius os in capite describit Philosophus. Dulcem enim aquam per istam partem percolari ait, et cum ea cibum assumi. Quid

colo simile est in ore biualuiom vel multiualuium? Varietatem et apparatum oris in biualuibus descripsit Polus p. 177. vers. Wiedem. vbi labia plurium fimbriata commemorari video; qualem fortasse fabricam intelligi voluit Aristoteles. Itaque caput dixit eam partem, vbi os situm est. Situm autem in infimo ventre os biualuium omnium narrauit Polus l. c. In vniualuibus repentibus os potius in anteriore parte corporis subtus situm dixeris. Non satisfacit tamen mihi suspicio haec, cum considero dictionem *ἐν ὑμένι δ' ἐστι*, qua os dicitur obductum membrana; vt in loco supra de papauere est: *ἡ γὰρ μήκων περίττωμά ἐστιν ἅπασιν ἐν ὑμένι:* vbi Gaza vertit *membrana contextum.*

Transeo nunc ad generationem testaceorum libri 5. capite 13. enarratam, quibus omnino coitum negat Aristoteles. Excipit tamen de Generat. libro 3. extremo cochleas terrestres his verbis: *μόνον δ. τῶν τοιούτων συνδυαζόμενον ἑώραται τὸ τῶν κοχλιῶν γένος. Εἰ δ' ἐκ τοῦ συνδυασμοῦ η γένεσις αὐτῶν ἐστιν η μὴ, οὔπω ὦπται ἱκανῶς.* Dubitationem exemit luxuria, teste Varrone R. R. 3, 14, 5. vbi de cochlearum viuariis: *Hae in foetura pariunt innumerabilia: earum semen minutum ac testa molli, diuturnitate obdurescit.* Philosophus quanquam coitum testaceis neget, *κηριάζειν* tamen ait, sed ex illa *μελικήρα* negat purpuras, murices et mytulos nasci. Haec enim genera ait *κηριάζειν* sect. 1. et 8. Deinde insequitur sect. 2. *Γίγνονται μὲν οὖν καὶ τὰ κηριάζοντα — τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς ἄλλοις ὀστρακοδέρμοις, οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον, ὅταν προϋπάρχῃ τὰ ὁμοιογενῆ· ἀφιᾶσι γὰρ ἀρχόμενα κηριάζειν γλισχρότητα μυξώδη, ἐξ ἧς τὰ λεπυριώδη συνίσταται. Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντα διαχεῖται, ἀφίησι δ' ἰχῶρα εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐν τουτῳ τῷ τόπῳ γίγνεται ἐν τῇ γῇ συστάντα πορφύρια μικρὰ, ἃ ἔχουσαι ἁλίσκονται αἱ πορφύραι ἐπ' αὐτῶν, ἔνια δ' οὔπω διηκριβωμένα τὴν μορφήν.* Idem argumentum tractat de Generatione 3. cap. 11. ita vt

testaceorum generationem cum plantarum procreatione comparet: *ὥστε τρόπον μέν τινα ἀπὸ σπέρματος φαίνεσθαι γινόμενα, τρόπον δὲ ἄλλον οὐκ ἀπὸ σπέρματος· καὶ τῇ μὲν αὐτόματα, τῇ δὲ ὑφ᾽ αὐτῶν· ἢ τὰ μὲν οὕτως, τὰ δ᾽ ἐκείνως. — ἡ δὲ τῶν ὀστρακοδέρμων συνίσταται φύσις, τῶν μὲν αὐτομάτως, ἐνίων δὲ προϊεμένων τινὰ δύναμιν ἀπ᾽ αὐτῶν· πολλάκις δὲ γινομένων καὶ τούτων ἀπὸ συστάσεως αὐτομάτης. Δεῖ δὲ λαβεῖν τὰς γενέσεις τὰς τῶν φυτῶν· τούτων γὰρ γίνονται τὰ μὲν ἐκ σπέρματος, τὰ δ᾽ ἀπὸ σπαραγμάτων ἀποφυτευομένων· ἔνια δὲ τῷ παραβλαστάνειν, οἷον τὸ τῶν κρομμύων γένος. Τοῦτον μὲν οὖν οἱ μύες γίνονται τὸν τρόπον· περιφύονται γὰρ ἐλάττους αἰεὶ περὶ τὴν ἀρχήν. Κήρυκες δὲ καὶ πορφύραι καὶ τὰ λεγόμενα κηριάζειν οἷον ἀπὸ σπερματικῆς φύσεως προΐενται μυξώδεις ὑγρότητας. Σπέρμα δὲ οὐδὲν τούτων δεῖ νομίζειν, ἀλλὰ κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον μετέχειν τῆς ὁμοιότητος τοῖς φυτοῖς. Διὸ καὶ γίνεται πλῆθος τῶν τοιούτων, ὅταν ἅπαξ γένηταί τι. Πάντα μὲν γὰρ καὶ αὐτόματα ταῦτα συμβαίνει γίνεσθαι· κατὰ λόγον δὲ καὶ ὑπαρξάντων συνίστασθαι μᾶλλον. Περιγίγνεσθαι γάρ τι περίττωμα πρὸς ἑκάστῳ τῆς ἀρχῆς εὔλογον, ἀφ᾽ ἧς παραβλαστάνει τῶν περιφυομένων ἕκαστον. Ἐπεὶ δὲ παραπλησίαν ἔχει τὴν δύναμιν ἡ τροφὴ καὶ τὸ ταύτης περίττωμα, τῶν κηριαζόντων ὁμοίαν εἰκὸς εἶναι τῇ ἐξ ἀρχῆς συστάσει οὐσίαν. Διόπερ εὔλογον καὶ ἐκ ταύτης γίνεσθαι. Ὅσα δὲ μὴ παραβλαστάνει, μηδὲ κηριάζει, τούτων ἡ γένεσις αὐτόματός ἐστι. Πάντα δὲ τὰ συνιστάμενα τὸν τρόπον τοῦτον, καὶ ἐν γῇ διαφαίνεται γινόμενα μετὰ σήψεως καὶ μιγνυμένου τοῦ ὀμβρίου ὕδατος. Ἀποκρινομένου γὰρ τοῦ γλυκέος ἐπὶ τὴν συνισταμένην ἀρχήν, τὸ περιττεῦον τοιαύτην λαμβάνει μορφήν. — Ὅτι δὲ συνίσταται αὐτόματα πάντα τὰ ὀστρακόδερμα, φανερὸν ἐκ τῶν τοιούτων, ὅτι πρός τε τοῖς πλοίοις γίνεται σηπομένης τῆς ἀφρώδους ἰλύος· καὶ πολλάκις, οὗ πρότερον οὐδὲν ὑπῆρχε τοιοῦτον, ὕστερον δι᾽ ἔνδειαν ὑγροῦ, τοῦ τόπου βορβορωθέντος, ἐγένετο τά*

καλούμενα λιμνόστρεα τῶν ὀστρακηρῶν· οἷον περὶ Ῥόδον παραβαλόντος ναυτικοῦ στόλου καὶ ἐμβληθέντων κεραμίων εἰς τὴν θάλατταν, χρόνου γενομένου καὶ βορβόρου περὶ αὐτὰ συναλισθέντος, ὄστρεα εὑρίσκοντο ἐν αὐτοῖς. (Vulgatur *εὑρίσκονται*. Guilelmi versio *inuenta sunt* habet, Gazae *reperiebantur*.) *Ὅτι δ' οὐδὲν ἀφίησι τὰ τοιαῦτα ἀπ' αὐτῶν γεννητικὸν, τεκμήριον· ἐπεὶ γάρ Χῖοί τινες ἐκ Πύῤῥας τῆς ἐν Λέσβῳ τῶν ὀστρέων διεκόμισαν ζῶντα καὶ εἰς τόπους τῆς θαλάττης τινὰς εὐριπώδεις καὶ ὁμόρους ἀφίεσαν,* (Gaza vertit *in loca quaedam reciproci aestus et luto similia*: igitur *εὐριπώδεις καὶ βορβορώδεις* scriptum legisse videtur: Guilelmus *fluxibilia et lutosa*: igitur *ῥοώδεις* et *βορβορώδεις* legisse videtur.) *πλείω μὲν τῷ χρόνῳ οὐδὲν ἐγένετο, τὸ δὲ μέγεθος εἰς αὔξησιν ἀπέδωκε* (*ἐπέδωκε?*) *πολύ.* Quo e loco Plinius paucula haec duxisse videtur: *quae vero siliceo tegmine operiuntur, vt ostrea, putrescente limo, aut spuma circa nauigia diutius stantia, defixosque palos et lignum maxime*, libri 9 sect. 74.

Memorabile est discrimen, quod statuit Aristoteles inter ipsa testacea *κηριάζοντα*. Nam mitulos (*μῦας*) ceparum more *παραβλαστάνειν* ait: *περιφύονται γὰρ ἐλάττους αἰεὶ περὶ τὴν ἀρχήν.* Contra murices et purpuras partim ex *μελικήρᾳ* illa, partim sponte nasci affirmat. Difficile est definire, quod mitulorum genus qua ratione *παραβλαστάνειν*, simul tamen *κηριάζειν* posuerit Philosophus. Apparet *παραβλαστάνειν* hic alium modum nascendi significare, quam vbi de purpurarum sobole: *ἃ ἔχουσαι ἁλίσκονται αἱ πορφύραι ἐπ' αὐτῶν.* Suspicor tamen, Philosophum, cum obseruasset mytilum lacustrem (anatinum Linnaei) viuam sobolem inter pallii branchias excludere, obseruationem transtulisse ad marinos, qui fauificant, adeoque verum falso admiscuisse.

Sequitur de sede floris seu coloris purpurei sect. 4. *Τὸ δ' ἄνθος ἔχουσιν ἀνὰ μέσον τῆς μήκωνος καὶ τοῦ τραχή-*

λου· τούτων δ' ἐστὶν ἡ σύμφυσις πυκνὴ, τὸ χρῶμα δ' ἰδεῖν ὥσπερ ὑμὴν λευκὸς, ὃν ἀφαιροῦσι· θλιβόμενος δὲ βάπτει καὶ ἀνθίζει τὴν χεῖρα. Διατείνει δ' αὐτῆς οἷον φλέψ· τοῦτο δὲ δοκεῖ εἶναι τὸ ἄνθος· ἡ δ' ἄλλη φύσις οἷον στυπτηρίας. Hinc Plinius 9. sect. 60. pauca haec excerpsit: *Sed purpurae florem illum tingendis vestibus expetitum in mediis habent faucibus. Liquoris hic minimi est in candida vena, vnde pretiosus ille bibitur, nigrantis rosae colore sublucens. Reliquum corpus sterile. Viuas capere contendunt, quia cum vita succum eum euomunt.*

Diuersas virorum doctorum opiniones de sede purpureae saniei in purpuris collectas olim posui in Dissertatione de Purpurae tinctura addita versionis Notitiarum Americanarum Vlloae. Nec deinde certiora reperi a quoquam annotata. Quae enim Cuuerius Lectionum Anatomicarum T. V. p. 263. dedit de purpura, analogia nituntur sola ex aplysia Linnaei ducta. Sedem ipsam in purpuris et muricibus vir doctissimus nec indagauit, neque ea, quae de aplysiae simili succo annotauit, congruunt cum Aristotelica notitia. Igitur expectandum censeo, dum vel Italus Poli vel alius vir doctus et naturae testaceorum curiosus in testaceis variis sedem veneni purpurei accuratius indagauerit.

De vita purpurarum et muricum sexenni est sect. 7. καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν φανερά ἐστιν ἡ αὔξησις τοῖς διαστήμασι τοῖς ἐν τῷ ὀστράκῳ τῆς ἕλικος. Eandem rem, sed aliam ob causam, narrat extremo libro tertio de Generatione his verbis: φανερὸν δὲ ἐστὶ καὶ τοῦτο ἐπὶ τῶν στρομβωδῶν ταῖς ἕλιξαις· ἀεὶ γὰρ αὐξανομένων γίνονται πλείους ἐπὶ τὸ πρόσθιον καὶ τὴν καλουμένην κεφαλήν. hac tamen differentia, vt hic vortices cum augmento et vitae incremento plures antrorsum accedere dicantur; illic vero interstitia vorticum maiora fieri dicuntur, quod vtrumque potest accidere et vere accidit.

Sect. 10. est: Ὧι δὲ οἱ γραφεῖς ὀστρείῳ χρῶνται, πά-

χει τε πολὺ ὑπερβάλλει καὶ ἔξωθεν τοῦ ὀστράκου τὸ ἄνθος ἐπιγίγνεται. Gaza vertit: *Concha, quae pictoribus vsui est — florem illum non intra testam, sed foris habet:* quem secutus est Camus cum Scaligero. Sed ille nomine diuerso *Coquille* appellat, hic in annotatione: *Appellat,* inquit, *florem, nitorem illum, quem intus aliae habent conchae, splendori vnionum similem: quem, cum aliis intus sit, hae extra habent.* Contra Rondeletius de Concha pictorum docens, pictores ea vsos ait, non in diluendis aut asseruandis coloribus, *sed cuius testae radebantur, quod conficiendis coloribus vtiles essent.* Apposuit simul picturam ostreae testis spissis, intus laeuibus, foris inaequalibus et asperis, cinnabaris aut sandaracae colore, figura spondylorum aut minorum ostreorum. Vide Gesneri Aquatilia p. 315. De colore *ὀστρείῳ* C. Gesnerus p. 767. posuit locum Callixeni apud Athenaeum 5. p. 197. de Silenis in pompa Ptolemaei Philadelphi: *οἱ μὲν ἐκέχριντο ὀστρείῳ, οἱ δὲ μίλτῳ καὶ χρώμασιν ἑτέροις.*

Denique de lingua purpurarum et muricum est libri 4. c. 4. sect. 8. esse tam firmam, vt conchyliorum testas perforet. Monendum est, dentibus in extrema proboscide additis intus perforare testas purpuram. Foramen ipsum circulare, quasi a terebra pertusum, ea semper in regione testarum annotauit Poli pag. 131. Meyeri, vbi proboscis statim ad ventriculum, ouarium et iecur pertingebat. Similem structuram proboscidis Strombi chiragrae, buccini echinophori aliorumque annotaui in Dissertatione de Purpurae tinctura p. 417.

Ad IV, 4, 6. *τὰ μὲν γὰρ μείζω, τὰ μέρη ἐνδηλότερα ἔχει αὐτῶν, τὰ δ' ἐλάττω, τοὐναντίον.* Ita haec cum Scaligero scribenda fuisse nunc demum video, et miror Camum viri egregii admonitioni non auscultasse.

Ibidem sect. 10. *ἀλλ' ἐν ὑμένι ἐστὶ λεπτῷ, κοιλότητα ἔχον ἐν αὐτῷ στενήν.* Gaza vertit: *sed praetenui membrana cauo perductus angusto continetur.* Scaliger: *sed*

in membranae tenuis sinu angusto continetur. Is scilicet scribi voluit ἔχοντι. Sed tum quid opus erat addito ἐν αὐτῷ, si ad praecedens ὑμένι referri debebat? Imo ipse πόρος, quem cum ouo vel ouario carabi comparat, sinum angustum intra se habet; igitur ἐν αὐτῷ scriptum fuit. Male Camus: *il est renfermé, comme je l'ai dit, dans une membrane mince, dans laquelle il est logé à l'étroit.*

Ibid. sect. 13. ἔστι γὰρ πόρος, ᾗ πορεύεται ἔξω· ἡ γὰρ μήκων — τὸ δὲ καλούμενον ᾠὸν οὐκ ἔχει πόρον ἐν οὐδενί. Ita haec scribenda et distinguenda fuisse, nunc demum agnosco, pessimam Codicum scripturam antea amplexus, quam et sensus, et sequentis membri verba, τὸ δὲ ᾠὸν οὐκ ἔχει πόρον, damnant. Veram scripturam in versione reddidi. Video etiam in Codice Lipsiensi versionis Guilelmi esse: *est autem qua progreditur extus.*

Ibid. sect. 17. Λαμβάνεται δὲ — ὧν ἐστιν ἡ πρόσφυσις. Scripturam librorum omnium haud dubie vitiosam vertit Gaza: *Tale profecto genus vel intra conchas, quarum adhaesio similis ceteris est, reperitur.* Scaliger: *Simile huic prehenditur etiam in conchis illis, quas ceterarum more testis suis annexae sunt, quiddam quod squillarum appellant, quasi squilliculam dicas.* Ad quae ita annotauit: *Tertium genus hospitum, quod nos saepe vidimus in conchis striatis, squillae minutae simillimum. Nota locutionem perturbatam:* ἐν ταῖς κόγχαις τοιοῦτον, ὧν ἐστιν ἡ πρ. παρ. καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις. *Interposuit* τοιοῦτον *inter* κόγχαις *et suum relatiuum, et mutauit casus* ὧν: *et postea* ἐν τοῖς ἄλλοις. Camus ita: *On prend aussi quelquefois un animal semblable dans des conques, où son adhérence est à peu près la même que celle des précédens: on le nomme le petit boiteux.* Qui solus verum loci sensum reddidisse mihi videtur; igitur scribi voluit κόγχαις τοιοῦτον, οὗ ἐστιν ἡ πρόσφυσις παραπλησία καὶ τοῖς ἄλλοις, deleta inutili praepositione ἐν ante τοῖς ἄλλοις. Quem Gaza reddidit sensum, possit is quidem inesse

verbis, si de ipsarum concharum adhaesione et firmatione in solo natali sermo esset. Scaliger *πρόσφυσιν* accepit de concharum incolis testis suis annexis; qui sensus non minus alienus est. De concharum valuis inter se connexis minime locus accipi potest; eam enim voce *σύμφυσις* aut aliis signare solet Philosophus. De vocabulo *κρόκαις* nondum reperi probabilem rationem vel coniecturam, quomodo in locum vulgati *κόγχαις* succedere vel irrepere potuerit.

Ad IV, 4, 19. *τοῖς ἀστακοῖς — οἵ γίγνονται ἐν τοῖς ποταμοῖς.* Errorem annotationis ipse facile lector potuit ex antecedentibus animaduertere; admonere tamen de eo volui. Gallus enim *Olivier* cancrum fluuiatilem insularum graecarum, non astacum, primus descripsit.

Ad IV, 8, 11. *ἐν σπηλαίοις — προκαλέσασθαι πρὸς τὴν θήραν.* Eandem capturam cecinit Oppianus Halieut. 4, 647 seqq. *Ἔστι δέ τις θήρης ἕτερος νόμος ἰχθυβόλοισι φαρμακταῖς.* Pisces terrefacti primum compelluntur in speluncam aliquam; tum retibus locus circumcluditur; deinde vero *καὶ τότ᾽ ἀνὴρ ἄργιλον ὁμοῦ πίειραν ἀείρας ῥίζαν θ᾽, ἣν κυκλάμινον ἐφήμισαν ἰητῆρες, μίξας ἐν παλάμῃσι δύω φυρήσατο μάζας· πόντῳ δ᾽ ἐγκατέπαλτο λίνων ὕπερ· ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ αὐταῖς κοιλάσι καὶ θαλάμῃσι δυσαέα φάρμακ᾽ ἄλειψε χρίσματος ἰχθοδυποῖο, καὶ ἐξεμίηνε θάλασσαν.*

Ad IV, 9, 2. *ψοφεῖ δὲ τῷ ἔσω πνεύματι, οὐ τῷ ἔξωθεν.* Gaza vertit: *sonusque iis spiritu interiore mouetur, non exteriore.* Scaliger: *sed admisso spiritu sonant, non emisso.* In annotatione reprehendit Gazam his verbis: *Neque enim satis est, sed recepto, non emisso: admittunt enim aerem extrinsecus aduenientem: nos autem loquimur expellendo aerem: icciroo dixit:* non enim spirant. Idem mox verba de muscarum et apium sonitu: *τῇ πτήσει αἴροντα καὶ συστέλλοντα* (nempe *τὰ πτερά*) vertit vulgatam secutus: *Muscae quoque et apes atque alia omnia alis at-*

tollunt sese ac mox contrahunt, vnde comprehensi aeris attritu sonus fiat. Gaza vero: *sese attollunt et contrahunt: sonus enim attritus interioris spiritus est:* quem reprehendit Scaliger his verbis: *Theodorus non intellexit hic τὸ ἔσω. Neque enim voluit dicere Aristoteles, in eorum corporibus spiritum includi, sed inter alas interelidi. Itaque τῇ πτήσει id est τοῖς πτεροῖς αἴρονται, tolluntur ipsae alis, καὶ συστέλλονται, non ipsae solae, sed ipsae cum alis. Cum attollunt sese, dilatant alas, mox contrahunt: itaque spiritus, id est aer interceptus eliditur.* Ita gemino sensu et diuerso duobus his in locis τὸ ἔσω πνεῦμα vsurpasse Philosophum censuit; quod nec decebat, nec verum est. Comparatus locus de Respiratione c. 9. quem posui in annotatione p. 244. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ ὑποζώματι τῷ ἐμφύτῳ πνεύματι αἴροντι καὶ συνίζοντι συμβαίνει πρὸς τὸν ὑμένα γίγνεσθαι τρῖψιν· κινοῦσι γὰρ τὸν τόπον τοῦτον, ὥσπερ τὰ ἀναπνέοντα ἔξωθεν τῷ πνεύματι: docet τὸ ἔσω πνεῦμα vtroque in loco dici et intelligi spiritum interiorem connatum, non inspiratione attractum. Male igitur Camus Scaligeri annotatione falsus vertit: *produisent un son par l'élévation et l'abaissement successif de leurs ailes, lorsqu'ils volent, car c'est toujours le froissement de l'air exterieur qui est le principe de ce son.* Idem initio sectionis verba καὶ οὐ τῷ θύραζε male vertit: *non au moyen de celui qu'on les supposeroit chasser au dehors.* Nam in loco de respiratione iam supra comparato est: καὶ γὰρ τὸν ψόφον ποιοῦσι πνεύματι οἷον ἀσθμαίνοντα. quibus opponit τὰ ἀναπνέοντα ἔξωθεν τῷ πνεύμονι καὶ τοῖς βραγχίοις. Concedit igitur insectis Aristoteles exspirationem connati spiritus, quo sensu dicuntur potius ἀσθμαίνειν, non ἀναπνεῖν, minime vero respirationem aere deforis attracto et recepto in pulmones aut branchias. Ceterum Plinius mire totum hunc locum conuertit 11. c. 51. *Idcirco et insectis sonum esse, non vocem: intus meante spiritu et incluso sonante. — Alia cum tractu strido-*

rem, vt cicadas: recepto etenim duobus sub pectore cavis spiritu, mobili occursante membrana intus, attritu eius sonare. Muscas, apes et similia cum volatu et incipere audiri et desinere. Sonum enim attritu et interiore aura, non anima, reddi. Locustas pennarum et feminum attritu sonare, creditur sane. Is igitur vulgarem huius loci scripturam: expressit, sed locum de locustis pleniorem legit, ita scriptum: *τρίβουσαι τὰ πτερὰ ποιοῦσι τὸν ψόφον.* Idem vocabulum *πτερὰ* intelligendum ad verba *αἴροντα καὶ συστέλλοντα*, vt recte admonuit Scaliger. Praeterea Plinius videtur scriptum legisse *ἅμα τῇ πτήσει αἴροντα καὶ συστέλλοντα τὰ πτερά.* Quanquam fateor, me non intelligere, qua ratione fieri possit, vt spiritus interior ad attritum alarum sonitumque inde efficiendum pertineat.

Ad IV, 4, 3. *τὰ μὲν γὰρ λειόστρακά ἐστιν, ὥσπερ — καὶ κόγχαι ἔνιαι αἱ καλούμεναι ὑπό τινων γάλακες· τὰ δὲ τραχυόστρακα, οἷον — καὶ γένη κογχῶν ἔνια καὶ κήρυκες· καὶ τούτων τὰ μὲν ῥαβδωτά ἐστιν, οἷον — καὶ κογχῶν τι γένος· τὰ δ' ἀῤῥάβδωτα, οἷον — καὶ κογχῶν τι γένος.* Infra 5, 15. *τῶν δὲ μὴ μεταβαλλόντων αἱ μὲν πίνναι ἐῤῥίζωνται, οἱ δὲ σωλῆνες καὶ αἱ κόγχαι ἀῤῥίζωτοι.* Byssum intelligit pinnarum, qui radicum vice firmat animal inclusum. Ibidem antecedit de generatione: *αἱ δὲ κόγχαι καὶ χῆμαι καὶ σωλῆνες καὶ κτένες ἐν τοῖς ἀμμώδεσι λαμβάνουσι τὴν σύστασιν.* vbi Guilelmus cum libro Rhenani *κόχλαι* habet. Locus tertius libri 9, 37. vbi lectio vulgaris memorat *κόγχας τὰς λεπτὰς καὶ τραχείας ποιεῖσθαι περὶ αὐτὰς οἷον θώρακα σκληρὸν, καὶ τοῦτον μείζονα, ὅταν γίνωνται μείζους, καὶ ἐκ τούτου ἐξιέναι, ὥσπερ ἐκ φωλεοῦ τινος ἢ οἰκίας:* potius ad polypi genus aliquod pertinet, vt docuisse mihi videor in annotatione. In tertio Philosophi loco Athenaeus 3. p. 93. (362. Schw.) pelorides intelligit, vbi chamae nominantur. Ita enim ille: *Αἱ δὲ πελωρίδες ὠνομάσθησαν παρὰ τὸ πέλωριον· μεῖζον*

γάρ ἐστι χήμης καὶ παρηλλαγμένον. Ἀριστοτέλης δέ φησι καὶ ἐν ἄμμῳ αὐτὰς γίνεσθαι. — καὶ ἴσως οὕτως ὠνόμασται τὰ κογχύλια παρὰ τὸ κεχηνέναι.

Photius in Lexico rarius χημην nominatam a veteribus scriptoribus annotauit, saepiusque κόγχην dictam fuisse. Phrynichus p. 170. veluti barbarum vocabulum damnat χημην, pro eoque veteres ait κογχύλην dixisse: vbi κόγχην scriptum fuisse apparet. Aelianus de nat. anim. 15, 12. chamas asperas et laeues nominat. Plinius 32. s. 55. *chamae striatae*, *chamae laeues*. vbi Edd. veteres habent: *chamae tracheae et chamae leos*, vocabulis graecis seruatis. Sed ponam locum classicum Xenocratis de Alimento ex Aquatilibus Cap. 31. *Τῶν δὲ χημῶν τὰς τραχείας γλυκυμαρίδας ἔνιοι καλοῦσιν, οἱ δὲ κόγχας· αἳ κατὰ μῆκος ἔχουσιν, ἐλάττω δὲ τῶν κατ' Αἴγυπτον γινομένων, αἳ κατὰ μὲν τὴν τμῆσιν τραχύτητας ἔχουσι προςεοικυίας τῶν δρυΐνων βαλάνων πτελέαις, κατὰ μῆκος δ' εἰσὶ ῥαβδωταὶ, ἐπαναστάσεις διαφόρους τῶν ἄλλων ἔχουσαι. Αἱ θαλαττίζουσαι δὲ τὴν γεῦσιν σκληρόσαρκοι καθεστῶσαι δίδονται τοῖς ἀσθενέσι· τὸ δ' ἀπ' αὐτῶν ὕδωρ ἐπιτήδειον στομάχῳ, κοιλίας τε ὑποβιβασμῷ καὶ πρὸς οὖρα. — Αἱ δὲ λεῖαι χῆμαι παρὰ μέγα διαφέρουσι τῶν τραχειῶν· αὗται δ' εἰσὶν αἱ πλατὺ ὄστρακον ἔχουσαι καὶ διαυγές, εὔπεπτοι — Αἱ δὲ γλυκυμαρίδες χαριέστεραι τῶν λειοστράκων κογχῶν, ἧττον δὲ πελωρίδων· διαλλάττουσι δὲ κατὰ τόπους τοῖς εἴδεσιν, ὡς πελωρίδες καὶ χῆμαι, ποικιλίᾳ καὶ σχηματισμῷ· αἱ μὲν γὰρ ἐν τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λιμένι ἄρισται· αἱ δὲ περὶ τὸν Διόλκον καὶ Φάρον καὶ Γέφυραν ἐπιμήκεις καὶ τραχεῖαι.* Quibus vel emendandis vel explicandis aliquantum temporis immorari licebit. Primum Fabricius κόχλας scriptum dedit; deinde verba *αἳ κατὰ — γινομένων* Rasarius vertit: *quae longiusculae sunt, sed minores.* quasi scriptum esset ἐπιμήκεις εἰσὶν, ἐλάττους δὲ etc. Postea vulgatum ἔχουσαι praeeunte Rasarii versione in ἔχουσι mutaui. Vocem

πτελέαις Rasarius interpretatur *asperitatibus*. Alibi hanc significationem frustra quaeres, et vox vitiata esse videtur; et doctissimus Coray in Editione Neapolitana Ancorae *τελέως* pro ea scriptum fuisse suspicatur, et antea *ταῖς τῶν δρυΐνων βαλάνων τ. τμῆσιν sectionem* vertit idem dubia notione, de qua postea quaeremus. Sequebatur vulgo *κατὰ μῆκός τ' εἰσὶ ῥαβδωταί*: equidem praeeunte Rasarii versione *τε* in *δὲ* mutaui cum Coraio. *virgatas* dixit Rasarius, qui sequens *θαλαττίζουσαι τὴν γεῦσιν* interpretatur: *quae vero gustatui maris odorem repraesentant:* mira diuersitate *odoris* pro *sapore*. Post *δίδονται* vulgo intersertum *δὲ* cum Codice Paris. 1. omisi. Vocabulum *ἀσθενέσι* de ventriculi debilitate interpretatur Coray. Denique *κοιλίας τε* pro vulgato *δὲ* cum Coraio scripsi.

De chamis laeuibus sequitur, vbi vulgatum *τραχέων* correxi; deinde malim *πλατὺ τὸ ὄστρακον ἔχουσαι*. De glycymaridibus Capite 32 vulgo scribitur *τῶν λείων ὀστρακίων κόγχων*, quod mutaui cum Coraio, praeeunte versione Rasarii: *iucundiores sunt conchis, quae laeui testa sunt, sed minus quam pelorides*. Hic praeterea *ἧττον*, non *ἥττους*, quod est *minores*, interpretatus est. Hinc vulgatam correxi: et confirmat emendationem Caput 18. de quo postea. Pro *διαλλάττουσι* Codex Vatic. *διαφέρουσι* posuit. Quod sequitur, *ὡς πελωρίδες καὶ χῆμαι — σχηματισμῷ*, versio Rasarii de solis peloridibus tradit. De glycymaridibus Aegyptiis ita distinguitur, vt de minus probato genere dicatur *ἐπιμήκεις καὶ τραχεῖαι;* ita enim Codex Mosquensis scriptum habet, vbi vulgabatur *εἰσὶ μήκεις*. Sed Rasarii versio *teretes sunt* interpretatur, mira diuersitate.

Postremum hoc membrum de glycymaridibus Aegyptiis lectorem referre iubet ad Caput XVIII. vbi extra ordinem haec traduntur: *Γλυκυμαρίδες προφέρουσι τῶν τραχειῶν, μειονεκτοῦσι δὲ τῶν πελωρίδων· εἰσὶ δὲ διακρι-*

τικαὶ στομάχου· σκληρὸν δ' ἐστὶν αὐτῶν τὸ σαρκῶδες, οὐ μὴν ἄτροφον· οὐρητικώτεραι δ' εἰσὶ μᾶλλον τῶν πελωρίδων. — Γίνονται δὲ καὶ γένη πελωρίδων τε καὶ χημῶν διάφορα· ποικίλαι γὰρ καὶ στρογγύλαι, ὡς αἱ ἐν Δικαιαρχίᾳ ἐν τῷ Λουκρίνῳ λάκκῳ, καὶ αἱ ἐν τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λιμένι· γλυκεῖαι γὰρ καὶ εὔχυλοι· αἱ δ' ὑπὲρ Φάρον καὶ τὸν Δίολκον τήν τε Γέφυραν καὶ τὴν νῆσον ἐπιμήκεις, τραχεῖαι, βαλάνοις ἐοικυῖαι δρυΐναις, ἐμφερῶς φηγοῖς τὸν ἐχῖνον φερόμεναι· λευκαὶ δ' εἰσὶ καὶ σκληραὶ καὶ δριμεῖαι. Vix fieri potest, vt haec idem Xenocrates scripserit, argumento plane eadem cum iis, quae Capite 32. extant, verbis tantum diuersa. Quare aliunde translata suspicor, vt in Codicibus quibusdam Caput aliquod legitur sectione auctum, quae ex Galeno traducta est. Interim vtemur repetitione hac ad emendandum et interpretandum Caput 32. Primum igitur, vbi est Cap. 32. *χαριέστεραι τῶν λειοστράκων κογχῶν, ἧττους δὲ πελωρίδων*, hic est *προφέρουσι τῶν τραχειῶν*, vbi vulgabatur *τραχέων*. Verbum *προφέρουσι* magis ambiguum, quam *χαριέστεραι*, quod ad gustum referri videtur. Verbum *μειονεκτοὶ* Rasarius vertit: *glycymerides praestantiores sunt trachibus, inferiores autem poloridibus.* Editio Mosquensis *μειονεκτεῖ* habet; vnde suspicio Coraii *μειονεκτοῦσι* scribentis confirmatur. Vocabulum enim vulgatum *μειονεκτοὶ* Graecis inauditum.

Deinceps vulgabatur *Γίγνονται δὲ καὶ — χηνῶν, διάφοροι δὲ ποικίλαι καὶ στρογγύλαι, ὡς ἐν Δ.* et sic praeter Fabricium habet Codex et Editio Mosquensis, nisi quod Mosq. *ὡς αἱ ἐν Δ.* habet, vnde articulum *αἱ* inferui. Vatic. *χαμῶν*, Paris. *χημῶν* habet. Rasarii versio: *Ex genere peloridum sunt hiatulae: diuersae autem sunt, atque variae et longae, vt Dicaearchiae in Lucrino lacu.* cum deberet e vulgari scriptura: *et genera sunt peloridum et hiatularum.* In Paris. libro 2. scriptum *διαφορα· ποικίλαι γὰρ καὶ.* quam scripturam interim vulgatae praetuli.

Sed mira est sensus diuersitas in his verbis, si comparentur cum his capitis 32. *διαλλάττουσι δὲ κατὰ τόπους τοῖς εἴδεσιν, ὡς πελωρίδες καὶ χῆμαι, ποικιλίᾳ καὶ σχηματισμῷ· αἱ μὲν γὰρ* et sequentia, quae omnia ad glycymarides referuntur, comparatas cum peloridibus et chamis: contra Cap. 18. haec omnia ad pelorides et chamas refert. Itaque vt haec contradictio tollatur, scribendum erit in Capite 18. *γίγνονται δὲ καὶ γένη διάφορα, ὡς πελωρίδων τε καὶ χημῶν· ποικίλαι γὰρ καὶ στρογγύλαι, ὡς αἱ ἐν Δικαιαρχίᾳ.* Ita enim non solum vterque locus secum consentit, sed prior etiam interpretatur posterioris verba obscura atque intricata: *ποικιλίᾳ καὶ σχηματισμῷ· αἱ μὲν γὰρ — ἄρισται· αἱ δὲ — ἐπιμήκεις καὶ τραχεῖαι.* Nam vocabulum *ἄρισται* nihil habet, quod ad *ποικιλίαν* aut *σχηματισμὸν* referri possit; et tamen huic *ἄρισται* deinceps opponuntur *ἐπιμήκεις καὶ τραχεῖαι.* Apparet igitur, vitium aliquod inesse aut vocabulo *ἄρισται*, aut alibi latere. Totus autem locus in Capite 18. multo explanatior est, si excipias verba *γένη πελωρίδων τε καὶ χημῶν διάφορα*, quae quomodo corrigi debeant, iam dixi. Itaque hinc lucramur notitiam duplicis generis glycymaridum: alterum varium et rotundum, quale Dicaearchiae et in Lucrino lacu et in portu Alexandriae reperiebatur, dulce ad gustum; alterum oblongum, asperum, album, gustui ingratum.

Maior nunc suboritur quaestio de natura glycymaridum. Nam cum initio Capitis 31. sit: *τῶν δὲ χημῶν τὰς τραχείας γλυκυμαρίδας ἔνιοι καλοῦσι, οἱ δὲ κόγχας*, nunc tamen glycymarides tanquam diuersae a chemis tractantur et describuntur; earumque genus aliquod asperum dicitur. Atque hoc quidem nemini mirum accidere debet, genus aliquod chamarum vel simile chamis, asperum, peculiari nomine glycymaridum appellatum fuisse; verum id mirari debemus, iisdem paene omnibus verbis asperitates chamarum asperarum describi et glycymaridum. Et

posterioris loci orationem antea vidimus: nunc ad prioris verba accedamus: *αἱ δὲ ὑπὲρ* (antea erat *περὶ*) *Φάρον καὶ τὸν Διολκον τήν τε Γέφυραν, καὶ τὴν νῆσον* (quae ad Pharum pertinere suspicor,) *ἐπιμήκεις, τραχεῖαι.* Haec in vtroque loco ad glycymarides referuntur ex nostra emendatione. Sed quae sequuntur: *βαλάνοις — καὶ δριμεῖαι,* partim auctiora sunt, et referuntur in posteriore loco ad chamas asperas. Sed prius de verbis singulis videamus. Vulgabatur *ἐμφερεῖς*, sed Mosquensis liber et Paris. 2. nostram scripturam habent; deinceps Mosq. *ἐχῖνον φερόμενον* habet. Rasarius vertit: *glandibus quercinis similes et aeque ac phagi echinum producentes.* De echino postea videbimus. Nunc alterum locum videamus. Ibi est de conchis vel potius chamis asperis: *οἱ δὲ κόγχας· αἳ κατὰ μῆκος ἔχουσιν, ἐλάττω δὲ τῶν κατ' Αἴγυπτον γινομένων, αἳ κατὰ μὲν τὴν τμῆσιν τραχύτητας ἔχουσι προσεοικυίας τῶν δρυΐνων βαλάνων πτελέαις, κατὰ μῆκος δ' εἰσὶ ῥαβδωτοί, ἐπαναστάσεις διαφόρους τῶν ἄλλων ἔχουσαι.* Iam antea admonui, verba prima *αἳ κατὰ μῆκος ἔχουσιν, ἐλάττω — γινομένων* nec sensu nec structura grammatica verborum constare, sed aperte vitiosa esse. Quae Rasarii versio posuit, conueniunt ex parte cum iis, quae Cap. 32. et 18. de glycymaridum Aegyptiarum altero genere oblongo tradit. Quare suspicari licet, librarium mentione et comparatione glycymaridum falsum huc transtulisse e capite sequenti ad chamas asperas, quae pertinebant ad glycymaridas. Interim sumamus, glycymaridas Aegyptiacas oblongas et asperas conuenire asperitatibus cum chamis asperis, quas Cap. 31. ait similes *ταῖς τῶν δρυΐνων βαλάνων πτελέαις.* vbi vocabulum inusitatum *πτελέαις* vitii suspicionem facit. Sensum aperit alter locus de glycymaridibus Aegyptiis: *βαλάνοις ἐοικυῖαι δρυΐναις, ἐμφερῶς φηγοῖς τὸν ἐχῖνον φερόμεναι.* Nempe in quercuum genere *ἐχῖνος* dicitur etiam, qui alias *κύτταρος*, annotante Hesychio. Plinius 16. sect, 8. *cerro glans tristis, echinato*

calice seu castaneae. Ptelea igitur et *ἐχῖνος* est echinatus glandium *φηγοῦ* calix. Cf. Theophrasti H. Pl. 3, 10. Addita hic *κατὰ μὲν τὴν τμῆσιν τραχύτητας ἔχουσι* discrimen aliquod significant loci, obscurum tamen, quod sequens *κατὰ μῆκος δὲ εἰσὶ ῥαβδωτοὶ* non illustrat, nisi quod obiter concham oblongam significat. Dubia igitur notio est *sectionis* oppositae longitudini; fortasse latus cardinis vel claustri intelligitur. Deinde virgatae illae eminentiae, per longitudinem ductae, dicuntur *διάφοροι τῶν ἄλλων:* vbi dubitari potest, *τῶν ἄλλων* ad eminentias in sectione positas, an ad alia chamarum genera referendum sit? Rasarius vertit: *in longitudine vero virgatae sunt, et eruptiones a ceteris differentes habent.* Satis inepte *eruptiones* dixit pro graeco *ἐπαναστάσεις;* et a virgis distinxit, quas verba graeca notione dubia cum virgis coniungunt.

Addo locum Xenocratis breuem de peloridibus c. 26. post ostrea: *πελωρίδες ἢ μελαινίδες κάλλισται αἱ ἐμφερεῖς ὀστρέοις, ἐν τέλμασι ἰλύϊ τε βορβορώδει, ὅπου μίγνυται ὕδωρ γλυκύ· αἱ δ' ἐν βυθῷ σπάνιαι καὶ ἀηδέστεραι.* vbi scriptura non variat.

Comparemus nunc reliquorum scriptorum loca. Antiquissimus *γαστρονομίας* scriptor Archestratus apud Athenaeum 3. p. 92. (361. Schw.) ita: *Μεσσήνη δὲ πελωριάδες στενοπορθμίδι κόγχαι, κἂν Ἐφέσῳ λήψει τὰς χήμας, οὔτι πονηράς.* vbi nuperus Editor Codicum suorum *λείας* vulgato *χήμας* praefert, vt conchae laeues intelligantur. Equidem tamen adhuc dubius haereo non tam propter locum Hicesii medici p. 87. c. qui non de chamis Ephesiis loquitur, sed musculos Ephesios cum chamis comparat, quam quod ambigo, an pelorides omnes fuerint asperae. Contra enim e loco Diphili infra ponendo apparere puto, pelorides genere laeuium chamarum contineri. *Κόγχας Πελωρίδας,* a Peloro vocatas Siciliae, nominat Athenaeus 1. p. 4. (14. Schw.) Itaque *Πελωριάδες* et *Πελωρίδες* nullo

alio nisi literae vnius, a poetis insertae, discrimine appellantur. Hegesander Athenaei 3. p. 87. (p. 341. Schw.) κόγχας τὰς τραχείας apud Macedonas κωρύκους, apud Athenienses κρείους, vel potius κριοὺς, audire memorat, vbi Casaubonus Hesychii loca comparauit. Ibidem Hicesius Erasistrateus chamas asperas, alias regias appellari tradit: asperis ad escam purpurarum vti piscatores; τῶν δὲ λείων, κατὰ τὰ μεγέθη καὶ τὰς διαφορὰς εἶναι κρατίστας. quae vertit Dalecampius: *laeues autem, vt quaeque maior sit, ita reliquis bonitate praestare.* In verbis graecis vitium vel potius lacuna esse videtur. Sensum enim postremum κρατίστας nec per se nec cum ceteris verbis copulatum habet. Diphilus Siphnius, medicus, apud Athenaeum 3. p. 90. (352. Schw.) χημῶν δὲ τῶν παχειῶν (recte Casaub. τραχειῶν corrigit) αἱ μικραὶ καὶ λεπτὴν ἔχουσαι τὴν σάρκα ὄστρεα λέγονται· αἱ δὲ παχεῖαι, βασιλικαὶ δὲ πρός τινων καλούμεναι, πελώριαί τε λεγόμεναι, τρόφιμοι — καὶ μάλιστα αἱ μείζους. vbi miror viros doctos non meminisse loci Hicesii, qui laeues chamas βασιλικὰς appellatas tradit. Hinc pro παχεῖαι scribendum fuerit λεῖαι. Simul inde patet, pelorias ad genus chamarum laeuium pertinere. Praeterea Xenocrates c. 26. pelorides tradit ab aliis μελαινίδας appellatas, sine dubio a colore nigro. Aelianus de nat. anim. 15. c. 12. χῆμαι θαλάττιαι ζῶόν εἰσι καὶ αὗται διάφορον. Αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν τραχεῖαι πεφύκασιν, αἱ δὲ λεῖαι πάνυ· καὶ τὰς μὲν δακτύλοις πιέσας συνθλάσεις, τὰς δὲ συντρίψεις λίθῳ καὶ μόγις· καὶ αἱ μὲν αὐτῶν μελάνταταί τὴν χρόαν εἰσίν, αἱ δὲ ἀργύρῳ φαίης ἂν αὐτὰς προσεοικέναι· Αἱ δὲ ἀνακραθεῖσαι περίκεινται τὰς χρόας ἁπάσας τὰς προειρημένας. Genera quaedam in arenosis litoribus degere ait, alia in coenosis, alia sub algis, (βρύῳ) alia rupibus (σπιλάδων) adhaerere. Subiungit narrationem de Istricis chemis gregatim migrantibus. Modum natandi ita describit: ἀνοίξασαι τὰς ἑαυτῶν στέγας — τὸν ἕτερον ἄνεμον προσδέχον-

ται, καὶ τὸν μὲν υπεστόρεσαν χιτῶνα, τὸν δ' ὤρθωσαν, καὶ πλέουσι τῷ μὲν ἱστίῳ χῆμαι, τῷ δὲ σκαφει χρώμεναι· — ἐὰν δ' αἴσθωνται νεὼς ἐπίπλουν — ἑαυτὰς ὑφ' ἑνὶ κρότῳ τῶν ὀστράκων πτύξασαι κατωλισθον. Quae postrema de membranis vsum veli praebentibus, nisi fabulosa et vana sunt, longe diuersum conchyliorum genus arguunt. Sed redeo ad *μελαινίδας* seu chamas nigras; de quibus Athenaeus 3. pag. 86. (337. Schw.) *Παρὰ Σώφρονι δ' οἱ κόγχοι μελαινίδες λέγονται· Μελαινίδες γάρ τοι νησοῦντι ἐμὶν ἐκ τοῦ μικροῦ λιμένος.* vbi *αἱ κόγχαι — νισσοῦνται* scribendum censeo. Proprie dictas *κόγχας* distinguit Sophron in fragmento altero p. 87. (341. Schw.) quod habet etiam Etymol. M. in voce *κέλευμα.* In loco Epicharmi difficili et vitioso 3. pag. 85. (335. Schw.) *ἁ μέλαινά τε κόγχος, ἅπερ κογχοθήρα πᾶσιν ἐς τρισωνια· θάτεραι δὲ ταὶ κόγχοι τε, ταί τε ἀμαθίτιδες καὶ κακοδοκιμοί τε κήγονοι, τὰς ἀνδροφυκτίδας πάντες ἄνθρωποι καλέοντι, ἄμμες δὲ λευκὰς τοὶ θεοί.* priora verba de concha nigra non tentauit Casaubonus Codicum *κογχοθήραν* simpliciter annotans; frustra vero nuperus Editor, pinnotheram nescio quem cogitans. Mihi non adeo dubium est, Epicharmum de concha nigra, vtpote viliore, scripsisse *ἅπερ κογχοθήραις πᾶσιν ἐστὶν ὠνία.* Postremum sanauit Valckenarius facillima opera. Veneta editio reliquos ita exhibuit scriptos: *θάτεραι δέ τ' αἱ κόγχοι αἱ ἀμαθίτιδές τε κακοδόκιμοί τε κηυγόνοι, τὰς ἀνδροφυκτίδας.* vnde Casaubonus malebat: *κάδόκιμοί τε κήγονοι*, i. e. coitum impedientes, vnde *ἀνδροφυκτίδας* appellari putabat. Breuiter sententiam dicam, de corruptis verbis nunc non sollicitus: conchae albae in arenosis nasci dicuntur, veneri contrariae; sed epularum et deorum adeo delicias simul dici eas suspicor. Contra Xenocrates capite 18. glycymarides Phari oblongas, asperas, albas dicit simul *σκληρὰς καὶ δριμείας;* quae duo postrema vocabula ad gustum referenda esse videntur. Redeo nunc ad Plinium 32. s. 53. vbi est: *chamae pelori-*

des generis varietate distantes et rotunditate: chamae glycymerides, quae sunt maiores quam pelorides. Videtur reddidisse graeca Xenocratis cap. 18. *γίνονται δὲ γένη πελωρίδων τε καὶ χημῶν διάφορα· ποικίλαι γὰρ καὶ στρογγύλαι.* Sed errorem non cauit; nec recte verba *μειονεκτοῦσι δὲ τῶν πελωρίδων*, vel, vt est in cap. 31. *ἥττους δὲ πελωρίδων*, conuertit. Quare Plinii locus nullum plane vsum in tota hac disputatione habet criticum.

Viuarium concharum instituit Columella 8, 16, 7. vbi est: *Limosa regio — idonea est conchyliis, muricibus et ostreis, purpurarumque, tum concharum, pectunculis, balanis vel spondylis.* Strabo in ora maritima Arabiae memorat viuaria concharum 16. p. 1118. *ἔνιοι δὲ τὰς κόγχας ἐχούσας τὴν σάρκα σιτεύουσι, καταβάλλοντες εἰς χαράδρια καὶ συστάδας θαλάττης, εἶτ' ἰχθύδια παραῤῥιπτοῦντες τροφὴν χρῶνται ἐν τῇ τῶν ἰχθύων σπάνει.*

Colligamus nunc summam dictorum. Aristoteles chamarum nomen habet tanquam genericum, quo continentur chamae laeues, ab aliis *γαλάδες* vel *γάλακες* vocatae; continentur etiam chamae asperae, quarum quaedam virgatae (*ῥαβδωταὶ*) sunt, aliae non virgatae: sunt praeterea conchae omnes *ἀῤῥίζωτοι*. Conchae et chamae in locis arenosis generantur. Archestratus conchas Peloriadas Messeniaci freti et chamas Ephesi laudat. Hegesander chamas asperas a Macedonibus *κωρύκους*, ab Atheniensibus *κριοὺς* appellatas tradit. Hicesius medicus chamas asperas et laeues facit; asperarum vsum esse ad purpurarum escam; laeues, easdemque regias vocatas, pro magnitudine differre ad cibum. Diphilus medicus chamarum asperarum minores ostrea vocari ait; laeues, etiam regias et pelorides dictas, quo maiores, eo meliores ad cibum esse. Aelianus incerto auctore chamas marinas asperas et laeues, crassas et tenues vel fragiles, nigras et albas et varias nominat, alias ait habitare arenosa litora, alias coenosa, quasdam sub algis degere, nonnullas saxis adhaerere. Nigras cha-

mas Xenocrates cap. 26. μελαινίδας appellat, et id nomen cum altero πελωρίδες iungit. Itaque is pelorides facere videtur chamas nigras. Μελαινίδας etiam e genere concharum nominauit Sophron, Siculus poeta, distinxit tamen a κόγχαις proprie dictis. Epicharmus, item Siculus, concham nigram nominat tanquam vilem, albam, in arena natam, praeferre videtur. In Xenocrate quaedam notitiae dubiae sunt; quas vero partim emendatione partim coniectura elicui, hae sunt. Chamas asperas alii glycymarides, alii conchas appellant. Laeues chamae testam habent planam et translucentem. Glycymarides asperae sunt, figura et colore variatae, vt etiam pelorides (et chamae). Optimae sunt, quae in portu Alexandriae reperiuntur, variae et rotundae; contra Phariae oblongae, asperae, in sectione asperitatibus similibus calicibus glandium quercinarum echinatis extantibus, per longitudinem virgatae, ceterum albae, durae et acres gustu.

Conchas vel chamas laeues si comparemus cum generibus Linnaeanis, plane ad diuersum genus pertinere videntur, quam asperae. Glycymarides autem Xenocratis male ab Italo Ancora comparantur cum mya glycymeride et arca glycymeride Linnaei: rectius ad Cardii genus referentur, praecipue illae species, quas magni, crassi et oblongi cognomine distinxit. Cardium echinatum iam olim Rondeletius, Aldrouandus et Conr. Gesnerus nomine conchae echinatae signarunt. Chamas laeues multo difficilius exquirere licebit. Quae olim de genere concharum hoc disputaui in Indice Scriptorum rei rusticae pag. 148. hic paulo accuratius posui, et rectractaui, quae falsa aut dubia coniectura niti mihi visa sunt. Dies enim diem docet, vt est in prouerbio. Addo coniecturam Rondeletii de concha γάλακι vocata, quam is a lacteo colore appellatam suspicabatur; et pinxit aliquam concham intus candidissimam, cuius iconem repetiit Conr. Gesner Aquatilium p. 318.

Ad IV, 6, 1—3. *Τήθεα.* Annotationi ad hunc locum scriptae p. 221. haec addo: Speciem edulem Linnaeus nominauit *rusticam*. Speciem *Phuscam* appellatam Forskoel descripsit in Fauna Aegypt. pag. 129. no. 82. veluti Alcyonium, Phusca hodie vocatum a Graecis, frequentem in mari Smyrnam et Byzantium alluente, quam cortice reiecto Graeci cum succo limoniorum comedunt. Atque hanc esse puto, quam auctor Lexici in annotatione nominatus nomine *φοῦσκα* indigitauit. Tethea Chalcedonica commendat Archestratus Athenaei 3. p. 92.

Ibidem sect. 4. *καὶ ζῇ δ' ἀπὸ τῆς πέτρας ὥσπερ ἀπ' ὀστρέου· καὶ ἄν τι προσπέσῃ αὐτῇ ἐδώδιμον, κατεσθίει.* De vitio loci obiter admonui in annotatione; id emendare conatus est Camus comparato loco 8, 2. vnde medicina fieri debet. Equidem *καὶ χρῆται τῇ πέτρᾳ ὡσπερὰν ὀστρέῳ* inde scribendum censeo. Deinceps: *καὶ ἄν τι προσπέσῃ αὐτῇ ἐδώδιμον ἢ τῶν μικρῶν ἰχθυδίων, ἀντέχεται, ὥσπερ τῆς χειρὸς, καὶ κατεσθίει.* In Codicibus nulla spes salutis est. Male optimi verbum *κατεσθίει* omittunt.

Ad IV, 7, 8. *Ἔστι δ' ἔνια ζῶα περιττὰ — ὅμοια δοκίοις — ἕτερα δὲ καὶ ἀσπίσιν ὅμοια — ἄλλα δὲ ὅμοια αἰδοίῳ ἀνδρὸς τό τε εἶδος καὶ τὸ μέγεθος, πλὴν ἀντὶ τῶν ὄρχεων πτέρυγας ἔχειν δύο.* Duo equidem priora genera aliis coniicienda relinquo, qui maiorem notitiam vermium marinorum habent. De tertio non improbabilem coniecturam proponere mihi posse videor, intelligi pennam marinam, quam Gallici piscatores, teste Rondeletio apud Gesnerum pag. 818. mentulam alatam vocant. Diuersum animal sub nomine Pudendi marini geminum descripsit et pinxit Rondeletius pag. 892. apud Gesnerum. Albertus in versione loci Aristotelici haec habet: *Sunt in mari animalia quaedam similia veretro virili, sed loco testiculorum habent alas crescentes, quae prominentia sua efficiunt testiculos. Imperfecta sunt, tardi motus, nec viuunt nisi in aqua.* Quae is adiecit Aristotelicis, vereor vt recte

habeant, et ex propria obseruatione sint docta. Species huius generis 14 descripsit Modeer in Commentariis Nouis Societ. regiae Stockholm. Tom. VII. anni 1786. Nomen Linnaeanum hodie est Pennatula.

Ad IV, 9. sect. 3. τὰ μὲν τῇ τρίψει τῶν βραγχίων, (ἀκανθώδεις γὰρ οἱ τόποι) τὰ δὲ τοῖς ἐντὸς τοῖς περὶ τὴν κοιλίαν· πνεῦμα γὰρ — ἕκαστον. Gaza vertit: *aut attritu branchiarum, quas horridiusculas continent, aut suis interioribus, quae circa ventrem habentur: spiritus enim inclusus in his est.* Scaliger: *ea quippe loca spinea sunt: partim e cauo ventris: in quorum quolibet spiritus continetur.* Pessime is τὰ ἐντὸς τὰ περὶ τὴν κοιλίαν *cauum ventris* interpretatur; quod si voluisset significare Philosophus, dixisset breuius τοῖς ἐντὸς τῆς γαστρός. Superest igitur, vt Aristoteles dixerit vesicam natatoriam piscium, cuius nullo alio in loco meminit nominatim. Miror hoc non obseruatum Camo, qui recte haec vertit: *les autres par le moyen de certaines parties intérieures voisines du ventricule et qui contiennent de l'air ainsi que les bronches.* Sed idem antea vocabulum ἀκανθώδεις male vertit *qu'il ont garnies d'arrêtes.* Ita enim causa sonitus non apparet, quae est in duritia branchiarum circulorum, qui naturam reliquorum ossium imitantur, quae in piscium genere ἀκάνθας, spinas, appellat Aristoteles. Sed ita, postquam altera caussa sonitus reddita fuit, relinquitur difficultas altera, quae sita est in partibus circa ventriculum sitis, de quibus verba, πνεῦμα γὰρ ἔχει τούτων ἕκαστον· ὃ προστρίβοντα καὶ κινοῦντα ποιεῖ τοὺς ψόφους· solis capienda esse videntur. Nam quid sibi vult illud ἕκαστον τούτων? An plures vesicarum species significare voluit? Quod si verba ista simul ad branchias referre volueris, non video, quo iure branchiae spiritum continere dici possint, eodem modo quo vesica natatoria. Branchiae enim praeter sanguinem nihil continent; sed ratione peculiari compressae ipsae ex aqua recepta et compressa ae-

rem exsugunt et sanguini admiscent. Si branchias velis operculum branchiarum interpretari, res multo minus procedet. Praeterea nec branchiae ipsae nec operculum spinis vere obsita sunt, praeterquam operculum in paucis; branchiarum arcus spinei vel cartilaginei in latere posteriore non spinas, sed pectinem spineum vel cartilagineum additum habent. Gaza haec ita vertit: *spiritus enim inclusus in his est.* Scaliger: *quorum in quolibet spiritus continetur:* dubia sententia. Cami versionem pariter ambiguam antea posui. Nunc demum iterata consideratione video, haec referri ad superiora *πάντα δὲ ταῦτα — ἀφυᾶσι*, *omnia haec piscium genera.* Sequitur nunc *τούτων ἕκαστον ἔχει*, *haec enim singula habent.* Ceterum Plinius XI. c. 51. ineptissime ex h. l. posuit: *stridorem eum dentibus fieri cauillantur*, nisi scriptura sit vitiosa.

Ad IV, 9, 9. *ὡς οὐχ ὁμοίας φύσει τῆς διαλέκτου οὔσης καὶ τῆς φωνῆς, ἀλλ' ἐνδεχόμενον πλάττεσθαι.* Gaza vertit: *vtpote cum non perinde locutio vt vox per naturam prouenire, sed acquiri possit per disciplinam et studium.* Scaliger: *perinde quasi non, quemadmodum vox, sic sermo quoque a natura proficiscatur, sed casu fingatur.* Camus rectius: *La voix est donc d'une autre nature que l'articulation des sons, et cette dernière faculté peut s'acquerir et se perfectioner par l'education.* Scilicet dictio ista *ὡς οὔσης — τῆς φωνῆς* non habet dubitationem, quam Scaligeri *perinde quasi — fingatur* infert, sed vtitur Aristoteles eadem forma loquendi saepissime, vbi rem argumento et exemplo confirmat tanquam certam. Iam supra Scaliger in ea reddenda aberrauit. Gaza sensum hic bene vidit, quem secutus est Camus; sed male vertit verba *οὐχ ὁμοίως φύσει οὔσης*, quasi scriptum legisset, vt est in Codice Rhenani, *οὐχ ὁμοίας οὔσης*. Nam id docere annititur Philosophus, *διάλεκτον* auium non esse a natura datam, vti vocem, sed procudi et fingi institutione et exercitatione. Exemplum appositum lusciniae idem docet,

minime autem vocis naturam a dialecto esse diuersam; quanquam hoc per se verum sit. Scaligeri interpretatio falso adsciuit *casum* ad fingendam dialectum, qui in graeco *ἐνδεχόμενον* non est, sed id quod fieri per naturam rei potest.

Ibidem: *ὁ δ᾽ ἐλέφας — πνευματῶδες — ἐκπνέῃ καὶ αἰάζῃ.* Gaza vertit: *citra nares ore ipso vocem elidit spirabundam, quemadmodum cum homo simul et spiritum reddit et loquitur.* Scaliger hic vocem *spirabundam* merito reprehendit temere a Gaza positam, vt graecum *πνευματῶδες* redderet, ipse tamen vim orationis graecae non magis est assecutus vertendo: *ex ore, non ex naribus, proficiscente spiritu conflatam vocem dat, sicut et nos, cum et spiramus et loquimur: naribus autem imitatur tubae raucam asperitatem.* Solus Camus bene a scriptura Codicum rectiore adiutus: *lorsq' il ne la fait pas passer par sa trompe et que sa bouche en est le seul organe, ressemble à celle d'un homme qui chasse sa respiration en se plaignant: dans le cas contraire, elle a le son rauque d'une trompette.* Minus tamen presse reddidit graecum *αἰάζῃ*, et dubitationem facit dictio *dans le cas contraire.* Potest enim de voce naribus solis emissa intelligi. Plinius libri 11. c. 51. *elephas citra nares ore ipso sternutamento similem elidit sonum, per nares autem, tubarum raucitati.* Praeter sternutamentum alienum aberrauit cum Scaligero et Gaza in sensu verborum *μετὰ δὲ τοῦ μυκτῆρος:* nam tubae raucitatem solis naribus edi falso posuerant.

Ad IV, 10, 2. *φαίνεται δὲ καθεύδοντα.* Contra Oppianus pisces timore impeditos dormire negat praeter scarum, Halieutic. 2. verso 655. seqq. vbi postquam de mugilis sobrietate piscibus ceteris omnibus quasi sacrosancta cecinerat, ita pergit *Οἱ δ᾽ ἄλλοι μαλα πάντες ὀλέθριοι ἀλλήλοισιν ἔρχονται· τὸ καὶ οὔποτ᾽ ἐσαθρέαι ὑπνώοντας ἔλλοπας· ἀλλ᾽ ἄρα τοῖσι καὶ ὄμματα καὶ νόος αἰὲν ἐγρηγο-*

σει πανάϋπνος· ἐπεὶ τρομέουσι μὲν αἰεὶ φέρτερον ἀντιόωντα, χερειοτέρους δ' ὀλέκουσι. Μοῦνον δ' οὔποτε φασὶν ἀνὰ κνέφας ἀσπαλιῆες εἰς ἄγρην πεσέειν ἁπαλὸν σκάρον, ἀλλά που ὕπνον ἐννύχιον κοίλοισιν ὑπὸ κευθμῶσιν ἰαύειν. In quo loco Codex Mosquensis, cuius varietatem scripturae meum in vsum benigne excerpsit doctissimus Matthaei, rectius scriptum habet ἔρχονται· τῷ οὔποτ' ἰσόψεαι ὑπνώοντας — χερειότερον δ' ὀλέκουσι. Similis est locus 1, 148. de piscibus in profundo morantibus: νωθροὶ δὲ κέλευθα εἰλεῦνται, τὸ καὶ οὔποθ' ἑὴν λείπουσι χαράδρην. vbi Codd. duo cum Aldina τῷ καὶ habent, sed bene Mosq. τῷ οὔποθ' dat, quod mutarunt, qui hiatum verebantur. Ceterum Oppianus sequitur Seleucum Tarsensem, vti apparet ex Athenaeo 7. p. 174. Schw. vbi est: Σέλευκος δ' ὁ Ταρσεὺς ἐν τῷ Ἁλιευτικῷ μόνον φησὶ τῶν ἰχθύων τὸν σκάρον καθεύδειν· ὅθεν οὐδὲ νύκτωρ ποτὲ ἁλῶναι. vbi Casauboni coniecturam secutus nuperus Editor negationem inepte inseruit. Argutias Casauboni in interpretando loco Oppiani non opus est consectari. Ab inepto Grammatico Athenaeo adiecta sunt verba, quae in errorem induxerunt Casaubonum: τοῦτο δὲ ἴσως διὰ φόβον αὐτῷ συμβαίνει. Sunt multi alii eius poematis loci, qui Codicis egregii ope possunt emendari, quorum specimen aliquod vt hic obiter ponere liceat, veniam a lectoribus peto. Libri igitur 3. versu 271. ἢν γὰρ ἴδωνται ἢ σμαραγὴν αἴωσι dat Codex, vbi vulgatur εἰ γὰρ ἴδωνται. Similiter versu 289. εἰ δὲ θάνοι cum Paris. 2. dat pro θάνῃ, et versu 292. ἀναθρώξωσι cum Paris. 1. Ibidem 309. cum duobus aliis libris rectius μάρνανται pro μαίνεται exhibet. Versu 585. καὶ ἐς φλόγα χεῖρ' ὀρέγουσι νηπιέην· τάχα δέ σφιν ἀνάρσιον ἐξεφάνη πῦρ, exhibet γὰρ pro δὲ, de qua tamen scriptura adhuc cogitandum censeo. Libri 4. versu 104. cum Paris. 2. rectius πόθος dat pro πόνος, versu 112. cum eodem libro ἐγκαθέσαντες, vbi vulgatur ἐγκαθιέντες. Versu 118. solus habet ἐν δ' ἔπεσον ἅμα πάντες ὁμιλαδὸν, vbi est μάλα

πάντες. Sed praeterea cum Codd. 3 scribendum ἀολλέες pro ὁμιλαδὸν puto. Versu 219. ἀλόχοις πέρι μόχθον ἔχοντα solus dat Mosq. pro vulgato ἀλόχου, vnde verum ἀλόχους facile existit. Idem cum optimo Paris. 2. versu 233. vbi vulgatur ἤδη νῦν ἀλόχους τε περιφρουρεῦσι φυλάσσων, multo aptiorem scripturam offert νῦν δὴ, νῦν ἀλόχους et reliqua. Versu 303. de polypo dolo capto: ὁ δ᾽ οὐκ ἀμέλησεν ἐλαίης πούλυπος, ἀλλ᾽ ἤϊξε, καὶ ἀμφέπλεξεν ἑταίρους πτόρθους. Codex aptius dat ἀμέλησε νοήσας. Versu 322. ἔχει δ᾽ ἄρα θαῦμα νομῆας dat, quod vulgato ἔχει δέ τε θαῦμα νομ. praefero. Versu 358. vulgatum δολόεσσά τ᾽ ὀπωπή mutat cum Paris. 1. in rectius ἐσωπή. Versu 643. εὖτ᾽ ἂν ὑπὸ πρῶτον νυκτὸς κνέφας ἀσπαλιῆες πυρσὸν ἀναψάμενοι, γλαφυρὸν σκάφος ἰθύνοντες, ἰχθύσιν ἀτρομέουσιν ἀείδελον αἶσαν ἄγουσιν. Primum soloecum ἄγουσιν, praecedente εὖτ᾽ ἄν, recte Codex Mosq. in ἄγωσιν mutat; deinde ἀτρεμέουσι cum Paris. 1. scribendum. ἀτρομέοντες cum glossa ἡσυχάζοντες habet Mosq. voluit igitur ἀτρεμέοντες dare librarius.

Ad IV, 10, 2. νῦν δ᾽ ἂν χρονίσωσιν [ἐν τοῖς δικτύοις,] οὗτοι τῆς νυκτὸς κατεσθίουσι προσπεσόντες, πολλοὶ — ὄντες. Ita scribenda haec fuerant, vt annotatio partim docet.

Ad IV, 11, 4. ἐπιτραγίαι. Scripturam nostram confirmat et vocabuli originem aperit praeclarus locus Plutarchi Thesei cap. 18. Θύοντι δὲ πρὸς θαλάσσῃ τὴν αἶγα θήλειαν οὖσαν αὐτομάτως τράγον γενέσθαι· διὸ καλεῖσθαι τὴν θεὸν ἐπιτραγίαν. In capra illa videtur sexus vterque adfuisse, cuius rei exemplum ipse alibi commemoravit Philosophus. In piscibus eodem vocabulo appellatis sterilitatis notio obtinuit, quae solet adesse animalibus vtriusque sexus participibus.

Ad IV, 11, 6. τὰ μὲν ἄνω — καὶ εὐπλευρότερα. Gaza postremum vertit *aptiores*, quem secutus est Scaliger. Vterque scilicet scripturam εὐοπλότερα expressit, nec

tamen illam bene. Camus *les plus vigoureuses* cum poneret, non minus aberrauit. Reliqua dabo in annotatione sequenti.

Ibidem: *καὶ ἀνευρότερόν τε καὶ ἀναρθρότερον τὸ θῆλυ μᾶλλον.* Gaza vertit: *inneruior atque infirmior.* Scaliger: *infirmiore neruo est minusque artubus valet.* Camus: *ses traits sont moins prononcés.* Noster de Partibus 3. c. 4. vbi de corde: *ἔχουσι δὲ καὶ διάρθρωσίν τινα αἱ καρδίαι, παραπλησίαν ταῖς ῥαφαῖς· οὐκ εἰσι δὲ σαφεῖς, ὡς τινος ἐκ πλειόνων συνθέτου, ἀλλὰ, καθάπερ εἴπομεν, διαρθρώσεις μᾶλλον. Εἰσὶ δὲ τῶν μὲν αἰσθητικῶν ἀρθρωδέστεραι, τῶν δὲ νωθροτέρων ἀναρθρότεραι, καθάπερ αἱ τῶν ὑῶν.* vbi Gaza *articulationem — inarticulatiora* vertit. Guilelmus pro *σαφεῖς* videtur *συνεχεῖς* scriptum reperisse et *copulatae* reddidisse. Sed locus est clarissimus in Physiognomicis cap. 5. vbi notae corporis externi sexu distinguntur: *ἕκαστον ἐν ἑκάστῳ γένει θῆλυ ἄῤῥενος μικροκεφαλώτερόν ἐστι καὶ στενοπροσωπότερον καὶ λεπτοτραχηλότερον, καὶ τὰ στήθη ἀσθενέστερα ἔχει καὶ ἀπλευρότερόν ἐστι, τά τε ἰσχία καὶ τοὺς μηροὺς περισαρκότερα τῶν ἀῤῥένων, γονύκροτα δὲ καὶ τὰς κνήμας λεπτὰς ἔχοντα, τούς τε πόδας κομψοτέρους, τήν τε τοῦ σώματος μορφὴν ἡδίω μᾶλλον ἂν ἢ γενναιοτέραν· ἀνευρότερα δὲ καὶ μαλακώτερα ὑγροτέραις σαρξὶ κεχρημένα· τὰ δὲ ἄῤῥενα τούτοις ἅπασιν ἐναντία.* Vnde apparet, *ἄνευρον* et *ἄναρθρον* generatim de robore et firmitate superiorum partium, praecipue pectoris, accipienda esse. Sed non solum de pectore, sed etiam de auersa eius parte dicitur ibidem in Physiognom. de leone: *στῆθος νεανικὸν, καὶ τὸ μετάφρενον πλατὺ καὶ εὔπλευρον καὶ εὔνωτον ἐπιεικῶς.* De vocabulis *ἀρθρώδης, ἄναρθρος* et congeneribus indidem constabit. Ita enim ibidem: *ὅλον τὸ σῶμα ἀρθρῶδες καὶ νευρῶδες, οὔτε λίαν σκληρὸν οὔτε λίαν ὑγρόν.* Pardalis tanquam femineae formae exemplum ponitur ibidem, in eaque dicitur esse *στῆθος ἄπλευρον καὶ μακρὸν νῶτον — καὶ ὅλον ἄναρθρόν τε καὶ*

ἀσύμμετρον. Capite 6. marium signa ponuntur *πόδες διηρθρωμένοι τε καὶ νευρώδεις, ἐῤῥωμένοι*, feminarum contra *στενοί, ἄναρθροι*. Illius porro *κνῆμαι ἠρθρωμέναι τε καὶ νευρώδεις καὶ ἐῤῥωμέναι*, huius *λεπταί, νευρώδεις*: postea mares *εὔπλευροι*, feminae *ἄπλευροι* dicuntur: illi porro *τὰ στηθία ἔχουσι μεγάλα καὶ διηρθρωμένα, καὶ τὸ μετάφρενον μέγα, εὔσαρκον καὶ ἀρθρῶδες*, contra feminae habent *μετάφρενον ἀσθενὲς καὶ ἄσαρκον καὶ ἄναρθρον*. Maribus sunt *αἱ ἐπωμίδες ἐξηρθρωμέναι καὶ οἱ ὦμοι*, feminis *οἱ ὦμοι ἀσθενεῖς, ἄναρθροι*. Vides igitur membrum *ἀρθρῶδες* et *διηρθρωμένον* dici firmum et torosum carnibus musculorum compactis, contra *ἄναρθρον* et *ἄνευρον* infirmum et carnibus musculorum minus compactum et firmum. Sic etiam Sophocles Philocteten *ἄναρθρον* debilem et eneruem dixit, et Euripides de Oreste *ἄναρθρός εἰμι κἀσθενῶ μέλη*. Alio sensu dicuntur *ζῶα ἔναρθρα* et *ἄναρθρα*, quae membris corpus distinctum atque articulatum habent vel non, veluti homo et quadrupedia *ἔναρθρα* sunt, serpens, ostreae, pulmones marini *ἄναρθρα*. Vrsi foetus rudis et informis, membris nondum articulatim expressis, ab Oppiano dicitur *σὰρξ ἄσημος, ἄναρθρος*. Hinc Plutarchus *φωνὰς ἀνάρθρους* voces non distinctas articulatim.

Videamus nunc de voce *γονύκροτος*, quam Gaza interpretatus est *genua planiora*, item Scaliger. Camus: *ses genoux sujets à craquer*. Aldina *γονυκρώτερα* scriptum habet, quae scriptura merito fuit H. Stephano suspecta, qui pauca de vocabulo habet. Hesychius: *γονύκροτοι, ἤτοι βλαισοί, ἢ ὃς τὰ γόνατα συγκρούει. δειλοί· ὑπὸ γὰρ δέους ἔσθ' ὅτε συγκρούουσι τὰ γόνατα*. Anacreontis auctoritatem edidit Eustathius ad Il. N. p. 902. Bas. p. 932. ed. Rom. qui de timidis posuerat.

Photii Lexicon: *Πλαισὸς, οὐ μετὰ τοῦ β, βλαισὸς, ὁ γονύκροτος· οἱ Ἴωνες, ὁ ἐγγονύκροτος*. In Physiognom. Aristotelis c. 3. inter signa cinaedi ponitur *γονύκροτος*, vbi

versio habet *genu flexibilis:* quod signum repetitur cap. 6. vbi vertitur *qui sunt secundum genua plani.* Guilelmus in Aristotelis hoc loco *genua curuabiliora* vertit, qui proxime a vero abfuisse videtur. Qui enim genua intro conversa habet, graece *γονύκροτος* dicitur, quae in timore et metu facillime colliduntur: hinc timidi peculiariter et signate *γονύκροτοι* dicti fuerunt. In Adamantii Physiognom. 2. p. 203. ed. Sylb. hae corporis feminei notae ponuntur: *στήθη ἀσθενέστερα ἄπλευρα, ἰσχία καὶ μηροὺς περισαρκότερα, λεπτοκνημότερα, γονύκροτα, χειρῶν καὶ ποδῶν ἄκρα κομψότερα, τὴν πᾶσαν ὄψιν τοῦ σώματος μαλακωτέραν, εὐμελεστέραν, ἁβροτέραν — ἀναρθροτέραν τε καὶ λεπτονευροτέραν.* vbi vulgatum *γόνυ ἄκρον* cum Sylburgio correxi. Polemo in Physiogn. p. 179. *Οἱ τὰ γόνατα ἔσω νεύοντες γυναικεῖοί τε καὶ θηλυδρίαι.* quae eadem verba Adamantius p. 107. repetens addidit verba *ὥστε συγκρούειν* post *νεύοντες,* ita vt interpretatio vocis *γονύκροτος* haec sit omnium perfectissima.

Ad Librum Quintum. Cap. I. sect. 4. *μέχρι γὰρ τοῦ ᾠοῦ γέννησιν δύναται ἡ φύσις αὐτῶν ἐπιτελεῖν, ἐὰν μή τις — τρόπος ἄλλος τῆς κοινωνίας.* Gaza haec vertit: *ita enim eorum natura nihil vltra ouum creare potest, nisi quo alio modo maris opera contingat.* Camus: *la nature chez elles ne pouvant former rien de plus qu'un oeuf, sans une communication quelconque avec le mâle.* Scaliger optime et clarissime: *natura enim sola oui absoluendi circumscribitur potestate, nisi alio quopiam modo maris vis communicetur.* Is igitur scriptum voluit *ἡ φύσις αὐτή,* vbi est *αὐτῶν;* quod probo. Praeterea Gaza scripturam Codicum optimorum *μέχρι γὰρ τοῦ ᾠοῦ,* non vulgarem ineptam *ἀλλὰ μέχρι τοῦ ᾠοῦ* reddidit, eumque secutus Scaliger. Recte! Sed etiam ante *γέννησιν* articulus *τὴν* addi debet, vt oratio constet et sensus. Male enim Codices duo alioquin egregii verbum *γεννῆσαι* substituunt nomini. Camus

si Scaligerum sequi maluisset, scripturam corrigere et sensum eius verum reddere potuisset.

Ibidem sect. 5. γίνεται μέν τι, οὐ ταὐτὸ δ' ἐξ οὐθενός. Vulgatum γίνεται μέν τι τοῦτο, αὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς, Gaza non vertit: *gignitur quidem aliquid, sed ex quo nihil amplius gigni possit.* Scaliger ita: *gignitur quidem aliquid, sed inutile atque imperfectum.* Pessime Camus: *ce qui en provient est imparfait et ne ressemble en rien aux animaux qui l'ont produit.* Idem tacuit coniecturam Scaligeri in annotatione propositam, sane elegantem: scribit enim γίνεται μέν τοιοῦτό τι: sequens αὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς vitiosum esse, idem admonuit, et quo potuit modo, vertit. Scaligerianum τοιοῦτόν τι mire mihi placet: ita enim in extremo capite repetit Philosophus ἐξ ὧν οὔτε τὰ γεννήσαντα γίνεται, οὔτε ἄλλο οὐθὲν ζῶον, ἀλλὰ τοιαῦτα μόνον. Quod si probes mecum, reliqua sic scribemus: τοιοῦτόν τι, τὸ αὐτὸ δ' ἐξ οὐθενὸς, ἀλλ' ἀτελές.

Ad V, 2, 4. συγκαθεῖσα καὶ διαβαίνουσα. Gaza vertit: *subsidit femina clunibusque submissis insistit pedibus ac innititur.* Scaliger: *feminam submissis clunibus et discedentem mas superinit.* Male verbum διαβαίνουσα interpretatus vterque; recte Camus: *la femelle s'abaisse et écarte les jambes.* Sed bene Scaliger monuit, scribendum fuisse non καὶ οὐ διατρίβειν εἰώθασι, sed potius οὐ καὶ δ. ε. De coitu elephanti compara etiam locum supra 2, 3, 4. vbi feminae vulua describitur. Breuiter Nearchus apud Arrianum Indicorum c. 14. βαίνεται δὲ ἐλέφας ἦρος ὥρῃ, κατάπερ βοῦς ἢ ἵππος, ἐπεὰν τῇσι θηλέῃσι αἱ παρὰ τοῖσι κροτάφοισι ἀναπνοαὶ ἀνοιχθεῖσαι ἐκπνέωσι. Coitum elephantorum duorum 16 et 20 annos natorum prope Viennam Austriae altorum, post longam mensium vndecim disiunctionem, factum 28. Augusti 1808. testis ocularis *Ribini* descripsit in Epistola ad Io. Beckmannum inserta huius libro: *Litteratur der älteren Reisebeschreibungen,* Vol. II. P. I. p. 140.

Ad V, 3, 1. *ἔχουσι δέ τι, εἰς ὃ οἱ πόροι συνάπτουσι καὶ ᾧ ἐν τῇ ὀχείᾳ πλησιάζουσιν.* Ita supra 3, 1, 4. *καὶ ἀφ' ἑκατέρου τείνει πόρος συνάπτων εἰς ἕν, καθάπερ καὶ τοῖς ἰχθύσιν, ὑπὲρ τῆς τοῦ περιττώματος ἐξόδου. Τοῦτο δ' ἐστιν αἰδοῖον, ὃ τοῖς — οἷον ἐν χηνὶ — πρόσφατος ᾖ.* Ductus deferentes seminales in auibus, de quibus locus posterior loquitur, desinunt in cloacam, minime vero coniuncti desinunt in penem apud anserem, anatem, ciconiam, struthiocamelum et ceteras aues, quibus est penis. Nam plurimae pene carent, et tenues conos in cloaca extantes pro pene habent. Igitur in loco posteriore est aut error Philosophi, aut, quod suspicari malim, vitium est in verbis *ὑπὲρ τῆς τοῦ περιττώματος ἐξόδου. Τοῦτο δ' ἐστιν αἰδοῖον.* vbi verba *ὑπὲρ — ἐξόδου* fortasse pertinent ad piscium penem, qui extra appositus recto intestino apparet. Nam penis auium sub cloaca situs in suo folliculo tamen per cloacam ipsam exseritur erectus in coitu. Penis autem testudinum intra ipsam cloacam collocatus est; lacertis et serpentibus sub initio caudae extra cloacam situs est. Ranae et bufones pene carent. De ductibus deferentibus piscium iterum noster 5, 4, 3. *οὗτοι δὲ οἱ πόροι εἰς ἓν συνάπτουσιν, ὥσπερ καὶ τοῖς ὄρνισιν — Τοῦτο δὴ συμπεραίνει καὶ ἐπεκτείνεται — ὑποδοχήν.* vbi si piscibus et auibus similis aut eiusdem structurae penis et cum ductibus deferentibus continuatus tribuitur, grauior error est Philosophi. De pene auium et quadrupedum ouiparorum accuratissime docuit *Cuvier Leçons d'Anatomie* Tom. V. p. 107 — 116. Libri Tannenbergiani ad 3, 1, 4. laudati versio germanica pictura vna auctior prodiit Goettingae anno 1810.

Ad V, 4, 3. *Τοῦτο δὴ συμπεραίνει καὶ ἐπεκτείνεται εἰς τὴν — ὑποδοχήν.* Gaza vertit: *hoc vero inseritur atque in — tenditur feminarum.* Scaliger: *illud igitur prodit atque extenditur et excipitur in femellae locum.* Camus: *le conduit unique formé de la réunion des deux autres,*

s'allonge et s'introduit dans les parties genitales de la femelle. Praepositionem σὺν non reddiderunt. Similis vsus verbi simplicis est de Gener. 1, 2. ἀλλ' αἰδοῖον ἀπὸ τούτων (τῶν ὄρχεων ἔχουσι) περαῖνον εἰς τὸ ἔξω. Supra libro 1, est de oculis: περαίνουσιν εἰς τὸν ἐγκέφαλον. et libri 4. c. 8. οὐδὲν περαίνει πρὸς τὸν ἐγκέφαλον. Ceterum membrum genitale Aristoteles hic non solum serpentibus maribus, sed etiam piscibus tribuere videtur, in quibus pauci tantum appendicem similem genitali ano appositam habent.

Ad V, 4, 4. ἔσωθεν δὲ σύνεγγυς ἀλλήλων. Gaza vertit: *intusque alter iuxta habetur.* Scaliger: *interiores enim proximi inter se sunt.* Camus: *en dedans il y a deux conduits voisins l'un de l'autre.* Admonuit Scaliger de vitio vel lacuna, quam breuissima ratione interpolabis addita voce δύο, ita: ἔσωθεν δὲ δύο σύνεγγυς ἀλλήλων. Nam quamuis intus duo adsint ductus a renibus deferentes vrinam, qui cum intestino efficiunt numerum ternarium, potuit tamen duos canales vrinarios seorsum numerare et nominare.

Ad V, 5, 2. de sepiarum coitu et complexu: τὴν δὲ νεῦσιν ἡ μὲν ἐπὶ τὸ ὄπισθεν, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ στόμα ποιεῖται. Gaza vertit: *Natatus alteri retrorsum, alteri anteuersus in os agitur.* Quem reprehendens Scaliger: *Nam si,* inquit, *vtrique eandem in partem et os et cauda obuersa sunt, non potest id fieri. Nam sunt συνεχεῖς. τοῦ συνεχοῦς autem vnus est motus. Idcirco dixit ἅμα. Itaque non dicit τοῦ μὲν, τοῦ δὲ, sed ἡ μὲν, ἡ δέ.* Hanc igitur rationem vertendo expressit ita: *Tum etiam natant nunc prorsum nunc retrorsum.* Verum ita scriptum oportuit τὴν δὲ νεῦσιν τὴν μὲν ἐπὶ τὸ ὄπισθεν, τὴν δ' ἐπὶ τὸ στόμα ποιοῦνται. Difficultatem, quae Scaligeri menti fuit obiecta, explicabit cogitatio ista, marem et feminam in amplexibus haerentes brachiorum motu corpus antrorsum promouere non posse nec retrorsum. Relinquitur illis solus pinnarum corpus cingentium vsus, quae motum lateralem corporis edunt.

Itaque dum mas et femina amplexi inter se in latus simul mouentur, alter necessario cedens retrorsum et in dorsum mouebitur, altera non tam in os, (quod est in anteriore corporis parte,) quam in ventrem et inferiorem partem. Vsus est Philosophus dictione ab homine translata, *ἐπὶ τὸ στόμα*, quae in formam sepiarum non conuenit. Nam vt in homine prono est os, et cum proni cadimus, in os cadere dicimur, ita sepiarum os non est in prona nec in supina corporis parte, sed medium inter vtramque in antica parte. Nunc autem inferiorem partem, vbi venter et fistula sita est, intelligi voluit Philosophus; incommoda igitur dictione *ἐπὶ τὸ στόμα* vsus est.

Ad V, 6, 2. *τὸ δ' ἐπικάλυμμα — μεῖζον καὶ μᾶλλον ἀφεστηκός ἐστι.* Gaza vertit: *operculum applicatile illud amplius et distantius et hirsutius feminae gerant.* Scaliger: *operculum maius est et magis tumidum ac barbulis plurimis differtum.* Vides eum exemplo Gazae *opercula* dixisse, quae sunt graece hic *ἐπικαλύμματα*, sed libro quarto signatius *ἐπιπτύγματα* vocauerat. Scaliger etiam *coopercula* vocat; multo tamen rectius Gaza hoc posteriore in loco *operculum applicatile* dixit. Idem etiam rectius verba *μᾶλλον ἀφεστηκὸς distantius* vertit, quam Scaliger *tumidius*, quo facto notio caudae ad ventrem replicatae plane oblitteratur. Camus multifariam in hoc toto loco vertendo aberrauit, eiusque sensum peruertit atque obscurauit. Ita enim ille: *s'unissent par leurs parties antérieures, en ajustant les unes sur les autres les tablettes écailleuses qui les enveloppent — si ce n'est que la femelle a l' écaille plus grande, plus détachée du corps, et plus velue à la partie où elle dépose ses oeufs.* Ceterum Aristotelis obseruationem de cancrorum coitu confirmauit Cavolini p. 152. Contra negat, verum esse effatum eiusdem de reliquorum generum coitu, quae caudam non replicatam sed rectam gerunt, quae more retro mingentium quadrupedum coire ait Philosophus; Italus contra eodem modo quo cancros coire

affirmat, cum partes genitales eundem situm vbique habeant.

Ad V, 9, 6. *τῶν κεστραίων.* Debebam eandem formam paulo post reponere, vbi est: *Ἔνιοι δὲ τῶν κεστρέων οὐ γίγνονται.* Mea an operarum culpa sit, nunc ambigo.

Ad V, 9, 7. *τοῦ ἔνθα — γεννᾷν τὰ αὐτά.* Locus nondum est persanatus. Vitium latere mihi videtur in genitiuo *τοῦ.* Discrimen atque effectum e locorum varietate ortum ad corporis habitudinem et foecunditatem antea significauit verbis *διαφορὰν ποιοῦσι πρὸς — εὐημερίαν καὶ πρὸς τὸ — γεννᾷν.* Nunc variat orationem, vt dicat *ποιοῦσι διαφορὰν κατὰ μέγεθος — κατὰ τόκους,* locum effectus notans; effectum ipsum quaerere oportet in verbis *τοῦ ἔνθα — γεννᾷν τὰ αὐτά.* Genitiuus igitur *τοῦ* a verbis *διαφορὰν ποιοῦσι* pendere non potest, quod olim existimabam; sed casus est cum tertio mutandus et scribendum *τῷ ἔνθα — γεννᾷν.*

Ad V, 10, 1. *τίκτει δὲ πᾶσαν ὥραν.* Si sepia excipitur e communi molluscorum more vere pariendi, tum vero dicto opus fuit *τίκτει δὲ καὶ πᾶσαν ὥραν.*

Ibidem: *ὅμοιον τῷ τῆς λευκῆς καρπῷ.* Confer dicenda ad V, 16, 1.

Ad V, 10, 2. *ὁ ἄῤῥην παρακολουθῶν καταφυσᾷ τὸν θολόν.* Quod Codices omnium optimi offerunt, *θορὸν,* spernere non debebam. Similis est variatio in loco 5, 16, 3. vbi certe altero loco *θορὸν* verum offerunt libri optimi. Dubitationem plane praecidit locus 6, 12, 2. vbi piscinorum ouorum foecundatio cum sepiae ouis comparatur: *ὁ γὰρ ἄῤῥην τῶν σηπιῶν, ὅταν ἐκτέκῃ ἡ θήλεια, ἐπιῤῥαίνει τὰ ᾠά·* (nempe *τῷ θορῷ,* quod in piscium ouis praecessit.) *ὅπερ εὔλογον συμβαίνειν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μαλακίων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν σηπιῶν ὦπται ἐν τῷ παρόντι μόνον.* Relinquitur igitur dubium, quis sit vsus coitus sepiarum, ab ipso Aristotele descripti.

Ad V, 11, 1. *Ὀχεύουσι γὰρ καὶ ἄῤῥενες καὶ ὀχεύονται αἱ θήλειαι.* Concinnitas postulabat, vt articulus οἱ ante ἄῤῥενες similiter poneretur.

Ad V, 12, 5. *Τὰ δ' ἔκγονα τῶν ἀῤῥένων διαφέρει ἐπὶ τούτων — ἢ ὅταν γηράσκωσιν.* Loci difficultatem iam in annotatione significaui; nec adhuc excogitaui, quid sit id, quod Philosophus significare voluit in natura ouium et caprarum diuersum a ceterorum animalium quadrupedum natura, et quale sit. Theodorus vertit: *Mares quoque in iis ipsis generibus eodem illo tempore ineunt; sed proles differt: quatenus praestantior ea est, quam senescentes mares et feminae procrearint.* Scaliger: *verum quae ab his maribus, et quae ab aliis generantur, differunt. Namque mares cum alterum annum ac senectutem appropinquant, praestantiores fiunt.* Camus: *mais il n'en est pas de la fécondité des mâles dans cette espece comme dans les autres. Le tems où ils sont le plus propres à engendrer est leur seconde année: ils valent mieux alors que quand ils vieullissent.* Vides Gallum τὰ ἔκγονα plane omisisse; nec apparet, quid ea faciant ad rem. Nam de vi annorum ad procreandam sobolem aut debilem aut robustam agitur. At Philosophus, cum de effectu aetatis ad sobolem dicere velle videatur, tamen subito a sobole transit ad parentem marem: οἱ γὰρ ἄῤῥενες βελτίους γίγνονται. Deinde quaeritur, genitiuus ἀῤῥένων ab ἔκγονα pendeat, an a verbo διαφέρει. Si ab ἔκγονα pendet, diuersitas imbecillitatis vel roboris omnis a patre repetitur, qui senectute meliorem sobolem procreare dicitur in vulgata scriptura, contra in iuuentute secundum nostram. Atque haec ipsa res in dubitatione versatur; nec deinde subditur aliquid, vnde discrimen huius generis gemini a ceteris cognosci accuratius possit. Nam quod capite sequenti traditur, arietes oues seniores priores inire, iuuenculas non appetere, est quidem peculiare generis ouilli, sed effectum ad sobolem

aut non habet, aut non significat. Dispiciant igitur acutiores, quae vera sit huius loci scriptura.

Ad V, 12, 5. et 10. *μέχρι ἐπὶ τριετίαν — μέχρι ἐπὶ τριετές.* Vulgatum in loco posteriore *ἐπιτριετοῦς* non reddidit Camus, nec ante Gaza aut Scaliger. In annotatione et scriptura nostra sunt, quae, re accuratius pensitata, nunc non plane approbo. Non recordabar tum legis Atticae apud Demosthenem, quae filium *ἐπικλήρου* matris volebat rei suae compotem fieri, *κρατεῖν τῶν χρημάτων*, post annum alterum finitum a pubertate, *ἐπιδιετὲς ἡβῶντα*, vel *ἐπειδὰν ἐπιδιετὲς ἡβήσῃ*, hoc est, interpretantibus Grammaticis antiquis, post annum aetatis sexagesimum. Pubertatem enim anno quarto et decimo assignant. *ἔφηβοι* dicuntur Athenienses iuuenes post annum pubertatis alterum finitum. Hoc igitur exemplo dictum puto ab Aristotele, potentiam vtiliter coëundi durare in capro vsque ad annum aetatis tertium finitum, id est paulum vltra triennium. Cum autem Philosophus *μέχρι*, vbi directionem ad aliquem finem simpliciter significat, cum genitiuo iungere soleat, haud scio an scriptura *μέχρι ἐπιτριετοῦς* vtrobique praeferenda sit: certe altera *ἐπιτριετίας* exemplo caret, tertia *ἐπὶ τριετὲς* notionem falsam includit.

Ad V, 13. initium vsque ad medium quae monenda erant, posui supra in annotationibus ad libri 4. caput 4.

Ad V, 13, 5. *διὸ καὶ χωρίζεται ὁ τράχηλος καὶ ἡ μήκων· — ἀφαιρεθέντος τοίνυν ἀνάγκη διῃρῆσθαι.* Gaza vertit: *quam ob rem euenit, vt collum a papauere separetur. — itaque detracto flore diuidantur partes istae, necesse est.* Scaliger: *Ergo collum a papauere separant, quorum in medio flos est. — Quare ablato eo, necesse est, illa quoque separari.* Camus: *afin de prendre leur fleur, ce qui détache le cou du mecon, — il faut bien qu'en l'enlevant ces deux parties se separent.* In graecis est dubium, quomodo flos eximatur. Verba enim *χωρίζεται ὁ τράχηλος καὶ ἡ μήκων* possunt etiam significare:

remouentur abscindendo vel auferuntur collum et papauer, quo facto sequens διῃρῆσθαι non referetur ad partes istas duas, vt ab interpretibus factum video, sed ad ipsum purpurae corpus, ita vt hoc diuidi dicatur, dum flos cum collo et papauere exscinditur et aufertur. Quo facto tautologiae ineptae species et culpa tollitur. Ceterum Scaliger multa in hac notitia taxauit, tanquam repetitis membris taediosa, partim saltuosa. *Quid est*, inquit, *illud quod appellat τούτων? Quid est, quod vocat ὃν ἀφαιροῦσιν? non est τὸ ἄνθος, ὃν et θλιβόμενος. — Item quid est διατείνει δ᾽ αὐτήν? quid enim est illud αὐτήν? Praeterea quid est illud quod διατείνει? Quare et dixit δοκεῖ εἶναι τὸ ἄνθος? non enim dubitat, vt opinetur. Deinde quid sibi vult χωρίζεται ὁ τρ. καὶ ἡ μήκων, cum διὸ, postquam dixit περιελόντες? neque enim propterea χωρίζεται. Quare etiam repetit, quod adhuc in labris habemus, μεταξὺ γὰρ τούτων τὸ ἄνθος? Quare supra non posuit ἐπάνω τῆς καλουμένης κοιλίας? Quare cum velit facere demonstrationem, ponit tanquam conclusionem ἀνάγκη διῃρῆσθαι? Quomodo item dixit, nassas alligari escis, non escas nassis? Nam cum dicat primo loco καθίεσαν, sane sint retia aut nassae; at προσῆπτον quare potius nassas quam escas? Postremo, quomodo cohaeret ratio et consilium piscatorum cum euentu? Alligant, inquit, escas, ne purpura cadat: cadente scilicet esca: postea dicit, ipsam purpuram cadere, cum sit satura. Nam etiamsi esca alligata sit, purpura potest cadere. Haec certe magna cura maiore cum iudicio examinanda sunt.* Partem harum animaduersionum sustulit scriptura emendatior, alias attenti lectoris diligentia eleuabit; sed tautologiae et confusae dictionis culpam plane remouere non possum ab hoc loco, in quo potuit grassari Appelliconis inscitia in tinearum strage resarcienda. Merito etiam Scaliger haesit in verbis *διατείνει δ᾽ αὐτήν*, quae vulgata erat scriptura, cui Camus *αὕτη* substituit, sensu multo

magis intricato. Nostrum *αὐτῆς* refertur ad *σύμφυσιν πυκνὴν* illam colli et papaueris, quam *concretionem* Scaliger quam cum Gaza *contextum* interpretari maluit. At sequens comparatio Gazae fauere videtur: ait enim *σύμφυσιν* istam colore praebere speciem membranae albae, eamque totam auferri a purpurariis. Proprie tamen in toto illo contextu venam aliquam continere pigmentum a purpurariis exquisitum; reliquam *σύμφυσιν* sterilem et fuco carentem comparat cum alumine. In qua comparatione quid lateat absconditum vel vitii vel obseruationis, nondum potui excogitare. Plinium, cum ex hoc loco poneret *reliquum corpus sterile*, scriptum legisse *ἡ δ' ἄλλη σύμφυσις στερίφη* vel simili modo, coniectura est sane leuis. Verum illud nunc certum animo habeo et teneo, scripturam antiquam *ἡ δ' ἄλλη σύμφυσις* restituendam esse; quod et Plinii versio et diligens loci consideratio docet. Fortasse contextus reliquae *συμφύσεως* laxior et mollior intelligitur et cum alumine scissili vel alio genere comparatur. Denique verba *πλήρης* et *κενῆς* Gaza *plena* et *inanis*, Scaliger *saturae* et *inanes*, Camus *rassasiée* et *affamée* interpretatus est. Equidem *grauidas* et *non grauidas* intelligi existimo; nam eo tempore, cum grauidae sunt aut fauificant, capi, testatur sectio 2. Vocabulum *πλήρης* dicitur quidem de satura et grauida, sed *κενὴ* de ieiuna vel famelica dici non puto. Ceterum partes istae duae purpurarum, *τράχηλος* et *μήκων*, illa anterior, haec posterior et inferior, inter cibos veterum fuerunt; quarum diuersam naturam ad alendum corpus annotarunt medici veteres apud Athenaeum et Xenocrates. Quare suspicor, purpurarios piscatores collum et papauer, postquam exsecta fuerat pretiosi liquoris vena, separatim vendidisse.

Ad V, 13, 6. *ὥστε συμβαίνειν — ἀπολίπτειν.* Cum de tempore antiquo sermo sit, temere me passus sum in-

duci in errorem a Camo, substituenda Codicis scriptura antiquae et verae *συνέβαινεν*.

Ad V, 13, 10. *ἀστὴρ οὕτω θερμός*. Ova stellarum vi caustica pollere tradit *Beunie*. Cf. ad Aeliani 9, 22. p. 584.

Ad V, 14. Vulgatam *ἔστι δὲ οἷον ἀράχνιον* Scaliger vertit: *inest autem vt araneolus in cauo suo: ii diducta aut conclusa spongia pisciculos venantur.* Gaza: *Nasci etiam in cubilibus spongiarum nouimus bestiolam aranei similem, nomen pinnotherae mutuantem. Degit haec intra spongiarum cubile, et aperiendo claudendoque pisciculos capit.* Camus ita: *il se forme dans leurs cavités de petits cancres semblables au gardien de la pinne. Ils y sont comme l'araignée dans sa retraite, et en ouvrant ou fermant ces cavités à propos ils y prennent les petits poissons.*

Ibidem: *ἢ πρὸς πέτραν ἢ πρὸς ταῖς θισί.* Gaza vertit: *aut ad saxa nascuntur aut iuxta litus.* Ita etiam Camus. Scaliger: *aut ad saxa aut ad littus oriuntur omnes.* In annotatione vero ita: *πρὸς aequiuoce hic ponitur: nam πρὸς πέτραν nascuntur, quia haerent ei: πρὸς ταῖς θισὶ, si juxta littus sunt; non expressit haerere littori, sed saxis juxta littus. Philosophus igitur duplicem ortum adscribit, a saburra, a solidis saxis.* Mihi vero *θῖνες* videntur hic esse loca sabulosa vel arenosa; singularem enim *θῖνα, τὸν* et *τὴν*, alibi significatione etiam diuersa posuit Philosophus, vt in Lexico Gr. docere conatus sum. Quidni enim *πρὸς* vel, vt Codex meus habet, *ἐν τῇ θινὶ* dixisset, vt antea *πρὸς πέτραν* est? Scaligeri rationem saxa ad littus posita interpretantis non patitur particula *ἢ*, quae disiungit loca natalia.

Ibidem: *ὅπερ συμβαίνει καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς φυομένοις ἀπὸ τῆς προσφύσεως οὖσα ἡ τροφή.* Vulgatam, quae *σημαίνει* habet, ita interpretatur Gaza: *quod certe indicat ceteris quoque adhaerentibus cibum per ipsum anne-*

xum hauriri. Scaliger: *Nam alimentum indicium fuit, sicut et ceteris, quae ortum suum habent e natiua adhaesione.* Videtur vir egregius *alimentum* scripsisse, vbi est *ortum* editum. In annotatione posuit haec: *Est autem probatio iam propositae sententiae: dicit enim* ali limo. *Haec est conclusio. Maior autem propositio est: plantae quo* (quod?) *trahunt, eo aluntur minus:* (aluntur: minor:?) *spongiae minus* (limum?) *trahunt: probatio huius: limo plenae sunt. Probatio huius ab historia:* ὅταν ληφθῶσι. *Dixit autem* ληφθῶσι, *quasi animal capiatur, non quasi mera planta.* Sensisse igitur videtur vir egregius comparationem spongiarum cum plantis factam, sed minus diligenter verbis in versione expressit. Rectius Camus: *et ce fait prouve ici, de même que pour les autres corps qui naissent de la terre, que c'est ce à quoi ils sont attaches qui les nourrit.* Breuius φυομένοις verti debebat *plantis*, quas saepe alibi in his historiis eadem voce designauit Aristoteles. Gaza προσφυομένοις vertisse videtur. Ceterum verborum structura in verbis postremis laborat, nec Codices scripti vitio medentur. Series et nexus postulant talem fere scripturam: οἷς ἀπὸ τῆς προσφύσεώς ἐστιν ἡ τροφή. Statim sequitur bis τὰ φυόμενα, vbi Gaza priore loco *altilia*, altero *pullulantia* male vertit, Scaliger recte *plantas.* Camus priore tantum loco posuit: *les autres corps qui naissent de la terre,* altero bene *les plantes.*

Ad V. caput 15. In toto hoc capite plures Gazae, Scaligeri et Cami errores annotandi videntur, quos interpretando demum deprehendi. Statim ista προεκτίκτουσιν ὑπὸ τὴν κοιλίαν εἰς τὰς πτύχας Gaza vertit: *sub aluo in rugas deponunt.* Scaliger: *edit sub ventre ad plicaturas.* Camus veram scripturam προεκτίκτουσιν, vbi erat προςεκτ., reddere conatus est ita: *elles font une espece de premiere ponte: leurs oeufs passent dans des poches plissées qu'elles ont sous le ventre.* Verum falso dixit primi partus

speciem, qui nec primus nec postremus est, sed vnicus; sed eo immatura oua eduntur atque excludenda exponuntur. In loco mire aberrauit Camus, cum rerum naturae esset imperitus, nec Scaliger explicasset, quaenam essent plicaturae istae.

Sequitur τὸ ᾠὸν διῃρημένον εἰς ὀκτὼ μοίρας. — χονδρῶδές τι. Gaza vertit: *singulis enim operimentis, quae de latere extant, singula quaedam cartilaginea iunguntur, quibus oua adhaerent.* Scaliger: *ouum est solutile arenae in modum, octo in classes partitum, pro numero scilicet cooperculorum, quae lateri adhaerent: quorum singulis cartilagineum quiddam adsitum est, circum quod haerent cumulata specie racemi.* Camus: *L'oeuf de la langouste est friable, on y distingue huit portions: chacune des enveloppes qui recouvre l'oeuf sur le côté a une sorte de cartilage auquel elle est attachée, et chacune de ces parties cartilagineuses se divise en plusieurs branches.* Vides paene tot errores, quot sunt verba. Primum ἐπικαλύμματα vocat nouo vocabulo partes laterales deorsum curuatas caudae quintuplicis vel sextuplicis, cuius quinque plicaturas, medias inter caudae partem extremam, et ipsam quinquepartitam, antea vocauerat τὰς πτύχας. Quae partes incuruae quia ouis exclusis seruandis et tuendis inseruiunt, *ἐπικαλύμματα, coopertoria*, dicuntur. In cancris contra tota cauda, ad ventrem replicata, ἐπίπτυγμα appellatur. Infra haec coopercula quatuor vtrinque appendices cartilagineae, ramosae et pinnatae adnatae conspiciuntur, quarum volumen tempore coitus auctum ouis recipiendis et portandis inseruit. Octonas has appendices sub cauda crustatorum decempedum omnium reperire licet; eaedem in maribus adsunt, sed magnitudine et forma diuersae. Meatum, πόρον, quem dicit Philosophus, eundem errans excrementorum et ouorum exitui destinatum intelligi voluit. Is est in extrema cauda subtus situs. Verba ista οὐκ εὐθὺς δ' ἐστὶν ἐχόμενα

τοῦ πόρου aliter vertit Gaza: *nec meatum ipsum vlla contingunt, sed per medium haerent.* Scaliger: *Neque continuo ipsi meatui haerent, sed medio.* Camus ita: *La masse des oeufs réunis ne touche point à l'orifice qui leur sert d'issue, elle est isolée de chaque côté, et soit en descendant vers la queue, soit en remontant vers le thorax, il y a deux intervalles vuides marqués par la disposition même de l'écaille que porte la langouste. Les parties de cette écaille qui descendent sur le côté ne pourroient pas par elles-memes recouvrir entièrement les oeufs: mais la langouste en ramenant l'extremité de sa queue en fait une sorte de couvercle qui les renferme tous.* Gaza diuersam scripturam secutus esse videtur, fere hanc: οὐκ αὐτοῦ δ' ἐστὶν ἐχόμενα τοῦ πόρου. Albertus siue Scotus ita: *Cum autem sunt in ipso animali, posita sunt in medio inter caudam eius et pectus eius.* Is iterum aliam scripturam secutus esse videtur, fere talem: ἀλλὰ κατὰ τὸ μέσον τῆς κέρκου καὶ τοῦ θώρακος. De Cami interpretatione antequam iudicemus, videamus, quomodo Gaza sequentia verterit: *Vtraque enim ex parte, caudam dico et aluum, bino maxime distinguitur interuallo: sic enim operimenta quoque disposita sunt.* Scaliger contra: *A cauda namque ad pectus duo, singula vtrinque, sunt potissimum intervalla: sic enim etiam coopercula ipsa disposita sunt, vt ab latere tegere non possint.* Annotauit vero ista: *Theodorus non intellexit τὰ ἑκατέρωθεν διαστήματα: alterum putauit ad caudam, alterum ad pectus; falso. Imo ἀπὸ κέρκου καὶ ἀπὸ θώρακος ἑκατέρωθεν.* Sed ita scriptum oportuerat ἀπὸ τῆς κέρκου μέχρι τοῦ θώρακος. Praeterea in graeco est διαστήματα ἀπέχει μάλιστα, vbi verbum ἀπέχει non potest referri nisi ad ista ἀπὸ τῆς κέρκου καὶ ἀπὸ τοῦ θώρακος. Sensus tamen ita vel nullus vel obscurus existit. Scaligeri interpretationem ex parte secutus est Camus, cuius rationem et ipse probandam censeo. Sed tum scribendum erit: οὐκ αὐτοῦ δ' ἐστὶν ἐχόμενα τοῦ πόρου

κατὰ τὸ μέσον, (nam foramen est in media cauda extrema) *ἀλλὰ ἑκατέρωθεν τῆς κέρκου· ἀπὸ γὰρ τοῦ θώρακος δύο διαστήματα πέφυκε.* vt intermedia *μάλιστα ἀπέχει· οὕτω γὰρ καὶ τὰ ἐπικαλύμματα* omittantur cum Codice Rhenani. Interim Scaligeri versionem, vt erat, reliqui; praeterquam vbi illa *τὰ ἐκ τοῦ πλαγίου* peruertit ita, vt supra posui, et deinceps pergit: *quare extremitatibus suis imposita cooperculi modo contegunt omnia.* Quae sunt omnia falsa. Bene contra vertit Camus a scriptura librorum meliorum adiutus.

Ad V, 16, 1. *ὅμοιον βοστρυχίοις οἰνάνθης καὶ λεύκης καρπῷ, καθάπερ εἴρηται πρότερον.* Respicit locum supra V, 10, 1. vbi tamen est simpliciter *καθάπερ βοστρύχιον, ὅμοιον τῷ τῆς λεύκης καρπῷ.* vbi in annotatione huius loci non recordabar. Guilelmi versio hic *βοστρυχίοις* interpretatur *vilibus racemis*, copulamque *καὶ* omittit, et pro *λεύκης* ponit *albae vitis*, vti supra, vbi per compendium scriptum extat *visem racemum*, ita vt supra *v* et *s* imposita sit nota, et suppositum litterae *s* punctum, quo ea damnatur. Voluit, puto, *vitilem* scribere. Ceterum non intelligo, quid simile sit et commune fructu populi, amento cylindrico insidenti et sicco, cum bacca et racemo oenanthae seu labruscae; sed formam diversam ouorum sepiae et polyporum, qua inuicem nexa haerent, pinxit et descripsit Bohadsch et post eum alii, vt in libello de Molluscis vernaculo docui. Sepiae oua nexa noster sect. 6. dicit *μακρὸν καὶ συνεχὲς ἐκ τῶν ᾠῶν οἷον τὸ τῶν βοστρύχων.* vbi olim *βοστρύχιον λεύκης* fuisse videtur. Nam fructus populi amento cylindrico adhaerens recte comparatur.

Ad V, 16, 2. *Τὰ μὲν οὖν τῶν πολυπόδων — ἀπὸ τῶν ἀποῤῥαγέντων πολυπόδια.* Structura verborum non constat: *τὰ τῶν πολ. ᾠὰ γίνεται πολυπόδια ἀπὸ τῶν ἀποῤῥαγέντων* (nempe *ᾠῶν*): nec oua abrumpuntur, sed potius obrumpuntur. Itaque Gaza *ouis ruptis*, Scaliger *disruptis*,

Camus *les petits polypes rompent l'enveloppe de leurs oeufs* vertit. Denique versio Guilelmi verbum ἀποῤῥαγέντων non agnoscit, sed scripturam γίγνεται ἀπὸ τοῦ τόκου πολυπόδια reddidit. Vnde malim scriptum γίγνεται ἀπὸ τοῦ τόκου ῥαγέντα πολυπόδια, vel potius περιῤῥαγέντα, quo verbo noster de sepiae ouis vtitur sect. 3.

Ibidem sect. 4. Γίγνεται δ', ἂν τὸ πρῶτον ἀποῤῥάνῃ ἡ θήλεια, οἷον ἡ χάλαζα — ὄρνιθες κατὰ τὴν κοιλίαν προσηρτημένοι. Vulgatam scripturam γίγνεται δὲ τὸ ἔσω πρῶτον recte mutasse mihi videor; nam cum primum femina peperit ouum μονόχρουν et album, nihil fere est, quod τὸ ἔσω dici possit, praeter illud ipsum albumen, cum grandine comparatum. Verum postquam mas atramentum aspersit suum, tum ouum fit et durius, glutinosum, nigrum, atque increscit. Sed rectius fecissem, si scripturam Codicis Guilelmi restituissem scribendo: Γίγνεται δέ, ὃ ἂν τὸ πρῶτον ἀποῤῥάνῃ ἡ θήλεια. Deinde vitium in vulgata reliqui: scribendum enim erat προσηρτημένον, referendum ad vocem σηπίδιον, non ad comparatum animal οἱ ὄρνιθες. Itaque post ὄρνιθες incisum erat ponendum. Gaza et Scaliger *ventre annexo* oratione ambigua verterant; rectius Gallus Camus.

Ibidem sect. 7. Ἀποτίκτει δὲ καὶ ἀποῤῥαίνει ἐξ ἀναγωγῆς. Gaza vertit: *enititur, aluum per interualla reprimens, inspergitque atramentum interposita quiete.* Scaliger: *parturit autem et irrorat alternatim repetitis vicibus.* Camus: *La femelle ne jette ses oeufs et ne fait couler la liqueur dont elle les arrose qu' à plusieurs réprises.* Omnes igitur verterunt non ἀποῤῥαίνῃ, sed ἐπιῤῥαίνῃ. Scaliger solus *alternatim* addidit, vt Gaza posuit *per interualla* et *interposita quiete.* Sed ἀποῤῥαίνειν dicitur hic femina oua, i. e. emittere singulatim et quasi guttatim, vt antea erat sect. 4. ὃ ἂν τὸ πρῶτον ἀποῤῥαίνῃ ἡ θήλεια, λίγνεται οἷον ἡ χάλαζα: et similiter alibi piscium feminae dicuntur ἀποῤῥαίνειν oua, i. e. emittere singulatim vel

paulatim. Nec verum est, *θολὸν* a femina adspergi ouis, sed mas id facit, vt est sect. 3. Denique *ἐξ ἀναγωγῆς* Scaliger ait proprie esse *ex reductione*, sicut respiratio fiat *ἐξ ἀναγωγῆς*, ex reductione.

Ad V, 17, 1. *σκληρὸν — ἔσω δ' ἔγχυμα.* Gaza *intus fluidum* vertit, Scaliger *cum medulla intus.* Is haec annotauit: *Nos* medullam: *neque enim aut caro est aut veri oui substantia. Sicuti hepatis et splenis et eiusmodi carnem non carnem appellauit Erasistratus, sed παρέγχυμα, vt ait Galenus multis in locis librorum de officio partium.*

Ibidem sect. 3. *ἡ δὲ πλατεῖα προσπέφυκέ τε μόνῳ τῷ ἐντέρῳ καὶ ἀποτίκτει τι οἷον κολοκύντης σπέρμα.* Noster Meteorol. 3, 3. *καὶ ζῷον οὐκ ἐγγίγνεται ἐν τῇ πέψει, ὥσπερ τινές φασιν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀποκρίσει σηπομένῃ ἐν τῇ κάτω κοιλίᾳ, εἶτ' ἐπανέρχεται ἄνω. Πέττεται μὲν γὰρ ἐν τῇ ἄνω κοιλίᾳ, σήπεται δὲ ἐν τῇ κάτω τὸ ἀποκριθέν· δι' ἣν δὲ αἰτίαν, εἴρηται ἐν ἑτέροις.* Quod factum ait Alexander in Problematibus; qui tamen locus hodie non extat. Dum versionem Cami inspicio, video scripturam *μόνῃ*, quam ille e Codicibus aliquot bonis vulgato *μόνῳ* substituit, male conuersam esse his verbis: *mais les vers plats qui s' attachent aux intestins où ils sont solitaires, produisent comme une graine de concombre.* Falso nempe *solitariam* dixit taeniam, quae graece esset *μονῶτις* vel *μία*, cum *solam* (*seule*) deberet. Perstitit tamen in errore, cum in commentariis sub voce *Ver* p. 830. locum Philosophi cum medico graeco componeret, cuius libros de Morbis inter Hippocraticos habemus. Is autem, libro 4. p. 70. 71. ed. Foesii, errorem vulgarem refutat, qui particulas semini cucumeris (*σικύου*) similes cum excrementis excretas semina lumbrici lati perhibebat. Hoc etiam argumento auctor istorum librorum Aristotele posterior conuincitur, et ab Hippocrate diuersus; quam opinionem viri docti aliis etiam argumentis demonstrare conati sunt. Aristoteles enim, qui hac ipsa in doctrina

medicorum testimonio vtitur, si Hippocratis auctoritatem contrariam opinioni a se traditae reperisset, non commisisset, vt errorem vetustum sine vlla dubitatione repeteret. Simul incidit mihi ex eodem medici loco dubitatio de scriptura *κολοκύντης*, quam vulgari *σικύου* e versione Guilelmi substitui. Ceterum scriptura *μόνῳ* sensum non diuersum habet ab altera *μόνῃ*, sed vtraque sedem lumbrico rotundo et ascaridi variam assignat. Ventriculum nominauit ipse Aristoteles in Meteorologicorum loco supra memorato; ascarides in recto intestino et vagina repertas memorauit auctor libri inter Hippocraticos de morbis mulierum 2. sect. 5. p. 233. In iis vero libris, qui Hippocratici sine dubitatione habentur, solam ascaridem lumbricoidem (*ἕλμινθα στρογγύλην*) et vermicularem (*ἀσκαρίδα*) memorari, nempe Aphorism. 3, 26. p. 347. monet Cel. Rudolphi Entozoorum Vol. I. p. 41. Idem ibidem p. 42. vermem latum interpretatur taeniam non latam (Vol. II. P. II. p. 70.), sed solium (ibid. p. 160 sqq.).

Denique notitias vermium intestinalium ex Aristotele satis diligenter collectas posuit Camus Vol. II. p. 830 seqq. sed omisit mullorum vermes in historia anim. 5, 16, 2. memoratos, vbi est generatim de piscibus, eos a partu cessare, *ὅταν ἐγγένηται σκωλήκια ἐν τῇ γαστρί· ἐγγίγνεται γὰρ μικρὰ καὶ ἔμψυχα, ἃ ἐξελαύνει τὰ κυήματα.* quae Athenaeus 7. p. 324. peculiariter adscripsit mullis, (*τρίγλαις*) sedem vermiculis (*σκωληκίοις*) in vtero (*ὑστέρᾳ*) assignans. Sed dubitationem facit vox *σκώληξ*, qua alibi de vermibus seu laruis insectorum vtitur Aristoteles. Contra ballero et tilloni, piscibus fluuiatilibus, 8, 20, 12. *ἕλμινθας* innasci ait, quos ligulas interpretatur Rudolphi. Similiter de canibus 9, 7, 4. Diuersi etiam sunt pediculi mullorum commemorati in loco antea vitioso historiae 5, 25, 3. Omisit etiam Camus *ἑλμίνθια* anguillis interdum innata, e quibus generari anguillas vetus error perhibebat histor.

6, 15, 1. Atque hinc supplebitur notitia, quam ex Aristotelis libris collectam posuit Rudolphi Vol. I. p. 17.

Ad V, 17, 5. *διακόψαντες ᾧ κατείληλειπται ὁ κύτταρος.* Gaza vertit: *rupto quo continebatur folliculo.* Scaliger: *obrupto folliculo, quo continebantur.* Camus propius a vero abfuit vertens: *ils déchirent ce qui formoit leur étuit, et ils en sortent.* Non meminerant ab Aristotele vbique cellas, quibus soboles inclusa educatur, apum crabronum et vesparum, *κυττάρους* vocari.

Ad V, 17, 10. *ἐν τῇ κόπρῳ τῇ χωριζομένῃ κατὰ μέρος — χωρίζειν τὴν ἄλλην τὴν μεμιγμένην.* Gaza postrema vertit: *contendunt reliquum fimi promiscui discernere: etiam confectum concoctumque esse fimum confirmant.* Is igitur, omissa τότε particula, scriptum legit *κατειργάσθαι.* Scaliger: *fimo quem agricolae seorsim a stramentis separarunt. Quare ii qui in hoc opere sunt, contendunt secernere reliquum stercoris, quod sincerum non est: ibique aiunt fimum confici.* Annotat autem haec: „Agricolae aggestis sterquiliniis, cum stercorare agrum volunt, secernunt fimum a stramente nondum putrefacto: id opus vocant *χωρίζειν*, et fimum ipsum *χωριζομένην.* Et totum sterquilinium nondum secretum vocant *μεμιγμένην.*" Sed is male vertit *κατὰ μέρος seorsum* et Gazam taxat, qui verterat *digesti in partes.* Agricolas nusquam vidi stercus a stramentis separare, vt sincero fimo vterentur; contra stramenta cum fimo mista computrescere per annum sinunt. Itaque diligenter obseruant, vt annuo vtantur, quippe putrefacto et confecto; quem ideo separant a recenti, quem, dum computrescat et muscarum sobolem procreet, in aceruo iacere patiuntur, saepius commouentes et permiscentes, vt summa imis similia fiant. Igitur *τὴν μεμιγμένην* intelligo fimum annuum cum recenti permistum, *χωριζομένην* contra annuum seorsum positum, deinde egerendum in agrum, vbi per cumulos dispositus primum, dispergitur mox et aratro subigitur terrae indi-

tus. Putabam initio, cumulos huiusmodi per agrum dispositos dici *χωριζομένην κατὰ μέρος;* sed diligentiores agricolae ibi fimum diu iacere sub diuo non patiuntur, sed quam potest fieri celerrime in terra recondunt. Scaligerum ducem secutus est Camus.

Ad V, 17, 12. Locum de animalibus in niue reperiundis repetiit auctor libri de Plantis inter Aristotelicos, ex latino in graecum sermonem conuersi, 2. c. 3. vbi est: *ἔτι κοινῶς οὐχ εὑρίσκομεν φυτὸν ἐν χιόνι, πλὴν βλέπομεν φυτόν ποτε φαινόμενον ἐν αὐτῇ καί τινα ζῶα, ἐξαιρέτως ἕλμινθας· οὗτοι γὰρ γεννῶνται ἐν τῇ χιόνι, καὶ φλόμος καὶ πᾶσαι βοτάναι πικραί.* E vocabulo *ἕλμινθας* nemo facile coniecturam de natura vermium ducet; interpres enim libri istius verbis graecis vario modo abusus esse reperitur, ipse recentissimis Graeciae temporibus natus. Annotationem de herbis in niue crescentibus in Theophrasteis libris frustra quaeres.

De animalibus in igne viuentibus et natis dubitarunt merito viri docti propter locum nostri de gener. et corrupt. 2, 3. vbi est: *διὸ καὶ οὐδὲν οὔτε ἐκ κρυστάλλου γίγνεται οὔτ' ἐκ πυρός.* et alterum Meteorol. 3, 4. *καὶ ἐν γῇ καὶ ὕδατι ζῶα μόνον ἐστὶν, ἐν ἀέρι δὲ καὶ πυρὶ οὐκ ἔστιν, ὅτι τῶν σωμάτων ὕλη ταῦτα.* Ad quem locum mira est Olympiodori annotatio, haec fortasse dicta esse propter Platonem, qui animalia quaedam ignea et alia quaedam aerea esse tradiderit, veluti nymphas, quae vocentur *μακραίωνες.* Quae nymphae nullae aliae possunt esse, nisi quas in Fragmento Pindarico 43. p. 77. (150. ed. Heynii p. 147.) memoratas olim illustraui. Sed haec ad physicam doctrinam minime pertinent; nec quisquam ad hoc vsque tempus genus vllum animalium in igne natum vidit; et recte noster iterum de Gener. animal. 2, 3. *διὸ πῦρ μὲν οὐδὲν γεννᾷ ζῶον, οὐδὲ φαίνεται συνιστάμενον ἐν πυρουμένοις οὔτ' ἐν ὑγροῖς οὔτ' ἐν ξηροῖς οὐδέν.*

Ibidem sect. 14. *ὑπὸ ἀραχνίων κατέχεται τὸ πρῶτον*

Vulgatum περιέχεται vertit Gaza: *aranea inuoluta magna ex parte principio exeunt.* Falsus verbis, vti videtur, τὸ πρῶτον, addidit *exeunt.* Scaliger: *per initia araneaceis telis inuoluta continentur.* Camus: *s'enferment avant leur métamorphose dans des fils semblables à ceux de l'araignée.* Equidem quod supra erat sect. 4. προσέχονται δὲ πόροις ἀραχνιώδεσιν de aureliis, vbi antea vulgabatur περιέχονται, idem nunc Philosophum dicere velle censeo.

Ad V, 18, 3. *οἱ δὲ ἡγεμόνες γίνονται κάτω πρὸς τῷ κηρίῳ ἀποκρεμάμεναι χωρὶς ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐναντίως τῷ ἄλλῳ γόνῳ πεφυκότες.* Gaza vertit: *Duces subter ad fauum pendentes oriuntur separatim sex aut septem, contra quam cetera turma foeturae adhaerentes.* Scaliger: *Reges autem oriuntur subtus ad fauos seorsum appensi seni septeniue, contra quam cetera foetura adhaerentes.* Camus: *mais les rois au contraire naissent sous le gateau, auquel ils sont attachés et suspendus separément au nombre de six ou sept.* Primum in eo tres hi interpretes communi errore κάτω *subter* vel *subtus* sunt interpretati; deinde postremum membrum ita vertit Gaza eumque secutus Scaliger, quasi προσπεφυκότες scriptum legerint. Guilelmus ἐναντίοι scriptum praeterea legit. Sed primus et grauissimus error, reliquorum quasi fons, est in scriptura ἀποκρεμάμενοι, quae est rerum naturae contraria, vt norunt, qui alueare plenum vnquam inspexerunt; nec tale quid e nostro retulerunt scriptores latini. Columella enim 9, 11, 4. de regii generis prole: *Est autem facilis conspectu; quoniam fere in ipso fine cerarum velut papilla liberis apparet eminentior et laxioris fistulae, quam sunt reliqua foramina, quibus popularis notae pulli detinentur. Celsus quidem affirmat in extremis fauis transuersis fistulas esse, quae contineant regios pullos. Hyginus quoque auctoritatem Graecorum sequens negat ex vermiculo, vt ceteras apes, fieri ducem, sed in circuitu fauorum paulo maiora, quam sunt plebeii seminis, inueniri recta fora-*

mina, repleta quasi sorde rubri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur. Idem c. 14, 4. *in extremis partibus fauorum progenerantur amplioris magnitudinis foetus, quam sunt ceterae apes, eosque nonnulli putant esse reges, verum quidam Graecorum auctores οἴστρους appellant.* Plinius 11. s. 12. *regias imperatoribus futuris in ima parte aluei extruunt amplas, magnificas, separatas, tuberculo eminentes.* vbi erraneum est vel aliunde male insertum *in ima parte aluei.* Debebat esse *cerarum* vel *fauorum.* Apparet igitur *κάτω* esse *in parte infima cerarum*, et pro *ἀποκρεμάμενοι* scriptum fuisse ab Aristotele *ἀποκεκρεμμένοι.* Sed quid significent illa postrema: *ἐναντίως* (vel *ἐναντίοι*) *τῷ ἄλλῳ γόνῳ πεφυκότες*, nondum excogitaui. Situm enim indicare non videntur, qui non est oppositus reliquae prolis plebeiae cellis, sed quasi appositus, quia in extremis et infimis fauis. Nec magis procedit *προσπεφυκότες*, quam scripturam cum Gaza Scaliger expressit. Eadem enim redit dubitatio de voce *ἐναντίως.* Nec potest comparatio esse cum situ prolis plebeiae in istis verbis *τῶν μὲν ἄλλων ἡ γένεσις ἐν τοῖς κοίλοις τοῦ κηρίου.* quae Gaza vertit: *in concauis imisque fauorum*, inepte addito vocabulo *imisque.* Contra recte Scaliger: *in cauis fauorum.* Camus: *dans les cellules du gateau de cire.* At regia proles item nascitur in cellis, sed maioribus et protuberantibus. Vitium videtur inesse in scriptura *καὶ ἐξῆπται ἐναντίως*, vbi Codex aliquis *ἐξήφαται* habet, contra nos cum Gazae libris aliisque optimis Codicibus scripsimus *ἓξ ἢ ἑπτὰ*, secuti Scaligerum et Camum. Verum de numero prolis regiae praeter hunc locum alibi silentium summum est. Quae contra de forma cellarum regiarum tradunt scriptores latini, sumta videntur e scriptura antiqua meliore huius loci. An fuit *ἐξῳδηκότες ἐναντίως*, i. e. *protuberantes contra quam reliqua proles*, quae scilicet in cellarum cavis et depressa latet?

Ad V, 19, 4. *Τὸν μὲν οὖν κηρὸν ποιεῖ — ἐκ τῶν ἀν-*

θέων, τὸ δὲ μέλι ὅτι οὐ ποιεῖ ἀλλὰ φέρει τὸ πίπτον, σημεῖον. Vulgata scriptura *ἐκ δὲ τῶν ἀνθέων τὸ μέλι οὐ ποιεῖ ἀλλὰ φέρει* ferri quidem poterat, nisi contra starent libri scripti. Nam vtraque scriptura et ceram et mel e floribus colligi statuit, sed ceram fieri ab apibus, mel factum colligi. Modum non explicuit Philosophus, quo cera e floribus fieri pararique ab apibus videatur. Pluribus autem locis testatur Philosophus, mel e floribus colligi seu ferri; veluti sect. 8. de hedera Pontica: *ἀνθεῖ δὲ ταύτην τὴν ὥραν, ἀφ' οὗ φέρουσι τὸ μέλι.* Modum cerae e floribus parandae docuit, nescio an auctore Aristotele, Philoponus ad Genesin Cap. I. p. 235. Apes ait *τὸ χνοῶδες τῶν ἀνθῶν εἰς οὐσίαν τοῦ κηροῦ μεταβάλλειν καὶ οἷον ἀγγεῖα τῷ μέλιτι παρασκευάζειν· εἶτα τὸ δροσῶδες τὸ ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ἐν τοῖς καρποῖς ὑγρὸν τοῖς κυττάροις ἐναποτιθέμεναι εἰς οὐσίαν ἐκπέττειν μέλιτος, τροφὴν ἑαυτῇ χειμέριον παρασκευάζουσαν.* Ceterum initio scriptura Medicei libri et Guilelmi *Τὸ μὲν οὖν κηρίον* probanda erat; *κηρίον* enim dicitur, dum est in alueari et melle repletum; exemtum, inane et ad vsus humanos accommodatum *κηρὸς* dicitur.

Ad V, 19, 6. *καὶ πρὸς τῷ κηρίῳ ἔχεται.* Codicum scriptura *πρὸς δὲ τ. κ. οὐ προσέχεται* defendam infra ad VI, 20, 1.

Ad V, 19, 7. *ὕστερον δ' οὐκέτι, πλὴν ἐὰν μὴ ἐξέλθῃ.* Gaza vertit: *nisi perfecte, vt modo dixi, prodierint.* Scaliger: *nullum, nisi cum egressus fuerit, vt diximus.* Camus: *à moins qu'elle ne soit pas encore sortie de son enveloppe.* Locus, quem respicit, est c. 17. sect. 5. *Τὸ μὲν οὖν πρῶτον, ὅταν ὦσι κάμπαι, τρέφονται καὶ περίττωμα ἀφιᾶσιν· ὅταν δὲ γένωνται χρυσαλλίδες, — οὔτε προΐενται περίττωμα. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα γίνεται ἐκ σκωλήκων — καὶ γὰρ οἱ ἐκ τῶν μελιττῶν καὶ ἀνθρηνῶν καὶ σφηκῶν, ὅταν μὲν νέοι σκώληκες ὦσι, τρέφονταί τι καὶ κόπρον ἔχοντες φαίνονται· ὅταν δ' ἐκ τῶν σκωλή-*

κων εἰς τὴν διατύπωσιν ἔλθωσι, — οὐ λαμβάνουσι δὲ τροφὴν, οὔτε (ita scribe pro οὐδὲ) κόπρον ἔτ' ἔχουσιν. In loco nostro vitium inesse puto. Vulgata enim scriptura significat, *nisi* vel *praeterquam cum non exierit.* At voluit contra dicere *nisi postquam exierit.* Aut igitur πλὴν delendum censeo, aut scribendum πρὶν ἂν ἐξέλθῃ.

Ad V, 19, 7. κἂν κηφῆνος τὸ πτερὸν ἀποκνίσας ἀφῇ τις, τῶν λοιπῶν αὗται τὰ πτερὰ ἀπεσθίουσι. Gaza vertit: *et si fucum ademptis pennis in aluum reiicias, ipsae reliquorum pennas erodunt.* Camus ineptius: *les abeilles mangent aussi les ailes des autres bourdons.* Mirum est, Scaligerum contra litteram scriptam Plinii auctoritatem sequi maluisse. Vertit enim: *si fucum ademptis alis emiseris, aliorum ille erodet alas.* Miram addit etiam annotationem: *Longe mirabilius, quod de fucis prodit. Nam exalatus alatos fucos quomodo consequetur, aut assequetur, cuius arrodat alas? — sed mutauit numerum* κηφῆνος *in* αὗται. Postrema repetiit inepte Harduinus, vt Plinii errorem defenderet.

Ibidem sect. 8. εὖ δοκεῖ διαγεγενῆσθαι. Scriptum in libro suo δοκεῖ εὐγενὲς γενέσθαι Guilelmus reddidisse videtur *videbitur boni generis fuisse.*

Ad V, 20, 1. καὶ προσέχεται τῷ τοίχῳ. Vertit Gaza: *et parietibus admouent.* Scaliger: *qui parieti haerent.* Camus: *attachée à ses parois.* At infra de crabronum foetu: ἔχεται δὲ καὶ ὁ γόνος καὶ οἱ σκώληκες οὐ κάτωθεν τοῦ κυττάρου ἀλλ' ἐκ τοῦ πλαγίου. Idem Gaza vertit: *haeret et foetus — sed lateri.* Scaliger similiter. Camus: *tient — à l'un des côtés.* Verum diuersum est ἔχεσθαι πρὸς τῷ τοίχῳ ab isto προσέχεσθαι τῷ τοίχῳ: illud enim simpliciter situm foetus, etiam liberi, hoc adhaerentis et quasi alligati, significat. Quare etiam in priore loco praefero scripturam Codicis Rhenani: καὶ ἔχεται πρὸς τῷ τοίχῳ. Hoc enim ex vitiose scripto ἔρχονται πρὸς effici debet. Monui haec ob similem locum de apibus supra cap. 19. sect. 6.,

vbi est de eorum foetu: πρὸς δὲ τῷ κηρίῳ οὐ προσέχεται, ὥστε καὶ ἀντειλῆφθαι. vbi vulgo negatio omittitur, et Codex Rhenani similiter προσέρχεται scriptum habet. Verum scripturam οὐ προσέχεται satis defendit sequens ὥστ' ἀντειλῆφθαι, et quod antecedit: ἀνίσταται αὐτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ. Alio verbo vtitur de formicis, quae foetum nec fauo, nec folliculo, nec sinu vllo inclusum edunt: σκωλήκια, ἃ οὐ προσπέφυκε οὐθενὶ vel πρὸς οὐθέν. vbi Gaza *nulli annexum*, Scaliger *nulli rei annexi sunt*. Ita etiam Camus. Sed proprie dicendum erat: *qui nulla re continentur*.

Ibidem sect. 2. καὶ ἐπαλήλιπται ὁ κύτταρος. Ita cum Canis. libro et Guilelmi scribendum fuerat, non ἀπαλήλιπται, quod sensum habet contrarium.

Ad V, 21, 1. ὥσπερ ὑάλῳ καταλείφοντα. Scaliger vertit: *sale quasi quodam oblitam*. Addit obseruationem: *Gaza aliter legit. Nos cum Plinio ὥσπερ οἱ ἅλες.* Nidos, *inquit*, luto fingunt salis specie applicatos lapidi. *Ipse legerat ὥσπερ ὕαλον. Nos vidimus nidum, et nihil refert, salemne dicas an vitrum; sublustre enim lutum est, quasi vitro aut sale admisto. Puto ego Plinii tempore Aristotelis exemplaria longe fuisse emendatiora.* Antequam de loci scriptura hac disputem, monendum id, quod in annotatione oblitus sum facere, libros omnes scriptos et editos καταλείφονται habere, quod cum scriptura οἱ ἅλες mutaui, incitatus a Codd. qui copulam καὶ omittunt. Quam si teneas, non video, qui sensus commodus existat, salua grammatica. Ipse nunc ὡσπερεὶ ἅλι καταλείφοντα praeferrem: ex qua lectione coniectura simul emergit, Graecos lateres coctos nouisse sale illitos et vitri speciem gerentes, quales Batavi hodie coquunt. Quid in Codicum optimorum scriptura ὥσπερ ἐν ἄλλοις οἱ ἅλες καταλείφονται lateat, nondum diuinaui; nam de varietate scripturae ὕαλος vel ὕαλον vana suspicio esse videtur.

Ad V, 22, 2. de araneis pratensibus: εἰς ἀράχνιον, οὗ τὸ μὲν ἥμισυ — ἐπῳάζουσαι ζωοποιοῦσι. Gaza vertit:

cuius dimidium applicatum ipsis matribus est, reliquum foris recipit partum, et incubant in eadem tela atque viuificant. Scaliger contra: *in tela, qua parte dimidium intro vergit ad ipsas, alterum dimidium foris extat, — quoad animal perficiatur.* Annotatio haec subiicitur: *οὗ non est relatiuum, vt putauit Theodorus, sed loci in tela. Et male dixit* telam applicatam matribus: *neque verum est, reliquum foris excipere partum, vt ait. Imo in medio pariunt, inter vestibulum et recessum. Et male dixit ζῷα ποιοῦσι,* viuificant. *Nam vermiculi viui sunt, sed non sunt animalia futura illa, propter quae facti sunt, vt in ea immutentur.* Errauit vir egregius in eo, vt putaret, araneas pratenses intra telam expansam aliquam exponere foetus; hinc illa *inter vestibulum et recessum.* Sed foetus includitur sacculo araneoso, quem post se trahit incedens aranea. Recte igitur locum hac quidem in parte interpretatus est Gaza, eumque secutus Camus.

Ad V, 23, 1. λήγοντος τοῦ θέρους. Gazae versio ἔαρος reddidit, quem secutus est Scaliger, in cuius textu graeco Maussacus ἔαρος reponere ausus est. Deinceps sect. 2. vulgatum οὐ γίνονται δὲ αἱ ἀκρίδες ἐν τῇ ὀρεινῇ οὐδ' ἐν τῇ λέπρᾳ correxi auctore libro Rhenani; sed is prius οὔτε tantum inserit; pro altero vulgatum οὐδὲ retinet.

Ad V, 24, 2. Ὀχεύονται δὲ οἱ μεγάλοι ὁμοίως ἀλλήλοις καὶ οἱ μικροὶ ὕπτιοι συνδυαζόμενοι πρὸς ἀλλήλους. Vertit Gaza: *Coeunt tam maiores quam minores supinae complexu mutuo,* imitatus partim Plinium. Scaliger: *Nullum inter maiores minoresue discrimen coeundi, sed aeque omnes supinae inter se coniunguntur.* Annotavit autem haec: *Ergo surrectae, si vtraque supina est, stantes bipedes. Neque possum comprehendere intellectione, cum clunes sint applicandae.* Camus: *L'accouplement des cigales grandes et petites est le même. Il se fait ventre contre ventre, avec intromission de la part du mâle dans la femelle, comme chez les autres insectes.* In

hoc loco merito adhaesit Scaliger, sed solus, et in ratione ea, quam ipse secutus Gazam et Plinium intulit vertendo vitiosam. Ὀχεύονται enim de solis feminis dicitur, ὀχεύειν de maribus. Igitur cicadae feminae solae supinae iacent cum maribus coeuntes. Surrectas quomodo comminisci potuerit Scaliger et stantes bipedes, non intelligo. Sed praeterea sunt verba quaedam intermista, quae sententiam per se planam turbant. Quid enim geminum illud *ἀλλήλοις* et *πρὸς ἀλλήλους* sibi vult? Feminae certe non se inuicem ineunt. Igitur cum prius *ἀλλήλοις* propter sequens *πρὸς ἀλλήλους* superuacuum sit et inepte abundet, vtrumque vero additamentum sensum falsum contineat, merito vtrumque damnandum et delendum videtur. De priore quidem nemo facile admonitus dubitabit. Interpellat enim importune seriem et nexum sententiarum; et scribendum *ὁμοίως καὶ οἱ μικροί.* Ceterum Scaligeri emendationem *οὐχ ὥσπερ τὰ ἄλλα,* a Maussaco in textu repositam, non dubitaui in versione recipere. Recte enim is admonuit e nostri 5. c. 7. s. 1. feminam insectorum inferiorem genitalem tubum immittere in marem, non contra. Causam emendationis falsam attuli in annotatione.

Ad V, 24, 5. *ἐὰν δέ τις κινῶν τὸν δάκτυλον προσίῃ, ἀπ' ἄκρου ἐπικάμπτων καὶ ἐκτείνων πάλιν — ἐὰν εὐθὺς ἐκτείνῃ.* Gaza vertit: *si quis digitum contrahens ac remittens subinde appropinquet, magis expectant, quam si illico extendat.* Scaliger: *si quis aut digitum mouens appropinquet, aut quippiam flectens permittat remitti, securiores manent, quam si derepente extendatur.* Vterque graeca *ἐπ' ἄκρου* vel, vt rectius libri scripti habent, *ἀπ' ἄκρου* omisit. Camus autem, qui veram scripturam posuit, sed male post *ἀπ' ἄκρου* incisum fecit, pessime hunc locum ita reddidit: *En avançant la main vers une cigale, si on remue le bout du doigt en l'approchant et le retirant alternativement, la cigale ne s'enfuira pas, com-*

me elle feroit, si on l'approchoit tout d'un coup. Vult digiti articulos a summo paulatim incuruari et rursus extendi.

Ad V, 25, 1. *Ἐνίοις δὲ τοῦτο συμβαίνει.* Excidit pronomen τοῦτο vel meo vel operarum errore.

Ibidem sect. 2. *καὶ γὰρ οἱ ὄρνιθες ἔχουσι, καὶ οἱ — ὑπὸ τῶν φθειρῶν· καὶ τῶν ἄλλων δὲ, ὅσα — καυλὸν, καὶ τῶν ἐχόντων τρίχας. Πλὴν ὄνος* etc. Ita haec erant distinguenda. Verba enim *καὶ τῶν ἄλλων δὲ — καὶ τῶν ἐχόντων τρίχας* pendent a superiore membro *ἐγγίγνονται πολλοῖς.*

Ad V, 26, 1. *ὃ δὴ δοκεῖ ἐλάχιστον — λευκὸν καὶ μικρόν.* Gaza breuius vertit: *quod omnium animalium esse minimum existimatur, nomine acari.* Item Scaliger: *animal candidum, quod omnium animalium minimum videtur esse; et vocatur acari.* Annotauit is haec: *Puto mendum in Codice, cum dixit ἐλάχιστον, addidit μικρὸν, et λευκὸν ante ἐλάχιστον reponendum est.* Vulgatam tamen scripturam ferri posse puto ita, vt credamus, *ἐλάχιστον* existimatum ideo annotari, quod nomen *ἄκαρι* acceperit, quo vocabulo Graeci res minimas quasque significare soliti sint.

Ibidem sect. 3. *διαστομῶν.* Verbum hoc eadem cum notione qua *ἀναστομῶν* vsurpauit auctor libri decimi qui dicitur huius Historiae c. 2. vbi *στόμα ὑστέρας διεστομωμένον φανερῶς* est.

Ad V, 27, 2. *ἑξάμηνος εἶναι βίος ὁ σαύρας.* Vulgatam scripturam *ἑξαμηνόβιος εἶναι ὁ σαῦρος* annotare omisi.

Ibidem: *ὁ δὲ ποτάμιος κροκόδειλος — ἕως ἂν ζῇ.* Extat in libro Arabis *Abd-allatif* Memorabilia Aegypti tradente, quem nuperrime in Gallicum sermonem transtulit doctissimus *Silvestre de Sacy*, capite 3. p. 148. locus ex Aristotele excerptus de crocodilo, quem integrum transcribam, vt vno aliquo insigni constet exemplo, quomodo ista gens Graecorum eruditionem e versionibus acceptam

tractauerit. *La femelle du crocodile pond des oeufs semblables aux oeufs de poule. Voici ce que j'ai lu, à ce sujet, dans un livre attribué à Aristote: „Le foie du crocodile fournit un puissant aphrodisiaque: mais ses reins et la graisse qui les recouvre, produisent le même effet avec encore plus d'énergie. Le fer ne mord point sur sa peau. Depuis ses vertébres verticales jusqu' à la queue, il n'a qu'un seul os: raison pour la quelle, quand il est renversé sur le dos, il ne peut pas se retourner de lui-même.“ L'auteur ajoute: „La femelle pond des oeufs d'une figure alongée comme ceux de l'oie; elle les enfouit dans le sable: lors qu'ils éclosent, les petits sont de la grosseur et de la forme d'un lézard; en grandissant, ils atteignent jusqu'à dix coudées et plus de longueur. Elle pond soixante oeufs; car le nombre soixante semble naturel à cet animal, qui a soixante dents et soixante veines, qui dans l'accouplement éjacule soixante fois la liqueur seminale, et dont la vie est de soixante ans.“* Vides numerum longitudinis variatum, quem Aristoteles transtulerat ex his Herodoteis 2, 68. *πάντων δὲ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν θνητῶν, τοῦτο ἐξ ἐλαχίστου μέγιστον γίνεται· τὰ μὲν γὰρ ὠὰ χηνέων οὐ πολλῷ μείζονα τίκτει· καὶ ὁ νεοσσὸς κατὰ λόγον τοῦ ὠοῦ γίνεται· αὐξανόμενος δὲ γίνεται καὶ ἐς ἑπτακαίδεκα πήχεας, καὶ μέζων ἔτι.* Reliqua loci Herodotei Philosophus alibi per partes excerpsit, veluti supra 2, 6, 2. ista: *καὶ τὸ πολλὸν τῆς ἡμέρης διατρίβει ἐν τῷ ξηρῷ, τὴν δὲ νύκτα πᾶσαν ἐν τῷ ποταμῷ· θερμότερον γὰρ δή ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς τε αἰθρίης καὶ τῆς δρόσου. — Ἔχει δὲ ὀφθαλμοὺς μὲν ὑός, ὀδόντας δὲ μεγάλους καὶ χαυλιόδοντας, κατὰ λόγον τοῦ σώματος. — ἔχει δὲ καὶ ὄνυχας καρτεροὺς, καὶ δέρμα λεπιδωτὸν ἄῤῥηκτον ἐπὶ τοῦ νώτου· τυφλὸν δὲ ἐν ὕδατι, ἐν δὲ τῇ αἰθρίῃ ὀξυδερκέστατον.* Locum de mandibula superiore mobili bis transtulit, nempe 1, 9, 6. et 3, 7, 3. Ista vero *τοὺς χειμεριωτάτους μῆνας τέσσερας ἐσθίει οὐδέν* repetiit 8, 17, 1. *φωλοῦσι καὶ κροκόδειλοι οἱ ποτάμιοι*

τέτταρας μῆνας τοὺς χειμεριωτάτους καὶ οὐκ ἐσθίουσιν οὐδέν. Sunt tamen etiam in quibus diuersus abiit ab Herodoto; veluti de lingua hic: *γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε.* Hic contra 2, 6, 1. *καὶ γλῶτταν πάντα, πλὴν ὁ ἐν Αἰγύπτῳ κροκόδειλος· οὗτος δὲ παραπλήσιος τῶν ἰχθύων τισίν· ὅλως μὲν γὰρ οἱ ἰχθύες ἀκανθώδη καὶ οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσι τὴν γλῶτταν.* In narratione de trochilo dentes crocodili purgante addidit Philosophus haec: *ἀλλ' ὅταν ἐξελθεῖν βούληται, κινεῖ τὸν αὐχένα, ἵνα μὴ συνδάκῃ.* quae in Herodoto non extant. Obseruationem breuem de ventriculo vtriusque crocodili 2, 12, 9. et de testiculis crocodili, terrestris puto, 3, 1, 2. aliunde duxit Philosophus. Apparet igitur, pleraque omnia, quae Aristoteles de crocodilo tradidit, aliena fide niti; vnde coniicere licet, ipsam bestiam ab eo nunquam visam fuisse. Vnde Aristoteles pauculas annotationes adsumserit, hodie vix certo argumento poterit demonstrari; verumtamen coniicere licet, accessisse ea ex Hecataeo, quem ipse Herodotus in describendo crocodilo aemulatus esse dicitur a Porphyrio apud Eusebium Praepar. Euang. 10. p. 466. Herodotum tamen nominat Aristoteles in Eudemiis 7, 2. vbi de amicitia inter bestias disputat.

Reliquas de animalibus Aegypti narrationes, veluti de ichneumone, de scorpionibus Phari, de canibus, lupis, bobus 8, 27, 4. quae ex Herodoti historia ductae non sunt, ex quo fonte deriuauerit, nondum inuestigare potui. Hoc interim vero simillimum mihi videtur esse, cum crocodili et hippopotami notitia verbotenus ducta sit ex Herodoto, reliquorum etiam animalium cognitionem habuisse Aristotelem non ex sua cognitione, sed ex aliena narratione.

Redeo ad primum Herodoti locum. In quo verba *τοῦτο ἐξ ἐλαχίστου μέγιστον γίνεται* aliter scripta legisse videri possit Aristoteles; sed obstat Aelianus H. A. 9, 58. *τρία δὲ ἄρα ταῦτα ἐκ βραχίστων μέγιστα ζῶα γίνεται, τῶν*

μὲν ἐνύδρων ὁ κροκόδειλος, τῶν δὲ ὑποπτέρων ἡ στρουθὸς ἡ μεγάλη, τῶν γε μὴν τετραπόδων ὁ ἐλέφας. Contra ipse locus Aristotelis, si accuratius inspiciatur, insolente et dura oratione facit indicium corruptelae. Vide enim: *ἐξ ἐλαχίστων μέγιστον ζῶον γίνεται.* Hucusque bene habet. Sed cur additur *ἐκ τούτων?* Haec plane abundant inepte. Sed multo ineptius dicitur *ζῶον γίνεσθαι ἐξ ᾠῶν.* Vnum enim sufficit vni animali ouum generando. Quid dicam de voce *ἐλαχίστων*, quasi ouum nullum nec maius, vt struthiocameli, nec minus sit, vt sunt multarum auium et lacertarum oua. Quid igitur sibi vult *ἐλαχίστων* mentio, nulla proportionis ad animal ipsum habita ratione. Pulli autem proportionem ad animal adultum respici docent sequentia: *τὸ μὲν γὰρ ᾠὸν — καὶ ὁ νεοττὸς τούτου κατὰ λόγον αὐξανόμενος — πήχεων.* Accedit auctoritas loci Herodotei, quem verbotenus fere reddidit Philosophus. Vnde suspicio nascitur, scriptum olim fuisse: *ἐξ ἐλαχίστου δὲ τῶν ζώων μέγιστον γίγνεται τοῦτο· τὸ μὲν γὰρ* et reliqua. Nunc denique redeat oratio ad locum Arabis, qui e libro Aristotelico varie interpolato ductus est. Nugas similes ex Aegyptiorum *ταριχευτῶν* et sacerdotum narratione posuit Aelianus H. A. 10, 21. *Κύει δὲ ἄρα τὸ ζῶον τοῦτο ἐν ἑξήκοντα ἡμέραις, καὶ τίκτει ᾠὰ ἑξήκοντα, καὶ τοσαύταις ἡμέραις θάλπει αὐτά· σφονδύλους τε ἔχει ἐπὶ τῆς ῥάχεως τοσούτους, νεύροις τε αὐτὸν τοσούτοις φασὶ διεζῶσθαι· λοχεία τε αὐτῶν ἐς τοσοῦτον πρόεισιν ἀριθμὸν, καὶ ἔτη βιοῖ ἑξήκοντα· πάρεστι δὲ καὶ ὀδόντας ἑξήκοντα τοῦδε τοῦ ζώου ἀριθμεῖν· φωλεύον δὲ ἄρα καθ' ἕκαστον ἔτος ἑξήκοντα ἡμερῶν ἀτρεμεῖ καὶ ἀτροφεῖ.* Vides plura, etiam dierum latitationis numerum accommodatum superstitioni, de qua Iamblichus de Mysteriis p. 123. *καὶ εἴ τινας τῶν παρ' ἡμῖν ἀριθμοὺς ὡς ἐπὶ τοῦ κροκοδείλου λαμβάνουσι τὴν ἑξηκοντάδα, ὡς οἰκείαν ἡλίῳ.* Numerus vertebrarum in Nilotico conuenit, vt e Merckii annotatione video. Vnitatem spinae, quam in hyaena memorauit Pli-

nius 30. s. 44. in crocodilo iam olim statuit Achilles Tatius cuius locum interpretari conatus sum Amphibiorum Historiae naturalis Fasc. II. p. 12.

Ad V, 28. In hoc capite plures sunt Gazae, et qui eum temere secutus est, Cami, errores notandi, quod miror a Scaligero, acerrimo alioquin insectatore Gazae, omissum. Verum ipse etiam Scaliger statim ab initio impegit, cum verba *τὸ δὲ ᾠὸν — μονόχρουν ἐστὶ καὶ μαλακόδερμον* verteret: *eius oui cutis vnicolor ac mollis.* Idem error est in ouo testudinis: *τίκτει ᾠὰ σκληρόδερμα καὶ δίχροα.* vbi similiter posuit: *cuius cortex et durus est et bicolor.* Sed nemo vnquam testudinis ouum nisi candidum vidit. Vox graeca ad liquorum ouo contentorum naturam et colorem refertur. Sequitur: *ὁ δὲ νεοττὸς ἄνωθεν περιγίνεται, καὶ οὐ περιέχει φλοιὸς ὀστρακώδης, ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἰχθύων.* Gaza vertit: *foetus superne consistit; nec cortice continetur, sicut nec piscium quidem.* Scaliger: *Superextat catulus ab summo: neque enim testaceo ambitur cortice, sicut neque in piscibus.* Annotavit ad haec ita: *Gaza male* consistit: *potius* superest: *neque cortice capitur totus foetus. περιέχεται Theodorus* continetur: *imo continetur sed non totus. Itaque addidit περί: si enim ex ouo fit, ab eo contineri necesse est; sed continetur, vt nauta in nauigio, puer in cunis. Nota, cum dixit μαλακόδερμον, quare dixit ὀστρακώδης? An negauit et τὸ περιέχεσθαι et τὸ ὀστρακώδης: sic neque cortex testaceus est, neque ambit totum foetum.* Quae equidem non omnia satis intelligo. Mihi duo axiomata diuersa videntur esse; prius hoc: *ὁ νεοττὸς ἄνω ἐπιγίνεται*, vti Codices scripti habent, quam scripturam temere spreuit Camus; non male tamen vertit: *Le petit, qui n'est point pressé par une coquille dure non plus que ceux des poissons, se forme dans la partie supérieure.* Scilicet etiam in ouis auium et piscium *ὁ νεοττὸς ἐπὶ τοῦ ἄκρου* primum oritur; quod hic *ἄνω* dicitur. Deinde molle pu-

tamen ouorum comparatur cum putamine piscium; materies vero dicitur φλοιώδης, corticea, non membranacea. Quod additur ὀστρακώδης est, quod *locum testae tenet ouorum auium.* Verbum περιέχειν non ad pullum esse referendum, sed ad ouum, docet sequens ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἰχθύων.

Sequitur: ἐνίοτε δὲ καὶ ἔσωθεν διαφαγόντα αὐτὰ ἐξέρχεται. Vertit Gaza: *euenit interdum, vt, qui in vtero adhuc sunt, abrosis membranis prorumpant.* Scaliger: *vt catuli dirupta ab se matre egrediantur.* Camus: *en rongeant intérieurement ce qui les enveloppe.* Scaligeri ratio minime probanda est. Scriptura Rhenani libri, τὰ ἔσω διαφαγόντα, significat, vterum matris erodi a catulis. Sed plures Codices ἔσωθεν habent, quod est: *ex vtero erosis membranis ipsi prodeunt.*

Postea verba τίκτει δ' ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καθ' ἓν pessime Gaza vertit: *singulos diebus singulis parit,* quasi ἡμέρᾳ ἓν scriptum legisset. Camus similiter: *elle n'en met bas qu'un seul chaque jour.* Et tamen Scaliger recte posuerat *sigillatim parit, absoluit uno die.* Peculiaris eidem error est, vbi verba οἱ δ' ἄλλοι ὄφεις ᾠοτοκοῦσιν ἔξω ineptissime et ridicule vertit: *Les autres serpens produisent même au dehors, des oeufs qui tiennent les uns aux autres.*

Ibid.: ὁ μὲν ἔχις ἔξω ζωοτοκεῖ — Οἱ δ' ἄλλοι ὄφεις ᾠοτοκοῦσιν ἔξω. Supra 1, 6, 2. οἱ μὲν ἄλλοι ᾠοτοκοῦσιν ὄφεις, ἡ δ' ἔχιδνα μόνον ζωοτοκεῖ. Vnde suspiceris, Philosophum promiscue echin et echidnam nominasse, neque sexus differentiam intelligi voluisse; alioqnin ἔχιδναν feminam in partu nominatam oportebat. Hanc opinionem firmat alter locus 8, 17, 1. vbi ait: οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ὄφεις ἐν τῇ γῇ φωλεύουσιν, αἱ δ' ἔχιδναι ὑπὸ τὰς πέτρας κρύπτουσιν ἑαυτάς. Non est enim credibile nec harum bestiarum naturae conuenit, vt mas terram subeat, femina contra sub lapidibus condatur. Post Aristotelem videntur physio-

logi dubitare coepisse, echis ab echidna sexu an genere et natura diuersus sit habendus. Vnicus est ea de re locus Aeliani de nat. anim. 10, 9. Is cum quasdam symptomatum e morsu vtriusque bestiae notas annotauerit, videntur medici graeci primum in hanc dubitationem incidisse. Nicander quidem Theriac. 232. in vulnere ait echidnae semper plurium dentium venenatorum vestigia apparere. Praeterea tamen plures alias notas posuit, sed poeticis inuolucris obscuratas, quibus echin ab echidna distinguere conatur. Has fere easdem paulo explicatius tradunt Galenus in Theriaca ad Pisonem c. 13. et Aetius, qui tamen sexus potius discrimen nomine vtroque signasse videntur. Cum Nicandri Theriacorum editionem, quam prelo paratam habeo, temporum horum iniquitas procrastinet in diem magis, breuiter hic collectas e scriptoribus tribus nominatis notas echios et echidnae ponam. Igitur echidnam Nicander ait versu 210 — 218. *magnitudine* pro discrimine locorum variare: Asiaticas fere maiores esse quam Europaeas. Deinde nominat plures Europae Graeciaeque montes, qui echidnam alant. Asiaticum genus ait orgyae et maiorem etiam magnitudinem habere, locis item montanis altum. Tum edit notam echidnae hanc: *supra extremas nares esse cornutas et albidas*, *καὶ δ' ὑπὲρ ἄκρας ῥώθωνας κεραοί τε καὶ ἀργιλιπεῖς τελέθουσι.* Vbi grauem Gorraei errorem annotare oportet, qui locum ita vertit: *quis tubera summis naribus existunt albaeque et cornua gestant.* Male enim tuberibus cornua addidit. Alteram notam poeta posuit versu 219. 220. cranium seu caput superius latum: *τῶν ἤτοι βρεχμοὶ μὲν ἐπὶ πλάτος. Latior est horum vertex* Gorraeus vertit, addens: *tractuque supremo corporis exiguae non longa volumina caudae.* Graece est de cauda breui: *ἠδ' ὑπὲρ ἄκρον ὁλκαῖον σπείρης κολοβὴν ἐπελίσσεται οὐρήν.* i. e. super extremo spirae (corporis) tractu mutilam trahit caudam. Galenus sensum his verbis reddidit: *τὸν πόρον* (anum) *πρὸς ἄκρα*

μᾶλλον τῇ οὐρᾷ ἔχειν. Ab ano scilicet vsque caudae aestimatur longitudo. In voce *κολοβὴν* nescio an Scholia graeca et Eutecnius paraphrastes, qui *σιμὴν* et *σιμοτέραν* interpretantur, varietatem aliquam lectionis spectauerint. Est enim significatio ea a voce graeca aliena. Aetius ita de cauda echidnae: *ἀθρόως εἰς λεπτὸν λήγουσαν καὶ παντάπασιν ἄσαρκον καὶ τραχεῖαν.* Verba quatuor priora nouam edunt notam, quae verbis poetae non inest: reliqua egregie explicant poetae verba versu 221. *ἀργαλέαις φρίσσουσαν ἐπηετανὸν φολίδεσσι*, quae Gorraeus non satis bene reddidit: *squammarum serie assidua nexuque rigentis.* Debuerat: *squammis asperis largiter horrentem.* Tertia nota addit incessum lentum: *νωθεῖ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα διὰ δρυμὰ νίσσεται ὁλκῷ.* Similiter Galenus *περίπατον ἠρεμαῖον* tribuit echidnae. Deinceps versu 223. echios notas edit poeta, et primam quidem caput acutum: *πᾶς δέ τοι ὀξυκάρηνος ἔχις.* Aetius: *ὁ δὲ ἔχις* (*λέγω δὴ ὁ ἄῤῥην* nescio an grammaticus aliquis addiderit) *τὴν αὐτὴν μὲν ἔχει χροιὰν, τὴν δὲ κεφαλὴν ἔχει στενοτέραν, καὶ τὸν τράχηλον παχύτερον, καὶ τὸ πᾶν σῶμα λεπτότερον καί πως εὐμηκέστερον, τὸν δὲ πόρον ἄνω περὶ τὴν γαστέρα ἔχει καὶ προπετεστέρως κινεῖται.* i. e. *echis concolor est echidnae, capite angustiore, collo autem crassiore, corpore reliquo graciliore et fere longiore, ano remoto superius circa ventrem,* (quo cauda longior significatur,) *motu denique celeriore.*

Alteram ponit notam poeta corpus gracilius his verbis: *ἀκιδνότερος δὲ κατ' εὖρος νηδύος.* Recte vertit Gorraeus: *gracilique adstrictior aluo.* Contra echidna habet *πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὴν γαστέρα προκολπότερον*, teste Galeno et Aetio.

Tertia est nota: *ἡ δὲ μύουρος ὑφ' ὁλκαίῃ τετάνυσται, ἴσως μὲν πεδανὴ δολιχοῦ ὑπὸ πείρασιν ὁλκοῦ, ἴσως δ' ἐκ φολίδων τετριμμένη — ὀξὺ δὲ δικρῇ γλώσσῃ λιχμάζων κέντρον σκωλύπτεται οὐρήν.* quae Gorraeus vertit: *cauda quo-*

que in nodos sensim tenuata minores porrigitur longo pendens de corpore parua, squammisque attritis, — extremum caudae finem asperat imae. Sensum verum vt assequamur, comparemus haemorrhoi notitiam, vbi est de corporis tractu versu 286. *αὐτὰρ ἐπ' εὖρος τέθρυπται μύουρος ἀπὸ φλογέοιο καρήνου.* quae bene vertit Gorraeus: *sensim a flammato tenuatur vertice corpus.* Vulgatum *τέθρυπται* libri scripti Medicens et Goetting. mutant in *τέτρυπται.* Glossa Goett. habet *τέθλιπται* et *λέπτουρος* pro *μύουρος.* Significat igitur vox corpus vel partem, quae e crassa sensim fit tenuior et gracilior. Ceterum Codex Goett. etiam nostro in loco habet *τετρυμμένη*, et Scholia videntur hanc scripturam partim interpretari *ἰσχνὸν ἢ κατεξηραμένον*, i. e. *gracilem vel siccam, excarnem.* Mihi quidem vtroque in loco placet scriptura *τετριμμένη* et *τέτριπται*, quae tenuitatem et gracilitatem melius significare videtur, nisi malis verbis *ἐκ φολίδων τετριμμένη* aequalem squammarum laeuitatem significari, cum echidnae caudae squammas asperas poeta assignauerit. Superest difficultas in verbis *ἴσως πεδανή*, quam Scholia graeca variis modis explicare conantur, modo *ταπεινή*, alibi *ἀσθενής* vocem *πεδανή* interpretantia. Si enim est *μύουρος*, quae e crassa fit sensim tenuis, non potest dici eadem cauda *ἴσως πεδανή*, aequaliter humilis. In Alexiph. 306. *πεδανὰς βλάστας* similiter *ταπεινὰς* Scholia interpretantur. Magis conuenit locus de haemorrhoo versu 289. *πεδανὴ δέ οἱ ζαχρειὲς θλιφθεῖσα κατομφάλιος τετάνυσται.* vbi Scholia interpretantur: *ἀπὸ τοῦ ὀμφαλοῦ* (i. e. ab ano) *λίαν στενή ἐστιν ἡ οὐρά.* Eadem paulo antea *λεπτὴν* interpretantur. Versu 817. *σαύροισι πεδανοῖσι* Eutecnius *μικροὺς* reddidit. Quod si hoc in loco nostro *πεδανή* est *λεπτή* seu tenuis, tum superius vocem *μύουρος* referre oportebit ad reliqui corporis crassitudinem, cui cauda tenuitate insignis subiuncta sit. Reliqua sunt verba *νέατον σκωλύπτεται οὐρήν*, quorum interpretatio a Gorraeo po-

sita refertur ad scripturam *σκωλύνεται*, quam Scholia graeca annotant et *τραχύνεται* interpretantur. Vulgatam autem *σκωλύπτεται* explicant ita: *εἰλιγμένην ἔχει καὶ σκολιὰν καὶ οὐκ εὐθεῖαν τὴν οὐράν*. i. e. *inuolutam caudam nec rectam habet*. Atque hanc interpretationem confirmat Galenus, qui echin ait habere caudam *περιειλημένην*, i. e. inuolutam et implicatam. Ceteras notas persequi nunc nolo. Prima omnium, quae posita supra est echidnae, *cornu supra nares erectum*, significare mihi videbatur colubrum ammodyten Linnaei, quem accuratissime descripsit et pinxit *Nic. Host* in Iacquini Collectan. ad Botanic. Vol. IV. p. 350. tab. 24. et 25. Verum cum in ammodyte rostrum extremum in verrucam erectam abeat potius quam in cornu, et cum Nicander duo cornua supra nares summas posita significare videatur, dubito an potius viperam nasicornem voluerit significare, quam Britannus *Shaw* e Guinea Africae allatam descripsit et pinxit in libro *The Naturalist's Miscellany* No. 94. iterumque in *General Zoolog.* Vol. III. P. II. p. 397. tab. 104. Eandem iam olim descripserat Bosman in Descriptione Guineae p. 52. editionis Amstelodamensis, cuius locum e versione gallica, sine dubio vitiosa, male Gallus Lacepede ad Colubrum ammodytem Linnaei accommodauit. Echin vero nondum potui in magno colubrorum Linnaei venenatorum numero exquirere: notae enim omnes a Graecis positae pluribus conuenire videntur.

Eodem capite extremo: *ἔτι δὲ καὶ ζώων τῶν τετραπόδων καὶ ᾠοτοκούντων.* Formula haec *Αἱ μὲν οὖν — ἔχουσι τὸν τρόπον* in Leonic. et vulgaribus Edd. id est Laemariana et similibus, claudit librum quintum; deinceps initio sexti repetita etiam legitur cum hac varietate, vt verba *καὶ ζώων* omittantur, et deinde *ᾠοτόκων* scriptum legatur. Sylburgiana semel initio sexti posuit Laemarianam scripturam. Camus item semel initio sexti, sed is dedit *ἔτι*

δὲ καὶ τετραπόδων ζώων καὶ ᾠοτόκων. In nostra scriptura articulus *τῶν* ante *ζώων* addi debere videtur.

Ad Librum Sextum. Ad VI, 1, 2. *περιστερὰ δὲ καὶ φάττα καὶ τρυγὼν καὶ οἰνὰς διτοκοῦσι μὲν, ἀλλ᾽ αἱ περιστεραὶ καὶ δεκάκις τοῦ ἐνιαυτοῦ τίκτουσιν.* Gaza vertit: *Columbae autem, palumbes, turtur, vinago bina pariunt, sed columba vel decies anno: aliae semel anno et parcius generant.* Primum is Codicem auctiorem nactus fuisse videtur, inde addidisse membrum postremum, quod ad ordinem docendi propositum ab Aristotele videtur esse necessarium. Initio enim posuit: *τὰ μὲν γὰρ ὀχεύεται καὶ τίκτει κατὰ πάντα τὸν χρόνον, ὡς εἰπεῖν, οἷον ἀλεκτορὶς καὶ περιστερά.* Expedita oratione gallinacei generis transit ad columbas, ex quarum genere nominat tres species, quae bis anno pariunt. Relinquebatur igitur, vt earum demum mentionem faceret, quae semel anno pariunt, antequam ad reliquas doctrinae partes transitum faceret. Sed in Gazae versione verborum hodieque extantium vitia plura recte reprehendit Scaliger his verbis: *Scriptum fuit in Codice nostro περιστερὰ δὲ καὶ φάτται, sed male: quia sic sequitur: ἀλλ᾽ οὐχ ὡς περιστερὰ δεκάκις. Cum enim περιστερὰ genus summum* (solum ?) *est, quod δεκάκις parere soleat, de reliquis speciebus, quae tantum bis pariunt, Philosophum loqui, existimare necesse est. Quod autem Theodorus διτοκοῦσι* bina parere *interpretatus est, male ab eo factum puto, sed bis: neque enim de numero nunc foetuum, sed de tempore. Sed coactus est sic dicere, vt coniungeret columbam, turturem, palumbem, vinaginem in hoc* bina parere; *et disiungeret a columba in tempore, ἀλλ᾽ οὐ δεκάκις. Legerat enim περιστερά. Sed est διτοκεῖν, non autem δύο. Quid quod palumbes etiam terna parit, vt infra Capite quinto.* Scaliger igitur vocabulo *περιστερὰ* substituit *πελειὰς*, et in versione *turrilia* posuit, quem secutus sum. De auctario Codicis Gazae Scaliger non admonuit. Camus scripturam Codicum huic anno-

tationi praescriptam in locum vulgatae *ἀλλ' οὐχ ὡς περιστεραὶ* recepit, sed pessime secutus Gazam et spreta Scaligeri admonitione vertit: *dans l'espece du pigeon, du ramier, de la tourterelle, du pigeon vineux, chaque ponte est de deux oeufs, et celle du pigeon se repete jusqu' à dix fois dans l'année.* Consecutionem doctrinae redintegraui in versione, ita vt post verba graeca *οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ὀρνίθων τίκτουσιν* excidisse ponerem *ἅπαξ καί*. Ita auctario Gazae facile carebimus.

Ibidem sect. eadem: *τὰ δὲ μὴ πτητικά.* Gaza vertit: *quae autem minus volant:* cumque secutus est Camus. Scaliger: *quae volandi minus potentes sunt.* In annotatione grauiter increpat Philosophum hanc ob sententiam. *Nam πτητικὸν*, inquit, *aut celeritatem volandi significat, aut continuitatem tractus.* Deinde celeritatem affirmat adesse perdici, pertinaciam volandi coturnici maria transmittenti, vtrumque alaudae. Verum *πτητικὰ* sunt et dicuntur graece quae plurimum humi degunt, et raro volatum exercent, columbarum et passerum more. Alibi haec eadem genera *ὄρνιθας βαρεῖς* dixit, minus commodo vocabulo.

Ibidem sect. 3. *ὁ δ' ἔποψ μόνος οὐ ποιεῖται νεοττείαν τῶν καθ' ἑαυτὸν νεοττευόντων.* Gaza vertit: *vpupa vna suo in genere non nidificat.* Hunc secutus est Camus. Scaliger autem: *In eo genere auium, quae nido vtuntur, sola vpupa nullum sibi aedificat.* Annotauit autem haec: *Nescio quomodo non dicat καθ' ἑαυτά. Putaremus eum hoc dixisse, quoniam quaedam sunt, quae non incubant, si id putasset, vt cuculus; sed statim ait eum nidificare.* Quae equidem non satis intelligo. Hoc video, verba *καθ' ἑαυτὸν* omisisse Scaligerum in versione. Gaza vero omisit verbum *νεοττευόντων*, et ista *τῶν καθ' ἑαυτὸν* interpretatus est *solus suo in genere.* Sed vpupa ipsa genus est vnum et peculiare, nec habet congeneres species. De alio autem genere, quo comprehendi possit, nihil antecessit.

Recte autem Scaligerum aduertit scriptum *καθ' ἑαυτὸν*, cum expectares *καθ' ἑαυτά*, quod esset: *quae per se sola nidificant*, vt distinguere voluisse videatur Philosophus vpupam a genere turdorum, nidos consociantium, de quibus mentio proxime facta erat. Sed nimis paucae aues sunt iuxta nidificantium, quam vt putem genus aliquod vel classem auium dici posse τὰ *καθ' ἑαυτὸν* vel *ἑαυτὰ νεοττεύοντα*, *per se solas nidificantes*. Itaque suspicor, verba ista esse vitiosa.

Ad VI, 2, 9. post coitum columbae *ἐφέλκουσι τὸ ὀῤῥοπύγιον*. Gaza vertit *caudam distendunt*: quem secutus est Scaliger, qui in annotatione addit *tegunt naturam suam columbae*, quod quomodo fieri possit cauda distenta, equidem non intelligo. Camus etiam peius: *la femelle du pigeon releve alors son croupion.*

Ad VI, 3, 4. *τὸ λευκὸν ἔσχατον γίνεται*. Gaza vertit: *decimo die albumen exiguum iam et lentum, crassum, pallidulum nouissime inest.* Scaliger: *Decima vero die albumen subsidit totum.* Camus: *mais au dixieme jour ce blanc diminue: déja il est visqueux — Voici donc, au dixieme, la distribution des differentes parties de l'oeuf.* Male Gallus postrema vertit, quasi hic ordo partium ad decimum tantum diem pertineat; nam sunt haec eadem ratione ab initio disposita, quum primum pullus explicari incipit. Cetera idem ita vertit, quasi scriptum legisset *τὸ λευκὸν τὸ ἔσχατον* (quod nempe subest vitelli parti inferiori) *γίνεται ὀλίγον, ἤδη ὂν καὶ γλίσχρον καὶ παχὺ καὶ ὠχρόν*. Et video graeca eum ita distinxisse, vt demum post verba *γίνεται ἤδη ὂν* incisum poneret; quod ineptissime factum lector statim agnoscet. Idem in verbis *ἐν μέσῳ δὲ τὸ λευκόν, ὑγρὸν δὲ κάτω ὠχροῦ λευκὸν καὶ κάτωθεν*, bis articulum *τὸ* ante *λευκὸν* omisit cum Mediceo libro, ne scilicet totum albumen, sed partem eius intelligeremus.

Ibidem sect. 5. *ἀλλ' ὑπ' ἐκεῖνον*. Vsus loquendi et perspicuitas postulat, vt scribamus *ἀλλ' ὁ ὑπ' ἐκεῖνον*.

Ibidem paulo post: *ὠχρὸν ἐν ἑτέρῳ ὑμένι περιειλημμένον*. Gaza vertit: *alia obuolutus membrana*. Scaliger peius: *luteum in altera membrana conuolutum*: quasi graece *περιειλημμένον* scriptum esset a verbo *περιειλέω*, non *περιειλημμένον* a verbo *περιλαμβάνω*. Errorem vitauit Camus. Multa in hac sectione carpit Scaliger, cuius haec est annotatio: *Primum quin repetat, quae dixit, nulla est excusatio. Quare ex superioribus et his simplicius sententiae suae tenorem statuisset. Quod autem dissonet a superioribus, manifestum est. Nam sub pullo vitellum tradit: at iam dixit albumen fieri ἔσχατον, id est imum. Nam in summo est ἡ ἀρχὴ τοῦ ᾠοῦ: ego in imo τὸ ἔσχατον. Quod autem perplexe loquatur, manifestum etiam est. πρῶτος μὲν καὶ ἔσχατος, primum et vltimum: melius dixisset circumquaque. Nam etiam ad latus vtrumque est. Deinde πρὸς τὸ ὄστρακον non est verum, sed πρὸς τὸν ὑπὸ τὸ ὄστρακον ὑμένα. Itaque melius dixisset πρῶτος μὲν ὑπὸ τὸ ὄστρακον, εἶτα ὑπὸ τούτου ἕτερος. Praeterea nescio quam membranam vocet τὸν τοῦ ὀστράκου: neque enim propter testam facta est; neque est oui illa, ὁ τοῦ ᾠοῦ, sed χωριώδης, vt mox. Quod autem repetat, constat. Nam cum dixit, εἶτα ὁ νεοττὸς etc. scilicet, ὑπὸ τὸν νεοττὸν τὸ ὠχρὸν, repetit ibi: εἶτα ἄλλος ὑμὴν etc. ὑποκάτω δὲ τούτου ὠχρόν. Fortasse corruptus Codex est: et valde puto ita esse.*

Ibidem sect. 6. *φθέγγεταί τι κινούμενος*. Gaza vertit *pipitque aliquantulum*. Legit igitur scriptum *τι*, non *τε*, vt animaduertit Scaliger. Deinde scripturam *ἀπολύεται τοῦ ζώου συμπεπτωκότος* reddidit Gaza *vt compresso iam animante absoluatur*. Verum vulgatam equidem cum Guilelmo tenendam censeo.

Ibidem: *ὁ μετὰ τὸν τοῦ ὀστράκου ὑμένα*. Articulus *τοῦ* in nostra editione male omissus est. Deinceps cum Codice Mediceo et Guilelmi scribendum fuit: *καὶ ὁ νεοττὸς ἐν τούτῳ δὴ γίγνεται τότε ὅλος*.

Ad verba ista sect. 7. *καὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ δὲ ἔχει λευκόν, καὶ τὸ ἔξω — ἐγγίνεται λευκόν*, Scaliger haec annotauit: *Nota quoque cum dixit, καὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ δὲ ἔχει λευκόν: quare addidit καὶ ἔσω τι ἐγγίνεται λευκόν? Hoc non caret mendi suspicione.* Gaza vertit: *Excrementum etiam album eodem tempore pullus emittit, et in aluo quiddam album consistit.* Omisit igitur verba otiosa aut vitiosa. Scaliger ita: *Quo tempore etiam multum emittit excrementi ad extremam membranam. Quin album quoque excrementum tam intra aluum quam extra habet.* Satis bene Camus: *il a dans les intestins quelque chose de blanc, et ses excremens, tant ceux qu'il a dans les intestins que ceux qu' il a rejettés, sont de la même couleur.* nisi quod male *ἐν τῇ κοιλίᾳ* reddidit verbis *dans les intestins.*

Denique ista sect. 7. *καὶ οὐδὲν γίνεται τὸ μεταξύ*, vertit Gaza: *nec quicquam praeterea haurit: totus enim humor, qui in medio continebatur, absumptus iam est.* Contra Scaliger: *nec quicquam relinquitur interea, sed totum absumptum est.* vel *nihil interea mutatur*, scilicet inter tempus absoluti vmbilici et exclusi foetus. Vulgatam vterque scripturam reddidit, vbi articulus τὸ abest. De vmbilico mecum interpretatur Camus: *sans qu'il en reste absolument aucune trace sur son corps.*

Ad VI, 4, 1. *πολλαὶ γὰρ διαφθείρουσιν αὐτὰ τῶν ὀρνίθων.* Gaza vertit: *Frangunt enim oua mares auium complures.* Scriptum igitur legit *πολλοὶ*, non *πολλαί*. Scaliger scripturam eam improbans addit: *imo vero etiam ipsi mares incubant.* Quod de palumbe et turture verum, in ceteras aues non cadit. Nisi dicas, *τὰς ὄρνιθας* vocabulo generali Philosophum turturem et palumbem appellasse.

Ad VI, 6, 1. *ἅμα δὲ λέγεται ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἄπαστος γίνεσθαι.* Quod Scaliger coniectando assecutus est, et Codices quidam dederunt, alteri scripturae *ἀσπαστὸς* et *ἀπάετος* omnino praeferendam censeo. Sed venit in

mentem mihi ἄπαγρος fuisse olim scriptum, quod vocabulum Hesychius interpretatur ἀτυχὴς περὶ τὰς ἄγρας. Hic vero significare puto *alienum a venatione*, vel *ineptum venationi*. Ita rectius sequitur ὅπως μὴ ἁρπάζῃ — σκύμνους. Atque ita fere Scaliger vertit: *ineptam ad praedam, quam e ferarum catulis comparet, aiunt eam fieri*. Partem tamen alteram sententiae corrupit.

Ibidem sect. 3. Fabula de milui voce hinnitum imitante in annotatione memorata pag. 430. e Iuliano, extat apud Aphthonium in Fab. 3. sed longe ineptissime narrata. Milui vocem enarrat Glossa Mta apud Bondam Var. Lect. pag. 247.

Ad VI, 10, 1. οὐ πρὸς τῷ ὑποζώματι — ἀλλὰ μεταξὺ κατὰ τὴν ῥάχιν. Gaza vertit: *non iuxta praecordia omnibus, sed infra nonnullis per spinam consistunt*. quem temere secutus Camus est reddens: *ce n'est point auprès du diaphragme que les oeufs de quelques sélaques sont attachés, mais au dessous le long de l'epine*. Cautius Scaliger: *quod quibusdam non sub praecordiorum septo consistunt oua, sed in medio secundum dorsum*: nisi quod ὑπόζωμα *praecordiorum septum* vertit, quod supra de auibus rectius *praecincturam* verterat.

Ibidem s. 4. οἷον μαστοὺς λευκούς. Ad annotationem p. 445. addo nunc similitudinem testium, quales in raiis et squalis descripsit Cuvier, et ouiductuum, quales cum Aristotele plures annotarunt, maximam reperiri in salamandra terrestri viuipara, cuius plura exempla vtriusque sexus diuerso anni tempore aperta accuratissime descripsit et pinxit collega coniunctissimus *Gravenhorst*. Humanitati eius debeo vsum commentationis et picturarum, quas ante aliquot annos Societatis Goettingensis Regiae Sodalibus tradiderat, quo tempore earum mentio in Ephemeridibus litterariis Goettingensibus facta fuit.

Ad VI, 10, 6. Διὸ πολλοὶ — ὀχεύεσθαι οἴονται. Non dubitandum mihi nunc videtur, recte Scaligerum οἴονται.

coniecisse pro *οἷόν τε*; sed praeterea *πολλὰ* mutandum fuit in *πολλοὶ*, eamque scripturam in versione cum Scaligero sum secutus.

Ad VI, 12, 1. *ἐρυθρίνου.* Annotationi priori addo, Sonninum eundem ibidem Tom. II. p. 207. dubitare de erythrino his verbis: *j'en ai vu plusieurs qui n'avoient ni oeufs ni ovaire.* Sed haec opinioni vulgari refutandae non sufficere, per se patet. Graeci hodierni piscem *lythrina* vocant.

Ad VI, 12, 2. *ἀποῤῥαίνουσι δὲ τὰ ᾠά.* Gaza vertit: *spargunt sua oua omnes.* Camus: *lorsque les poissons ont jetté leurs oeufs.* Contra Scaliger: *aspergunt autem oua illa,* de genitura irrorata interpretatus; quod esset *ἐπιῤῥαίνειν.* Atque hoc Sylburgius in Indice hoc in loco scriptum maluit. De copia turgente dici docet locus de Partibus 4, 2. vbi de felle ex opinione Anaxagorae disputatur: *ὑπερβάλλουσαν γὰρ ἀποῤῥαίνειν πρός τε τὸν πνεύμονα καὶ τὰς φρένας καὶ τὰς πλευράς. — ἔτι δὲ τὸ πλῆθος τό τε ἐν τοῖς ἀῤῥωστήμασι ὑπάρχον καὶ τὸ ἀποῤῥαινόμενον ἀσύμβλητον.* De Generat. 3, 7. de cartilagineis piscibus: *διὰ τίν' αἰτίαν οὔθ' αἱ θήλειαι τὰ κυήματα οὔθ' οἱ ἄῤῥενες ἀποῤῥαίνοντες ὁρῶνται τὸν θορόν.* et paulo post: *τὸ δ' ἄῤῥεν γένος ἐν τοῖς ᾠοτόκοις, καθάπερ αἱ θήλειαι τὰ ᾠὰ διὰ πλῆθος ἀποτίκτουσιν, οὕτως ἐκεῖνοι τὸν θορὸν ἀποῤῥαίνουσι.* Gaza vbique *spargere* vertit. At noster supra 5, 5. de quadrupedibus: *περὶ γὰρ τὴν ὥραν τῆς ὀχείας ἀποῤῥαίνουσι καὶ τὰ ἄῤῥενα καὶ τὰ θήλεα, καὶ τῶν ἄρθρων ὀσμῶνται ἀλλήλων.* vbi Gaza: *nonnihil humoris suo genitali emittunt.* et cap. 18. de sepia: *ὅταν ἀποῤῥαίνῃ ἡ θήλεια.* Est igitur minutatim vel guttatim edere. Hinc Hesychius: *ἀποῤῥαίνειν, τὸ ἐκ πολλῶν ὀλίγα διδόναι.* vbi e vitioso *ἀποῤῥαίγειν* quidam *ἀπορέγειν* maluerunt. Interpretationem nostram confirmat locus infra 6. cap. 14. *ὥσπερ δὲ καὶ οἱ θαλάττιοι, καὶ οὗτοι οὐκ ἐξαφιᾶσιν οὐδέποτε ἅμα πᾶν οὔτε αἱ θήλειαι τὸ ᾠὸν οὔτε οἱ ἄῤῥενες τὸν

θορὸν, ἀλλ' ἔχουσιν ἀεὶ πλείω ἢ ἐλάττονα, αἱ μὲν ὠὰ, οἱ δὲ θορόν.

Ibidem: *εἰς τοὺς τόπους, εἰς οὓς ἐκτίκτουσι, ταῦτα σώζεται.* Vulgabatur οὓς sine praepositione, quam e Codice Mediceo et Guilelmi addidi. Sed sanitas loco ita non fuit restituta. Gaza videtur hanc fere scripturam secutus esse: *ἐκτέκωσιν εἰς τόπους ἐπιτηδείους τῷ* (vel *πρὸς τὸ*) *ἐντίκτειν, ταῦτα σώζεται.* Eandem fere scripturam Albertus periphrasi expressit.

Ibidem sect. 4. *ὥσπερ οἱ τυφλῖναι ὄφεις.* Infra 8, 23, 3. lacerta *χαλκὶς* dicitur similis colore *τοῖς τυφλίνοις ὄφεσι.* vbi Sylburgius in Indice monuit *τυφλίναις* scribendum esse. Vnicus est Aeliani locus de anim. 8. c. 13. vnde forma eius possit coniici: *Τὸν τύφλωπα δὲ, ὃν καὶ τυφλίνην καλοῦσι καὶ κωφίαν δὲ προσέτι, κεφαλὴν μὲν παραπλησίαν ἔχειν μυραίνῃ λέγει τις λόγος, ὀφθαλμοὺς δὲ ἄγαν βραχίστους· καὶ θάτερον μὲν τοῖν ὀνομάτοιν ἐντεῦθεν εἴληφε· τὸν μὲν δὴ κωφίαν, ἐπεὶ νωθής ἐστι τὴν ἀκοήν· δορὰν δὲ ἰσχυρὰν ἔχει καὶ διακοπτομένην βραδύτατα.* Ceterum in vniuersa serpentium classe, quam ex diuturno studio satis cognitam habere mihi videor, nullum genus equidem noui, quod cum forma et natura acus marinae comparari possit, praeter lacertam apodem Pallasii, quae pariter vt anguis viridis Americanus, ventrem sutura diuisum habet. Lacertam autem apodem in Graecia etiam repertam testatur Britannus *Shaw*. De partu eius nondum constat, non magis quam de partu lacertae sepis Linnaei et scinci sepis a me descripti, qui similem corporis suturam et *διάφυσιν* habent. Sed corium robustum scytalae generi magis conuenire videtur.

Ibidem sect. 5. *Ἡ δὲ γένεσις ἐκ τοῦ ὠοῦ ὁμοίως συμβαίνει.* Ita scriptum et editum me voluisse, testatur annotatio; sed vocabulum *ὁμοίως* omissum fuit.

Ad VI, 13, 1. *τίκτουσι δὲ ἐν τῇ καθηκούσῃ ὥρᾳ — ἐπὶ τοῖς ἄστροις.* Gaza vertit: *Pariunt temporibus statis.*

— *partumque siderum ratione potissimum faciunt.* Is Plinium imitatus est, qui 32. s. 21, 15. de ostreis: *grandescunt sideris quidem ratione maxime.* vbi luna intelligitur. Idem 29. s. 15. *siderum adscensum* de sola luna dixit. Scaliger: *Pariunt aestatis tempore: paritque potissimum sub certorum siderum exortu.* Camus prius membrum cum Gaza interpretatur, alterum cum Scaligero ita: *c'est sur tout au lever des constellations qu'elle le jette.* Scaliger haec annotauit: ἐπὶ τοῖς ἄστροις. *puta pure quae tunc oriuntur, quinque astra.* καθηκούσῃ. *aestate. Quoniam* ὥρα *prima ver est, primum quoque dictum. Inde* ὥρα καθήκουσα: *tunc* ὥρα φθίνουσα, *sicut in mense* ἱσταμένου καὶ φθίνοντος. Locus est infra 8. c. 15. τοῦ δὲ καὶ θέρους τοὺς ἰχθῦς φωλεῖν, δοκεῖ σημεῖον εἶναι τὸ ἐπὶ τοῖς ἄστροις γίνεσθαι τὰς ἁλώσεις, καὶ μάλιστα ἐπὶ κυνί. Videtur hic locus Scaligeri interpretationem confirmare, vbi siderum ortus ad aestatem refertur. Nominantur autem in eodem capite vergiliae et arcturus praeter caniculam. Magnorum siderum exortum vocat Plinius 11. sect. 14. vergiliarum, arcturi, caniculae. De ὥρᾳ καθηκούσῃ Scaligero assentiri non possum. Quamuis enim ὥρα saepenumero de aestate priuatim dicatur, quod ex loci cuiusque sensu et verborum nexu facile coniicitur, adiecto tamen verbo καθήκουσα nihil aliud hoc in loco nisi suum cuiusque generis statum et certum pariendi tempus significare potest.

Ad VI, 13. 2. ὥστε τό γε τῆς πέρκης διὰ πλατύτητα ἀναπηνίζονται ἐν ταῖς λίμναις οἱ ἁλιεῖς ἐκ τῶν καλάμων. Gaza vertit: *piscatores in lacu arundine glomerent.* Scaliger: *piscatores arundine agglomerent.* Annotauit praeterea haec: *vt admota arundine atque pollice versa piscatores excepta eorum oua semel, totum textum agglomerent.* Multo peius Camus: *que les pêcheurs les tirent à eux en les entortillant comme un ruban autour du roseau qui porte leur ligne.* Non animaduerterunt viri docti pluralem numerum τῶν καλάμων; multo minus vim praepositionis ἐκ

τῶν κ. perceperunt. Quod isti vertendo fecerunt, id esset graece ἀναπηνίζονται εἰς τὸν κάλαμον. Error maxime inde ortus, quod verba superiora τίκτουσι — πρὸς τὰ καλαμώδη male sunt interpretati, Gaza quidem *in stagnis fluuiorum et arundinetis*, Scaliger *in stagnantibus fluuiorum aquis lacuumque arundinetis*, Camus *au bord des rivieres et des étangs entre les roseaux*. πρὸς τὰ καλαμώδη significat, oua agglutinari omni generi calamorum et arundinum, in stagnantibus aquis crescentium. Et sane videmus oua piscium nusquam fluitare libera, sed semper agglutinata herbis et plantis aquaticis haerere. Percarum igitur oua inuicem connexa et circum arundines deposita piscatores in glomum colligunt detracta.

Ibidem sect. 6. πρὸς τοῖς αἰγιαλοῖς ἐν ὑπηνέμοις. Gaza vertit: *is littora petit tranquilliora*. Scaliger: *ad littora ventis auersa*. nisi *aduersa* scripsit. Nam is annotauit haec: *Aut hic mendum manifestum est, aut psylloni natura alia a superioribus, vt, quemadmodum illi loca tranquilla et minime ventis obnoxia quaerant, ita hi ventorum flatibus et tempestate delectentur.* Scilicet idem supra libri 6. c. 1. ταῦτα ὑπηνέμους ποιεῖται τὰς νεοττεύσεις verterat *vento expositos nidos construunt*. Gaza item *suum nidum patere aurae cupiunt*. Camus *ont leur nid en plein air*. hoc vero in loco: *dans les endroits qui sont sous le vent*. Discrimen inter προσήνεμος et ὑπήνεμος optime docet Xenophontis locus Oeconomici 9, 18, 6. et 7. Illud significat *vento aduersum*, hoc *auersum*.

Ibidem: ὠθοῦνται πρὸς τὰ βραχέα. *ad vada appellunt sese* Scaliger vertit, *intrudunt sese* Gaza. Nimis leniter Camus: *préferent les lieux où il y a peu d'eau*. Ad haec ita annotauit Scaliger: *Theodorus* vada, *rectissime*. breuia *prisci: non παρὰ τὸ βράχεσθαι, a fremitu, vt calumniantur veteres Latinos*, (Grammatici?) *sed quia non est βαθύ. Et a breuitate funiculi, nautici quo fundum explorant. Itaque supra, cum de glaniis maioribus diceret, eos*

petere altos sinus, (ἐν τοῖς βαθέσι) *subdidit: minores autem ἐν τοῖς βραχυτέροις. Itaque in Codice quoque βραχέα, non βράχεα, scriptum erat.* Recte haec vir egregius annotauit. Veteres scriptores βραχέα ὕδατα dixerunt vada; sequiores contraxerunt βράχη, et fuerunt, qui hinc singulare βράχος efficerent, veluti Procopius. Falsi igitur sunt, qui βράχεα scribunt, quod in Polybio fecit Schweighaeuser. βραχέα καὶ ἐλαφρὰ χωρία dixit Aelianus in hist. animal.

Ibidem sect. 7. καὶ γὰρ οὐδὲ ὠοφυλακεῖ τῶν ἄλλων ἔξω γλάνιος οὐδείς, πλὴν ἐὰν — ὁ κυπρῖνος, τοῦτόν φασιν ὠοφυλακεῖν. Ita haec e Guilelmi Codice scribenda et distinguenda erant. Vulgatae scripturae κυπρῖνος· τοῦτον δέ φασιν ὠοφ. vitium senserat Scaliger et coniecerat scribendum, τότε δέ φασιν ὠοφ.

Ad VI, 14, 1. ἡλίκα ἑψητοῦ ἔντερα. Gaza: *magnitudine naricarum.* Scaliger: *minimorum pisciculorum intestinis.* Camus ineptissime: *de la grosseur de ceux dont on fait des sauces.* Scaliger annotauit haec: *Non est nomen piscis, sed artis in genere piscium coquendo ad epulas. Namque alios dicebant ταγηνιστοὺς a patella, quasi frixorios: alios ἀνθρακιεῖς, id est, vt Hermolaus interpretatur, carbonarios: alios ἑψητούς, elixarios scilicet, quod e septimo Athenaei licet coniicere. — Itaque Terentius ex Menandri Perinthia illa verba τὸ παιδίον δ' εἰσῆλθεν ἑψητοὺς φέρον ita interpretatus est:* emptos pisciculos obolo ferre in coenam seni. In scriptura ea, quam recepi, e Codd. vocabulum ἕτερα locum non suum occupasse videtur.

Ad VI, 14, 3. πρὸς τῷ Θεμιστοκλείῳ. In loco Plutarchi, posito in annotatione, Ἄλκιμον reliquit, sed pro verbis περὶ αὐτὴν (errore operarum αὐτὸν legitur in nostra editione) scribendum censuit ἐπ' αὐτῇ amicissimus et doctissimus *Coray.*

Ad VI, 16, 1. καὶ ὁ μύξων τὴν αὐτὴν ὥραν καὶ ἴσον

χρόνον κύουσι. Ita haec scribenda atque excudenda fuisse docet annotatio.

Ibid. sect. 2. *σκωλήκια ἐν τῇ γαστρί· ἐγγίνεται γὰρ μικρὰ καὶ ἔμψυχα.* Recte Gaza vertit: *innascuntur enim minuta quaedam animalia vermiculi specie.* Peius Scaliger: *innascuntur enim pusilli iique viui.* (vermiculi). quem secutus est Camus: *Ce sont de petits vers qui sont animés.* Quasi vermes aliqui sint vel esse possint inanimi, qui piscium foetus exigant. Attica est copia dicendi *μικρὰ καὶ ἔμψυχα*, quam latina breuitas in compendium agit: *minuta animalcula.* Sequens vocabulum *ῥυάδας* Gaza hic vertit *solitarios*, Scaliger *sparsos* vel *palantes*, eosque ait opponi *τοῖς ἀγελαίοις*. Male. Dixi in Historia litter. Piscium p. 89.

Ad VI, 17, 5. *συγκύπτουσί τε πρὸς ἀλλήλας μᾶλλον ἢ πρότερον.* Gaza vertit: *colligunt sese et societate magis quam antea gaudent.* Guilelmus: *coadorant.* Camus: *les cavalles se penchent réciproquement les unes sur les autres.* Scaliger: *curuato dorso pandiculantur magis quam antea.* Ad quae inter alia haec annotauit: *Pandiculari verbum est Plauti in Menaechmis, cum distenditur quis. Sed quadrupedes curuato dorso interdum id agunt. Caussa est in equabus contentio matricis et eius vinculorum. At quod Theodorus dicit* colligunt, *videtur significare conuenire, praesertim e sequentibus verbis. Quid? quod colligere sese est omnibus membris arctare. Colligit se limax et anguis. κύπτειν aliud est, scilicet curuari. vnde κεκυφώς, qui in terram intuetur: quo verbo hoc in significatu vtitur Demosthenes pro Ctesiphonte. Et latini inde* gibbum *dixerunt.* Longius a vero prouexit aemulatio virum egregium. Gaza enim quanquam verbis minus latinis vsus sensum tamen rectius vidit et reddidit. *Συγκύπτειν* enim dicuntur, qui caput conferunt, dorso simul cum capite inclinato, vt propius aliquid inspiciant, aut aliquid secretius vt loquantur inter se. Hinc qui communi studio librum legunt et inter legendum deliberant, *συγκύπτειν περί τινος* di-

cuntur a Synesio. Hinc qui clandestinis consiliis conspirant, ab Herodoto 3, 82. dicuntur *οἱ γὰρ κακοῦντες τὰ κοινὰ συγκύψαντες ποιεῦσι*. De eadem malorum consensione Aristophanes Equitum versu 854. *τοῦτο δ' εἷς ἕν ἐστι συγκεκυφός:* vnde recte cum Scholiis Suidas interpretatur *συνελθὸν, ὁμονοοῦσιν ἑαυτοῖς, καὶ συμπνέουσιν*. Alia ratione Xenophon Anabaseos 3, 4, 19. *συγκύπτειν τὰ κέρατα τοῦ πλαισίου*, cornua in arctius colligi, coire propius, dixit. Similiter architecti graeci *συγκύπτας* dixerunt, latini *capreolos*, qui capitibus sibi inuicem obuersis nitentes columellam vtrinque fulciunt et firmant. Itaque in Aristotele, vbi gregalium equarum status naturalis et gestus significatur, cum libidine incitantur, Gazam secutus sensum verius reddidisse mihi videor.

Ad VI, 17, 7. *κἂν ὀλίγας ἡμέρας ἅμα γένωνται πρὸ τῆς ὀχείας, κἂν ἀναμιχθῶσιν ἄλλοις, ἐξελαύνουσι δάκνοντες*. Ita haec scribenda sunt, omisso cum Codicibus vocabulo *ἀλλαχόθι* post *ἡμέρας*, et mutato *ἀλλήλοις* in *ἄλλοις* cum Guilelmo. Gaza vertit: *et si paucis ante diebus vna fuerint. Quod si feminae diuersae permisceantur, mares alienas mordendo expellunt.* Scaliger: *Quin etiam, si paucos dies ante coitus tempus alicubi simul ac misti pascant, inuicem morsu expellunt.* Ad quae annotantur haec: *ἀλλήλοις, non ἀλλήλους. Nam foeminas expellunt mares.* Quae manifesto vitiosa sunt, vt versio docet. Scripserat: *ἀλλήλους, non ἀλλήλοις. Nam feminas non exigunt mares.* Verum *ἀλλαχόθι*, quod Gaza cum Guilelmo et Codice Mediceo rectius omisit, male vertit *alicubi*, cum sit *alibi*. Quo posito statim sensus loci peruertitur. Gaza praeterea *ἀλλήλοις* scriptum non legit, sed *ἄλλαι*, et membrum *κἂν ὀλίγας — τῆς ὀχείας* recte coniunxit cum priore, a quo disiunxit Scaliger. Deinceps cum Codice Paris. *κἂν* scripsi, sed malim *καὶ ἂν μιχθῶσιν ἄλλοις*, non *συμμιχθῶσιν*. Compositum enim de coitu non tam vsitatum fuit, quam simplex. Camus ita: *Si on les con-*

fond avec d'autres, les chevaux chassent celles-ci à coup de dents. Prius membrum plane vti Gaza reddidit, omisso ἀλλαχόθι; in altero nec ἀλλήλοις nec ἀλλήλους expressit sed ἄλλοις, quanquam de scriptura loci ne verbo quidem admonuit.

Ibidem: ὅταν δὲ προσίῃ τις ἄῤῥην, συστρέψας εἰς ταὐτὸ καὶ περιδραμὼν κύκλῳ, προσελθὼν μάχεται. Gaza vertit: *confestim in eum conuertitur maritus et currens gyro aggreditur pugna.* Scaliger: *conuersus in eandem partem et illum ambiens cursu, adoritur oppugnare.* Ad quae annotauit haec: περιδραμὼν κύκλῳ, *scilicet ipsum, non autem gregem: metuens, ne aemulus, dum lustrat, quampiam comprimat. Sed cum ipsum circuit, semper aduersus, Vbi inter gregem et illum est, prohibet obiectu suo: vbi est ex altera parte forinsecus, si ille e grege aggrediatur inire quampiam, iam custos adoriatur inferiorem ad pugnam. Hoc quoque vidimus nos.* Errauit vir egregius a Gaza inductus. συστρέψας εἰς ταὐτὸ graece est, quod non potest eum ad sensum cogi vel violentissima interpretatione. Gaza potius στρέψας ἑαυτὸν εἰς αὐτὸν scriptum legisse possit videri, sed aberrauit potius a vera verbi συστρέψας notione. Idem vitium inest Scaligerianae interpretationi. Camus id verbum plane neglexit, et ridicule vertit: *en tournant autour d'un même point, l'enferme dans un cercle et vient l'attaquer.* In oratione Philosophi paene nimis concisa sola verbi συστρέψας notio ad verum nos sensum perducit. Equus vbi aemulum aduenire vidit, gregem suarum in vnum cogit, easque vbi currens ambierit, aemulum aggreditur. Similiter Herodotus 1. c. 101. vbi narrauerat, Deiocem Medos eo perduxisse, vt e vicis commigrarent in oppidum a se conditum, Ecbatana, ita desinit: Δηιόκης μέν νυν τὸ Μηδικὸν ἔθνος συνέστρεψε, μούνου τε τούτου ἦρξε. vbi non satis accurate vertunt: *Medos in vnam gentem contraxit.* Paulo melius Gallicus

interpres Larcherus: *ressembla tous les Medes en un seul corps.*

Ad VI, 17, 10. de equo: *καὶ λοχίων καθαρώτατον.* Gaza vertit: *vacat admodum purgamentis.* Scaliger: *quod attinet ad purgamenta, purissima est.* Camus: *qui vuide le plus parfaitement les lochies.* Mihi Scaligeri ratio maxime placet. Sed idem proxima haec:

Μάλιστα δὲ καὶ ταῖς βουσὶ καὶ ταῖς ἵπποις τὰ καταμήνια ἐπισημαίνει διαλιπόντα δίμηνον — ἑξάμηνον. ita vertit: *equam bouemque concepisse deprehendunt, cum altero iam mense aut quarto aut sexto menstrua deficere animaduertunt.* Gaza autem: *Conceptus indicium maxime in vaccis equabusque, cum menses cessauerunt spatio temporis bimestri, trimestri, quadrimestri, semestri.* Camus scripturam Codicum *ἐπισημαίνει διαλιπόντα*, quam recipiendam fuisse nunc video, secutus rectius: *Le flux menstruel est particulierement sensible dans les vaches et les jumens, mais il cesse pendant deux, quatre et six mois.*

Ad VI, 19, 2. *θηλυγόνα δὲ καὶ ἀῤῥενογόνα γίνεται διά τε τὰ ὕδατα — καὶ διὰ τὰς ὀχείας ὡσαύτως· καὶ βορείοις μὲν* etc. Gaza vertit: *vi tum aquarum tum admissariorum.* Igitur *τὰ ὀχεῖα* scriptum legit, vt animaduertit Scaliger, quam lectionem probat, addens: *Si legas τὰς ὀχείας, modum et tempus coeundi voluisse videtur dicere. Itaque mox persequitur: Nam si ab initu mas descenderit ad dextram, marem gignet; altrorsum, feminam. Infra tamen de canibus τὰς ὀχείας intelligit mares, quanquam etiam ibi coitus intelligas. Plus placuit, vt vtrumque complectamur, non admissarium solum, sed vtrumque parentem.* Camus verba dubia plane omisit vertere. Equidem anceps haereo; interim Scaligeri versionem posui.

Ibidem: *τὰ δ' εἰωθότα πρωῒ ὀχεύεσθαι, ἐὰν ὀψὲ ὀχεύσῃ τις, οὐχ ὑπομένουσι τοὺς κριούς.* Gaza vertit: *Quae mane iniri solent, marem, si sero diei admiseris, non patiuntur.* Similiter Scaliger: *si vespere ineantur, non*

patiuntur arietes: quos secutus est Camus. Ego vero nego, πρωΐ et ὀψέ, nisi addito τῆς ἡμέρας, de matutino et vespertino tempore dici. Igitur de anni tempestate intelligenda esse haec censeo. Sed est altera scriptura libri Medicei, Guilelmi et Scoti, vt ex Alberto apparet, πρωΐ ὀχεύεσθαι δίς. Albertus tamen additum πρωΐ non legit, quod ex alterius Codicis scriptura relictum fuisse puto. Tertia ex his apta est quasi obseruatio in fine capitis: τῶν προβάτων ἐὰν μὲν τὰ πρεσβύτερα ὁρμᾷ πρὸς τὴν ὀχείαν κατὰ τὴν τεταγμένην ὥραν, φασὶν — σημεῖον εὐετηρίας εἶναι τοῖς προβάτοις, ἐὰν δὲ τὰ νεώτερα, κακοθηνεῖν τὰ πρόβατα. Vbi Scaliger monuit ex superiore Aristotelis obseruatione iuniores natura sua maturius coire. Sed supra est 5, 14, 9. ὀχεύουσι δὲ οἱ κριοὶ τὰς πρεσβυτάτας πρῶτον, τὰς δὲ νέας οὐ διώκουσιν. quae repetierunt Geoponica 18, 3, 3. Sed ea obseruatio est plane diuersa.

Equidem non satis potui extricare, si quid veri obseruationi inest vtrique. Suspicor tamen, vitium latere in alterutro vel in vtroque loco, si comparo loca haec Theophrasti de Signis pluv. p. 420. ὅταν ὀχεύωνται πρόβατα ἢ αἶγες, χειμῶνος μακροῦ σημεῖον. vbi δὶς excidisse docet comparatio loci Aratei 336. ὁππότ' ἀναστρωφῶσιν ὀχῆς, (i. e. ὀχείας) τὰ δέ τ' ἄῤῥενα πάντα δεξάμεναι πάλιν αὖτις ἀναβλήδην ὀχέωνται, αὐτῷ — μέγαν χειμῶνα λέγοιεν. Similiter Geoponica 1, 4, 2. καὶ αἶγες καὶ οἶες ὀχευθεῖσαι καὶ πάλιν ὀχεύεσθαι βουλόμεναι μακρότερον σημαίνουσι χειμῶνα. Item Aelianus de N. A. 7, 8. Gemella est obseruatio apud Theophrastum pag. 437. πρόβατα ἐὰν πρωΐ ὀχεύηται, πρώϊον χειμῶνα σημαίνουσι. Cum hac postrema obseruatione comparandam censeo postremam Aristotelicam, felicem annum significari gregi, si grandiores natu oues stato tempore ad coitum incitentur. Scilicet si maturius, significant maturam hiemem, quae pabulis gregem excludit. Verum in Aristotelica obseruatione desidero equidem iustam alterius membri oppositionem.

Quid enim significatur, *si iuniores ad venerem incitantur?* *κακοθηνεῖν τὰ πρόβατα*. Sed quomodo significatur? Si iuniores suo etiam et stato tempore incitentur? an si maturius? Si suo et stato tempore, id vero ignorare nos passus est Philosophus. Et si cognitum haberemus, quo modo potuit Philosophus disiungere significationem *κακοθηνίας* in iunioribus et senioribus ouibus? Nam si seniores non stato tempore coeunt, quid coitus ille maturus aut serus potuit aliud significare, si iuniorum coitus stato tempore factus *κακοθηνίαν* toti gregi significat? Deesse igitur vocabulum videtur post *τὰ νεώτερα* ad vim oppositionis et significationem explendam, veluti *πρότερον* aut *ὕστερον*, aut simile aliquod. Quaerant doctiores. Narrant venatores nostri, si cerui Ianuario et Februario iterum pruriant et vociferentur, significari frigoris instantis magnitudinem.

Ibidem sect. 3. *αἰγῶν δὲ ἡγεμόνα οὐ καθιστᾶσιν οἱ νομεῖς διὰ τὸ μὴ μόνιμον εἶναι τὴν φύσιν, ἀλλ' ὀξεῖαν καὶ εὐκίνητον*. Non male Maussacus comparauit locum Artemidori Oneirocr. 2, 12. vbi est de capris: *οὐ γὰρ συναγελάζονται, ἀλλὰ χωρὶς ἀλλήλων νεμόμεναι κατὰ κρημνῶν καὶ πετρῶν αὗταί τε πράγματα ἔχουσι καὶ τῷ ποιμένι παρέχουσιν. Ὅθεν καὶ ὁ ποιητὴς πλατέα τὰ αἰπόλια καλεῖ λέγων·*

οἵ δ' ὥστ' αἰπόλια πλατέ' αἰγῶν.

vbi Hesychius *τὰ ἐν πλάτει νεμόμενα* interpretatur. In vtroque Iliadis loco, vbi memorantur *πλατέα αἰπόλια αἰγῶν*, nescio quo sit factum casu, vt veterum interpretationes Grammaticorum in editione Heyniana desiderentur. In Virgilii Culice versu 44. *Propulit vt stabulis ad pabula lata capellas Pastor* scribi voluit Maussacus, vbi vulgatur *laeta*. Locum Homericum cogitabat Aelianus, cum scriberet haec de animal. 15, 3. *ἄλλοι δὲ κατ' ἀγέλας, ὥσπερουν τὰ αἰπόλια πλατείας νομὰς νενεμημένοι.*

Ad VI, 20, 2. *καὶ τὸ πλῆθος, ὅταν ἐκτέκωσιν, ἀπι-*

σχναίνεται ἔλαττον ἢ κατὰ σῶμα. Gaza vertit: *redduntur etiam tenuiores a partu*, omissis postremis verbis. Scaliger: *ac postquam pepererint, quantitate purgantur minore quam pro corporis portione:* quem secutus est Camus. Ille ad haec annotauit: *Gaza attribuit τὸ ἀπισχναίνεσθαι canibus, quae exucciores fiunt a partu. Verum cum dicit ἢ κατὰ τὸ σῶμα, quomodo fit, vt tenuior sim, quam κατὰ τοὐμὸν σῶμα? Non potest id fieri. Itaque subticuit Theodorus omnia illa. Sed ἰσχναίνεται ἀντιτίθεται τῷ παχεῖα. ἔλαττον ἀντιτίθεται τῷ λόγῳ τοῦ σώματος. Sic etiam sunt duo antitheta: ἐν τοῖς τόκοις, τῷ, ὅταν τέκωσι: vbi quomodo coniungat duos numeros Theodorus, ἰσχναίνεται, ὅταν τέκωσι? Atque ita est τὸ πλῆθος ἔλαττον ἢ κατὰ τὸ σῶμα ἀπισχναίνεται, non ἀπισχναίνεται ἔλαττον. et ἰσχναίνεται successionem attenuationis dicit: tenuis enim semper fit.* Satis egregius vir versionem Gazae conuicit; vtinam suam item confirmasset! Sed quomodo voluit verbum *ἀπισχαίνεται*, quod proprie est *magis magisque tenuis* vel *macilenta fit*, coniungi cum vocabulo *πλῆθος*, et deminutionem interpretari? Non patitur sermonis et scriptorum vsus. Sed inducet nos egregii viri hallucinatio in rectam viam. Scilicet vocabulum *σῶμα* transfertur etiam ad corpora fluida, quae sensim crassescunt et spissantur, vt est in libro de Generat. anim. 2, 6. de cerebro: *τὸ πρῶτον ὑγρὸς καὶ πολύς, ἀποπνέοντος δὲ καὶ πεττομένου σωματοῦταί τε μᾶλλον καὶ συμπίπτει καὶ ὁ ἐγκέφαλος καὶ* etc. Nunc ita mecum verba inuersa intellige: *καὶ πλέον κατὰ σῶμα ἀπισχναίνεται ἢ κατὰ πλῆθος.* Vides philosophum voluisse dicere, purgationem a partu magis magisque tenuem et minus crassam, non minus copiosam reddi. Scilicet cum Codice Guilelmi *καὶ κατὰ πλῆθος ὅταν ἐκτέκωσιν* etc. scribendum est. In Scaligeri interpretatione illud etiam incommodum est, quod ita debebat esse *κατὰ τὸ σῶμα*, addito articulo; in nostra articulus non desideratur.

Ad VI, 21, 2. οὐ μὴν ἀλλὰ τό γε ὡς ἐπιτοπολὺ ἐνιαύσιοι καὶ ὀκτάμηνοι. Gaza vertit: *verum quod magna ex parte fit, vel anniculi vel nacti octauum mensem venerem adeunt.* Scaliger, errore Gazae non animaduerso, putauit delendam particulam ἀλλὰ, itaque vertit: *non tamen hoc frequenter euenit, vt annum aut octauum mensem natis.* quasi scriptum esset ἐνιαύσιοι ἢ ὀκτάμηνοι. Camus errorem hunc recte cauit, sed is, cum Scaligeri coniecturam annotaret, simul eius errorem cum Gaza communem indicare debebat.

Ibidem sect. 3. βοὸς ἐννεώροιο· δύνασθαι γὰρ ταὐτόν. Gaza vertit: *et bouis lustro florentis. Idem namque significari arbitrantur.* quem iam olim Hartungus Decuriae 1. c. 7. reprehendit, cum vulgaris in Homero scriptura *nouennis* significet. Scaliger tamen simpliciter *bouis lustralis* vertit et comparauit Virgilii *perpetui tergo bouis et lustralibus extis* Aeneid. 8, 183. interpretatus exta bouis quinquennis. Addit explicationem: ἐννεάζοντα, νέαν ὥραν ἔχοντα, *id est annum quintum.* Sed et forma vocabuli atque vsus Homericus refragatur huic interpretationi. Pessime omnium Camus: *un boeuf de neuf ans: car à l'une de ces deux époques il est aussi fort qu' à l'autre.* Mihi non dubium est, Aristotelem voluisse laudare scripturam aliquorum librorum, in quibus erat εὐώροιο, non ἐννεώροιο. Sophocles εὔωρον γάμον, aliunde Hesychius εὔωρον γῆν annotauit, et εὐώροιο pro δικαίας, quod de iusta aetate possis interpretari.

Ibidem paulo antea est ἐὰν εὔφορον ἔχωσι τὸ σῶμα de bobus exectis; quae Gaza vertit: *si corpore bene habito sint.* Scaliger: *si nitidiore sint corporis habitu.* Camus: *lorsqu' elles sont bien constituées.* Is scilicet cum Scaligero et libris vulgatis ἔνιαι scriptum vertit: Gazae versio ambigua est propter casum. Plinius tamen cum Scoto et Alberto ἔνιοι rectius scriptum legerunt; quod sequens membrum confirmat. Guilelmus: *validum corpus.* Albertus: *fortia*

et non multum elaborata. Nullam harum interpretationum possum laudare. Xenophon Conuiuii 2, 16. de vsu saltationis disputans ait: *ὥσπερ χρὴ ὀρχεῖσθαι τὸν μέλλοντα εὐφορώτερον τὸ σῶμα ἕξειν.* vbi interpretantur *agile, expeditum.* Ita Pollux Onomastici 4. s. 97. inter *ὀρχηστοῦ* virtutes commemorauit vocabula *εὔφορος* et *εὐφορία.* Idem 1. s. 194. in equo inter animi virtutes posuit *εὔφορος*, quod est ab hoc loco nostro alienum.

Ad VI, 22, 3. de equis: *Ἀποτελειοῦνται δὲ τὰ θήλεα τῶν ἀῤῥένων ἔμπροσθεν· ἐν δὲ τῇ γαστρὶ τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλειῶν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. Τὸ αὐτὸ, δὲ τοῦτο συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ὅσα πλείω τίκτει.* De homine obseruatio repetita extat infra 7, 3, 5. de ceteris vero animalibus longe aliter sensit de generatione animalium 4, 6. quem locum obiter redintegrabo. *Γίνεται δὲ ἀνάπηρα μᾶλλον ἐν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλέων, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐδὲν μᾶλλον. Αἴτιον δ', ὅτι ἐν τοῖς ἀνθρώποις πολὺ διαφέρει τὸ ἄῤῥεν τοῦ θήλεος τῇ θερμότητι τῆς φύσεως· διὸ κινητικώτερά ἐστι κυούμενα τὰ ἄῤῥενα τῶν θηλέων· διὰ δὲ τὸ κινεῖσθαι θραύεται μᾶλλον· εὔθραυστον γὰρ τὸ νέον διὰ τὴν ἀσθένειαν. Διὰ τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην αἰτίαν καὶ τελειοῦται τὰ θήλεα τοῖς ἄῤῥεσιν οὐχ ὁμοίως ἐν ταῖς γυναιξίν· [ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὁμοίως· οὐδὲν γὰρ ὑστερεῖ τὸ θῆλυ πλέον τοῦ ἄῤῥενος, ὥσπερ ἐν ταῖς γυναιξί·] ἐν μὲν γὰρ τῇ μητρὶ ἐν πλείονι χρόνῳ διακρίνεται τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος· ἐξελθόντων δὲ, πάντα πρότερον ἀποτελεῖται, οἷον ἥβη καὶ ἀκμὴ καὶ γῆρας τοῖς θήλεσιν ἢ τοῖς ἄῤῥεσιν· ἀσθενέστερα γάρ εἰσι καὶ ψυχρότερα τὰ θήλεα τὴν φύσιν — Ἔσω μὲν οὖν διακρίνεται διὰ τὴν ψυχρότητα βραδέως· ἡ γὰρ διάκρισις πέψις ἐστί· πέττει δ' ἡ θερμότης· εὔπεπτον δὲ τὸ θερμότερον· ἐκτὸς δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν ταχὺ συνάπτει πρὸς τὴν ἀκμὴν καὶ τὸ γῆρας. Πάντα γὰρ τὰ ἐλάττω πρὸς τὸ τέλος ἔρχεται θᾶττον, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην ἔργοις, καὶ ἐν τοῖς ὑπὸ φύσεως συνισταμένοις. Διὰ τὸ εἰρημένον δὲ*

αἴτιον ἐν τοῖς ἀνθρώποις μὲν τὰ διδυμοτοκούμενα θῆλυ καὶ ἄῤῥεν ἧττον σώζεται, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐθὲν ἧττον· τοῖς μὲν γὰρ παρὰ φύσιν τὸ ἰσοδρομεῖν, οὐκ ἐν ἴσοις χρόνοις γινομένης τῆς διακρίσεως, ἀλλ' ἀνάγκη τὸ ἄῤῥεν ὑστερεῖν ἢ τὸ θῆλυ προτερεῖν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐ παρὰ φύσιν. Vbi verba seclusa e Codice et versione Guilelmi addidi, ad sensum absoluendum plane necessaria, quorum tamen vestigium non extat in versione Gazae. Ceterum apparet praefracte hic Aristotelem negare, extra genus humanum discrimen illud reperiri inter marem et feminam, dum in vtero matris perficiuntur; atque hinc causam deriuat, cur gemelli diuersi sexus in genere animalium non minus possint viuere, quam sexus eiusdem; quod contra esse in humano genere affirmat et hic et in historiae 7, 5, 1. Neque in hoc nostro loco emendationi locus est. Itaque statuendum esse videtur, opinionem mutasse deinde Aristotelem meliora edoctum. Plinius, qui multa e libro septimo Philosophi in suum septimum volumen transtulit, etiam hunc locum conuertit, admisto tamen non vno errore. Ita vero ille 7, 4. *Editis geminis raram esse aut puerperae aut puerperio praeterquam alteri vitam: si vero vtriusque sexus editi sint gemini, rariorem vtrisque salutem. Feminam gigni celerius, quam mares, sicuti celerius senescere: saepius in vtero moueri mares.* Primam loci partem ex Aristotelis de generat. anim. 4, 6. translatam esse falso posuit Harduinus; altera philosophum habet auctorem. Tertiam partem de tempore sexus vtriusque in vtero perfecti vitiosam esse viderat iam olim Pintianus, eamque emendare conati sunt varie viri docti. Codices scripti nihil habent varietatis. Harduinus vitium manifestum inepta annotatione incrustare conatus est. Equidem Plinio errorem suum relinquendum censeo. Transeo ad locum Plutarchi de Placitis 5, 21. qui Asclepiadi adscribit eandem sententium, numeris tamen dierum definitam: *ἐπὶ μὲν τῶν ἀῤῥένων, διὰ τὸ θερ-*

μότατα εἶναι, τὴν διάρθρωσιν γίνεσθαι ἀπὸ τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς· πολλὰς δὲ καὶ ἐνδοτέρω· πληροῦσθαι δ᾽ ἐντὸς τῆς πεντηκοστῆς τοῖς μορίοις. Ἐπὶ δὲ τῶν θηλυκῶν ἐν διμήνῳ διαρθροῦσθαι, ἐν τετραμήνῳ δὲ τελειοῦσθαι, διὰ τὸ ἐνδεῖν τοῦ θερμοῦ. Hucusque consentit cum doctrina Aristotelis medicus Asclepiades. Sed quae sequuntur: *τὰ δὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὁλοτελῆ παρὰ τὰς συγκράσεις τῶν στοιχείων*, plane sensu omni vacant et sunt manifeste lacunosa et vitiosa. Interpretes tamen tacent, quasi nihil insit difficultatis. Sensum tamen coniectura licet assequi, si statuamus, Asclepiadem Aristotelis opinionem eam, quae in libro 4. de generatione animal. c. 6. de partu brutorum traditur, approbasse, vti priorem eius partem de partu humano approbauit. Sed in loco Plutarchi plura verba excidisse videntur, quae sine Codicum scriptorum ope non est facile diuinando assequi. Quare ab eius emendatione manum abstineo.

Ad VI, 22, 4. *τῶν μὲν γὰρ ἑπταστῶν — τῶν δὲ μὴ ἑπταστῶν μέγας μὲν ἀλλ᾽ ἀπηρτημένος.* Gaza vulgatum *ἑπταετῶν* ita vertit: *non septennibus maior quidem sed non vertice extans adactiore.* Scriptum nempe *μὴ ἀπηρτημένος* legit, quod e libro Regio et Ambros. dedit Camus. Scaliger ita: *Ante id tempus maiores sunt sed obtusiores.* Scilicet is *ἀπαμβλυνόμενος* scriptum voluit et reddidit vertendo. Camus spreta meliore scriptura veterem ineptissime vertit: *avant cet âge elle est plus longue, mais elle n'est pas encore entiérement sortie*, quasi *ἀπηρτισμένος* scriptum esset. Verbum *ἀπηρτημένος* praecipue significat aptam ex alia, sed liberam vel pendulam vel seiunctam. Ita noster supra 1, vulgo 16. de neruis oculi: *οἱ δὲ ἐλάχιστοι πλεῖστόν τε ἀπήρτηνται ἀλλήλων καὶ οὐ συμπίπτουσιν*, i. e. dissiti sint. Ita hic caninum dentem dissitum ab aliis et semotum intelligi puto, etiamsi negatio fortasse necessario sit addenda, quod equidem ignoro, et de tota obseruatione dubius haereo.

Ad VI, 22, 6. *ἐξίσταται καὶ μαίνεται.* Intellige *ἐξίσταται τῶν φρενῶν.* Male Gaza vertit: *equa excitatur furitque.* Scaliger: *equa surgit atque vbi olfecerit furit.* Recte Camus.

Ad VI, 23, 2. *εἰς τὸ σκότος ἀπάγουσιν, ὅταν.* Male editum in nostra editione est *ἀπάγουσα.*

Ad VI, 24, 1. *ἑπταετὴς δ' ὢν — ὕστερον δ' οὐκέτι ἀναβαίνει.* Scaligeri annotatio haec est: *Nusquam toto opere tam dubitauimus, quomodo mulos foecundos norit Aristoteles. Nam nusquam nobis compertum est. Nam si mulus foecundus, quare non mula? aut quare incompertum Aristoteli mulam saepe peperisse? Et nostra tempestate Romae bis peperit: quamuis antiqui id pro ostento habebant. An vero non generat mula, quia retinere non potest: mulus generat, quia in eam proiicit, quae retinet, in equam scilicet? Columella in sexto ex Varrone, Magone, Dionysio, mulas vulgo parere in Africa ait. Itaque etiam mulos. Ὀρεύς. miror, quare ita vocet, cum ἡμίονον alibi vocet. Videtur alia species, et simplex natura sua; ἡμίονος vero mixta ex asino. Sane fatendum est et concedendum, Aristotelem hic pessime se gessisse. Idque mirum, cum in secundo de Generatione totum mulorum genus sterile esse dicat, ibique doctissime contra Empedoclis et Democriti sententiam de ipsorum sterilitate disputet. — Ὕστερον δ' οὐκέτι ἀναβαίνει. nescio quid sit ὕστερον, nisi sit γίννος, ille ex equa et mulo natus. Ac sane ita intelligitur. οὐκέτι, non item: ἔτι repetit naturam coeundi, non autem idem genus aut corpus.* Ad primam Scaligeri dubitationem respondeo, Graecis haec scripsisse Aristotelem. Graecis autem promiscuus erat vsus vocabulorum ὀρεύς et ἡμίονος, ipsis adeo prosaicis scriptoribus, qui muliones ὀρεωκόμους et vehiculum mulis iunctum ὀρεικὸν ζεῦγος vocabant. Potuit igitur etiam Philosophus de eodem genere vtroque nomine vti. Deinde mulas in Africa parere nesciuit Aristoteles; id postea te-

stimonio Magonis et Dionysii, interpretis Magonis, compertum habuit cum Varrone Columella. Quod de verbis ὕστερον δ' οὐκέτι ἀναβαίνει dubitabat Scaliger, eoque potius ad ginnum referebat, in eo manifeste errauit. Sermonis vsus id non patitur. Sed recte is ginnum vtroque loco eundem intelligi censuit, cum Gallus Camus priore loco ἴννος scripserit, *bardeau* vertens, contra γίννον *bidet* interpretans.

Ad VI, 24, 2. *συναμπρεύων καὶ παραπορευόμενος.* Locus est alter Plutarchi in Catonis vita c. 5. *ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον, ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους μάλιστα τοῖς πόνοις* (altera lectio *χρόνοις* habet,) *ἐγκαρτερούσας, ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι καὶ ἀφέτους· ὧν μίαν φασὶ καταβαίνουσαν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα τοῖς ἀνάγουσι τὰς ἁμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν συμπαρατρέχειν καὶ προηγεῖσθαι, καθάπερ ἐγκελευομένην καὶ συνεξορμῶσαν· ἣν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο.*

Ad VI, 26, 1. *ὅταν ὀργῶσι, παρεκκλίνουσιν ἀλλήλας.* Gaza vertit: *et socias declinant, cum turgente iam venere coitum appetunt.* Scaliger: *atque vrgente venere vicissim inter se subigunt.* Ad quae annotauit: *παρεκκλίνουσι. inclinant. Honor sit auribus: foedissimum enim verbum est apud Satyricum et infandum. Theodorus* declinant socias: *imo inter se conscendunt. Quod nos vidimus saepe in cicuribus. — Idcirco autem dixit παρεκκλίνουσι, quoniam etiam manu si clunes demulceas, statim se subducunt clunibus demissis.* Sed haec significatio verbo graeco non inest. Camus ita: *et lorsqu' elles sont en chaleur, elles s'écartent les unes des autres.* Verbis *παρεκκλίνουσα μικρὸν εἰς τὰ εὐώνυμα* de corde vtitur noster de Partibus 3, 4. *paulo vergit ad laeuam* vertit ibi Gaza. Ethicor. 2, 1. de nomine ἦθος ab ἔθος deriuato, sed paulum deflexo: *ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφε, μικρὸν παρεκκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους.* vbi editio Florentina *παρεγκλῖνον* habet. Equidem

hoc satis certum habeo, Scaligeri rationem non solum vsui sermonis graeci sed etiam naturae liberarum ceruarum adversari. In scriptura Guilelmi *ὅταν μίσγωνται* quis sensus inesse possit commodus, equidem non exputo. Nam modus coeundi in subsidente femina verbis illis sequentibus, *συνεγκλίνουσιν* vel *παρεκκλίνουσιν ἀλλήλας*, reddi non potuit. Quid igitur, si suspicer fuisse *ὅταν μιγῶσι, παρεκκλίνουσιν ἀλλήλας?* Induxit me in hanc suspicionem locus Plinii 8. s. 50. positus a me p. 511. *A conceptu separant se.* Quod ad solas ceruas pertinet. Nam de ceruis noster sect. 4. *Ἐπειδὰν δ᾽ ἐμπλησθῶσιν αἱ θήλειαι, ἐκκρίνονται οἱ ἄῤῥενες καθ᾽ ἑαυτούς.*

Ad VI, 29, 3. *ἔστι δὲ τὴν ἰδέαν ἐπὶ οὐρὰν μὲν μακρὸς, τὸ δὲ ὕψος βραχύτερος.* Scaliger vertit: *versus caudam porrigitur, sed humilior est.* Plinius: *procerius longitudine, breuitate crurum dissimile.* Si Philosophus simpliciter longitudinem corporis memorare voluit, non intelligo equidem, quid sit, quod verba *ἐπὶ οὐρὰν* addiderit. Camus dedit: *a le corps allongé du coté de la queue, plus ramassé dans la partie d'en haut.* Sed ita longitudo non comparatur cum altitudine, sed partes posteriores cum anterioribus; quarum quidem altitudo significabitur, si verba *ἐπὶ οὐρὰν* repetita etiam cum membro *τὸ δὲ ὕψος βραχυτερος* coniungas. Tum vero existit corpus anterius altioribus pedibus nitens, posterius autem longum et porrectum. At sequens *σκελῶν ὄντων βραχέων* et saltus commemoratus non patiuntur breuitatem ad posteriora crura sola referre. Igitur referimur eo, vt longitudinem corporis *ἐπὶ οὐρὰν* intelligamus eam, vbi colli et capitis ratio non habetur. Noui similem locum Nicandri Theriac. versu 119. *πλειοτέρη δὲ καὶ ὁλκαίην ἐπὶ σειρήν.* alterumque 384. *ἀτὰρ πάχετός τε καὶ οὐτιδανὴν ἐπὶ σειρὴν πάσσονα.* Sed, cum serpentum corpus sit diuersum, quippe pedibus non fultum, nihil comparatio ista docet. Est etiam locus Strabonis 16. p. 1120. vbi rhinocerotem cum elephante

comparat, et ab eius longitudine abesse ait *μικρὸν ἀπολείποντα — ἐπὶ σμικρὴν τῷ μήκει*. Videant ea de re doctiores, et qui naturam thois exquisiuerint. Equidem haereo in comparando thoe cum generibus hodie cognitis; neque illud satis scio, vnde ducta sit comparatio cum lupo et hyaena a scriptoribus posterioribus tradita. Aristoteles quidem supra 2, 12, 7. interiora omnia thoem lupo similia habere affirmat. Oppianus Cyneg. 3, 336. aperte genus illud describit, quod *λυκοπάνθηρας* et *τίγριας* posteriores Graeci vocarunt, commemoratum etiam a Plinio, sed plane diuersum ab Aristotelico thoe.

Ad VI, 29, 4. Scribendum nunc censeo cum Mediceo *Εἰσὶ δὲ ὥσπερ οἱ ἄγριοι ὄνοι καὶ οἱ ἡμίονοι τὴν ταχυτῆτα διαφέροντες*. Articulum *οἱ* de meo inserui, vt sermo sit de Syriacis hemionis, non de vniuerso mulorum genere, de quo falsa est narratio.

Ad Librum septimum. Ad VII, 1, 1. *φέρειν δὲ σπέρμα πρῶτον ἄρχεται τὸ ἄῤῥεν ἐν τοῖς ἔτεσι τοῖς δὶς ἑπτὰ τετελεσμένοις.* Supra 5, 12, 2. *ἄρχεται δὲ φέρειν τὸ σπέρμα περὶ τὰ δὶς ἑπτὰ ἔτη· γεννητικὸς δὲ περὶ τὰ τρὶς ἑπτὰ (ἄνθρωπος).* vbi articulus ante *σπέρμα* delendus esse videtur. 5, 17, 16. de insectis: *ὁ δὲ χρόνος τῆς γενέσεως ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆς μέχρι τέλους σχεδὸν τοῖς πλείστοις ἑπτάσι μετρεῖται τρισὶν ἢ τέτταρσι. Τοῖς μὲν οὖν σκώληξι καὶ τοῖς σκωληκοειδέσι τοῖς πλείστοις τρεῖς γίγνονται ἑπτάδες· τοῖς δὲ ᾠοτοκοῦσι τέτταρες ὡς ἐπιτοπολύ.* De piscibus 6, 16, 1. *κύουσι δὲ πάντες ἐν χρόνοις διαιρουμένοις εἰς τὸν τῶν ἑβδομάδων ἀριθμόν.* Ab hominum aetate descriptionis istius ratio translata fuit ad animalia. Auctorem descriptionis ignoramus; Solonis tamen carmine maxime innotuit Atheniensibus et ceteris Graecis. Noster Politicorum 7, 14, 11. *ἡ δὲ τῆς διανοίας ἀκμὴ ἐστιν ἐν τοῖς πλείστοις, ἥνπερ τῶν ποιητῶν τινες εἰρήκασιν οἱ μετροῦντες τοῖς ἑβδομάσι τὴν ἡλικίαν, περὶ τὸν χρόνον τὸν τῶν πεντήκοντα ἐτῶν.* vbi Solonem intelligi monuit Victorius. Versus

eius praeter Clementem recitauit Philo *περὶ κοσμοποιΐας* pag. 71. ed. Pfeiferi. Censorinus de Die natali c. 14. *Fere etiam post septimum quemque annum articulos quosdam et in his aliquid noui natura ostendit. Vt et in elegia Solonis cognoscere datur. Ait enim in prima hebdomade dentes homini cadere: in secunda pubem apparere: in tertia barbam nasci: in quarta vires: in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam: in sexta cupiditatibus temperari: in septima prudentiam linguamque consummari: in octaua eadem manere: in qua alii dixerunt oculos albescere: in nona omnia fieri languidiora: in decima hominem fieri morti maturum.* Vbi verbis quam breuissimis eleganter redditur sensus horum versuum: *τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρὸς, οὐδ' ἕρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.* Philo l. c. posuit locum Hippocratis medici, etiam a Polluce 2. c. 1. excerptum, qui aetates hominis septem similiter septimanis metitur. Antiqua numeri septenarii veneratio plures in physiologiam, medicinam et ceteras artes introduxisse videtur errores, quos religio et superstitio per multa tempora tueri et propagare sategit. Pertinere huc inprimis videtur quaestio de partu septimestri, de quo postea. Staseas Peripateticus ad Solonis decem hebdomadas addidit duas, et spatium plenae vitae quatuor et octoginta annorum esse dixit. Etruscis quoque libris Fatalibus aetatem hominis duodecim hebdomadibus describi Varro commemorat apud Censorinum c. 14.

Ibidem: *καθάπερ καὶ τὰ φυτὰ τὰ μέλλοντα φέρειν τὸ σπέρμα ἀνθεῖν πρῶτον Ἀλκμαίων φησὶν ὁ Κροτωνιάτης.* Haec ita conuertit Scaliger: *quemadmodum plantae quoque quae seminescunt, florent primum, inquit Alcmaeon Crotoniata.* Idem ad haec annotauit: *ἀνθεῖ Theodorus ad plantas male retulit. Sed Alcmaeon poeta sic dixit vt Pacuuius:* primoque teneras flore vestibat genas. *et Virgilius:* aurea caesaries ollis, atque aurea vestis. *et inuestes pueri, impuberes: et vesticeps adolescens.*

Sic pubem florere dixit Alcmaeon. Nam quis non dicat plantas florere: nulla enim translatio digna est, ob quam auctor eius loquutionis citetur ab Aristotele. Praeterea sunt plantae, quae fructum sine flore ferunt, vt ficus: et quae florem sine fructu, vt cerasi genus quoddam rosellam gerit, sed nullo succedente flore. Scilicet in errorem induxit virum egregium lectio falsa Aldinae et Camotianae *ἀνθεῖ*. Alcmaeon causam floris et finem quaesiuerat et reperisse sibi videbatur in eo, vt signum esse putaret pubertatis et naturae parturientis, vt in humana natura pubes subsequentem foecunditatem et generandi vim praecedere atque indicare solet. Hinc noster de Gener. anim. 1, 20. *καὶ ἀραιουμένων ἑκατέρων τῶν πλησίον τόπων ἐξανθεῖ ἡ τῆς ἥβης τρίχωσις.* Miror Alcmaeonis opinionis non meminisse Theophrastum; sed is nihil omnino de vi floris et consilio naturae in eo effingendo memorauit.

Ibidem: *περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦτον ἥ τε φωνὴ μεταβάλλειν ἄρχεται ἐπὶ τὸ τραχύτερον καὶ ἀνωμαλέστερον, οὔτε ὀξεῖα οὖσα οὔτε πω βαρεῖα, οὔτε πᾶσα ὁμαλὴ — ὃ καλοῦσι τραγίζειν.* Censorinus loco antea laudato post verba supra posita pergit: *Tamen in secunda hebdomade vel incipiente tertia vocem crassiorem et inaequabilem fieri. Quod Aristoteles appellat τραγίζειν, antiqui nostri hirquitallire; et inde ipsos putant hirquitallos appellari, quod tum corpus hircum olere incipiat.* vbi vides scripturae varietatem antiquam, quam in libro et loco hoc Aristotelis secutus est Censorinus. *παχύτερον* enim, non *τραχύτερον*, scriptum legit.

Ibidem sect. 4. *ἅμα ἡ τότε μνήμη τῆς συμβαινούσης ἡδονῆς ἐπιθυμίαν ποιεῖ τῆς τότε γινομένης ὁμιλίας.* Scaliger vertit: *simulque iam memores eius quae contingebat voluptatis.* In annotatione breuiter ita: *ἡ τότε μνήμη, scilicet τῆς ὕστερον ἡλικίας.* Gaza: *et simul voluptatis, qua olim gestirent, memores.* Is igitur manifesto scripturam meliorem reddidit: *καὶ ἅμα ἡ μνήμη τῆς τότε συμ-*

βαινούσης ἡδονῆς. Ita recte consequitur *ἐπιθυμίαν ποιεῖ τῆς τότε γινομένης ὁμιλίας.* In verbis antecedentibus, quae constituere ratione certa atque indubitata non potui Scaligeri versionem posui, verbo nullo mutato.

Ibidem sect. 6. *ἰσχνότερα καὶ νοσερώτερα τὰ σώματα γίνεται.* Semel hoc in loco Med. lectionem *ἀττικωτέραν* offert *νοσακερώτερα*, quam ideo non admisi, quoniam antea sect. 5. *νοσερώτερα* mutare sine auctoritate librorum nolebam: quod tamen faciendum nunc censeo. Forma eadem vtitur Noster de partibus anim. 3, 7. *νοσακερὰ γίνεται πλήρη τροφῆς.* Idem 4, 10. *νοσερὰν μεταβολὴν* dixit: supra vero hist. 3, 9. *νοσηματικὰ* sunt genera passionum morbosarum. Corpus ipsum nec *νοσερὸν* nec *νοσηματικὸν* dici potest, sed est et dicitur *νοσακερὸν*, quod tenendum est in vtroque loco.

Ad VII, 2, 1. *ταῖς μὲν γὰρ ἀθρόα ἡ κάθαρσις γίνεται, ταῖς δὲ κατ᾽ ὀλίγον.* Scaliger scripturam a vulgata diuersam vertit et in annotatione posuit hanc: *ταῖς μὲν κατ᾽ ὀλίγον ἀθρόα ἡ κάθαρσις γίνεται· καὶ τὸ σῶμα βαρ.* Vertet enim: *Atque illae quidem breui cumulate purgantur; his autem omnibus corpus aggrauatur.* Veram quidem is scripturam in Theodori versione viderat, sed non agnouit, sed potius Gazae versionem taxauit. Temere! Nam *κατ᾽ ὀλίγον* Graeci non dicunt eodem sensu, vt *ἐν βραχεῖ*, quod existimabat vir egregius; et additum *πάσαις* errorem plane conuincit propositionis alterius. Scriptura falsa in qua editione exstet, quaerere non vacat.

Ibidem sect. 2. *ὅση ταῖς γεινομέναις ὑπολείπεται μετὰ τὴν κάθαρσιν.* Male Gaza vertit: *quantum iis quae purgantur.* Camus: *chez les autres femmes.* Recte Scaliger, quem sequor.

Ibidem sect. 2. *Καὶ γιγνομένων — ὕστερον δ᾽ οὐ συλλαμβάνουσιν, ὅσαις εὐθὺς — συμμένουσι.* Scaliger has duas partes disiunxit, quas Gazae versio coniunxit, quam temere calumniatur Scaliger. Huius tamen auctoritas mo-

vit Gallum Camum, vt poneret: *et même celles dont l'orifice de la matrice se ferme aussitôt après la cessation du flux menstruel, ne sauroient concevoir dans un autre tems.*

Ibidem sect. 3. *ἀποφυσᾷ τοῦ σπέρματος τὸ ὑγρότερον.* Scaliger monuit, τὸ ὑγρότερον non partem seminis humidiorem intelligi, sed genus seminis, quod humidum sit. Gaza tamen et Camus alteram rationem secuti sunt. Cf. Curas Sec. ad III, 17. Idem Scaliger monet, Gazam pro verbo *ἀποφυσᾷ* reddidisse *ἀποπτύει, respuit:* ipse comparat locum libri decimi, qui vulgo habetur, historiae de animalibus c. 2. vbi est: *ἐντεῦθεν σπῶσι τῷ πνεύματι, οἷον αἱ ῥῖνες καὶ αἱ ὑστέραι τὸ σπέρμα.*

Ibidem sect. 5. *καὶ ἐν ταῖς ὁμιλίαις — ὁμιλίαν μᾶλλον.* Comparandus est locus de Generat. 1, 20. *γίγνεται μὲν ταῖς λευκοχρόοις καὶ θηλυκαῖς, ὡς ἐπιτοπολὺ εἰπεῖν· οὐ γίνεται δὲ ταῖς μελαίναις καὶ ἀῤῥενωποῖς· τὸ δὲ πλῆθος — ἔτι δὲ καὶ ἐδέσματα ἕτερα ἑτέρων ποιεῖ πολλὴν διαφορὰν τοῦ γίγνεσθαι τὴν ἔκκρισιν ἢ ἐλάττω ἢ πλείω τὴν τοιαύτην, οἷον ἔνια τῶν δριμέων ἐπίδηλον ποιεῖ εἰς πλῆθος τὴν ἀπόκρισιν.* Ibidem libri 2. c. 4. de eadem re est: *εἰς τὸ πρόσθεν, οὗπερ τὸ θῆλυ προΐεται τὴν ἐν ἐνίαις αὐτῶν γινομένην ἰκμάδα, ἐνταῦθα καὶ τὸ ἄῤῥεν προΐεται, ἐάν τι ἐξικμάσῃ.* vbi verbum postremum Gaza vertit *fuderit*, Guilelmus *extus ponat.* Diuersus sensus verbi videtur esse de generat. 2, 4. bis positi. Rarior est forma hist. 3, 10, 4. de cute: *καὶ ταύτῃ διαλείπει ᾗ καὶ οἱ κατὰ φύσιν πόροι ἐξικμάζονται.*

Ad VII, 3, 2. *Ἐὰν δὲ ἑπτὰ ἐμμείνῃ ἡμέρας — αἱ γὰρ καλούμεναι ἐκρύσεις ἐν ταύταις γίγνονται ταῖς ἡμέραις.* Hippocrates de Septimestri partu: *πολλαὶ δὲ καὶ τοῖς ἐμβρύοις· τρωσμοί τε γὰρ γίνονται καὶ οἱ πλεῖστοι ταύταις τοῖς ἡμέραις· ὀνομάζεται δὲ τὰ τηλικαῦτα ἐκρύσεις, ἀλλ' οὐ τρωσμοί.* Censorinus c. 11. *qui, cum multas animadverterent semen non retinere conceptum, compertum habuerunt, id quod intra sex dies septemue eiiciebatur, esse*

lacteum, et vocauerunt ἴκρυσιν: quod postea autem, sanguineum; idque ἐκτρωσμὸς appellatur.

Ibidem: *Αἱ δὲ καθάρσεις φοιτῶσι ταῖς πλείσταις — ἐπὶ μὲν τῶν θηλειῶν τριάκονθ' ἡμέρας μάλιστα, περὶ τεσσαράκοντα δὲ ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων. Καὶ μετὰ τοὺς τόκους δὲ αἱ καθάρσεις βούλονται τὸν αὐτὸν ἀριθμὸν ἀποδιδόναι τοῦτον.* Hippocrates Libro I. de Mulierum morbis, et de natura pueri, mulieribus a partu, si foeminam susceperint, purgationem fieri ait duobus et quadraginta diebus; sin marem, triginta. Vnde Lindenbrogius ad Censorinum c. 11. p. 51. edit. Hauercampi suspicatur locum Aristotelis esse vitiosum, et voces *ἀῤῥένων* et *θηλειῶν* a librariis fuisse alienum in locum translata et permutata.

Ibidem c. 4. sect. 4. *ἔνιαι δ' ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός.* Censorinus cap. 7. quaestionem de septimestri partu accurate vt philologus tractauit, et historiam opinionum enarrauit. Primo loco nominauit Hipponem Metapontinum, qui a septimo ad decimum mensem nasci posse hominem existimauit. Deinde ita pergit: *Nam septimo mense parere mulierem posse, plurimi adfirmant, vt Theano Pythagorica, Aristoteles Peripateticus, Diocles, Euenor, Straton, Empedocles, Epigenes multique praeterea, quorum omnium consensus Euthyphronem Cnidium* (*Euryphontem* alii scribunt) *non deterret, id ipsum intrepide pernegantem. Contra eum ferme omnes, Epicharmum secuti, octauo mense nasci negauerunt. Diocles tamen Carystius et Aristoteles Stagirites aliter senserunt. Nono autem et decimo mense tum Chaldaei plurimi, et idem mihi supra nominatus Aristoteles edi posse partum putauerunt. Neque Epigenes Byzantius nono posse fieri contendit, nec Hippocrates Cous decimo. Ceterum vndecimum mensem Aristoteles solus recipit, ceteri vniuersi improbarunt.* Ad quem locum Lindenbrogius e Stephano Byzantio et Suida annotauit de Naxiis mulieribus beneficio Iunonis *ὀκτάμηνα* parientibus.

Ad VII, 5, 3. *καὶ τῶν δαψιλεστέρῳ χρησαμένων ἀλί.* Ita praeeunte Codice Paris. scribendum fuerat; vulgatum nunc, a Camo inductum, τῷ graecum non est, iunctum vocabulo δαψιλεστέρῳ.

Ad VII, 6, 4. *καὶ οὐδὲν ἀποτέτακται τούτων.* Gaza vertit: *integri autem e mancis ne gignantur, nulla res obstat, et saepissime ita agitur.* Scaliger, quem sequitur Camus: *et nihil horum certo ordine statutum est.* Sed exemplum verbi ἀποτάσσω hac notione vsurpati aliud desidero. Deinceps pro γενῶν scribendum fuit cum Codice Guilelmi γενεῶν, et Scaliger vertit *per plures* (tres) *generationes.*

Ibidem sect. 5. *γίγνεται δὲ καὶ τοὐναντίον τὰ μὲν θήλεα τῷ πατρὶ — μητρί.* Vereor ne posterius membrum a Grammatico vel lectore appositum sit. Non solum enim superuacua sunt verba, sed structura etiam eorum vacillat. Addita saltim copula καὶ opus erat; nec omitti commode potest verbum ἔοικε, post intersertra verba γίγνεται δὲ καὶ τοὐναντίον. Certe in vulgata scriptura incisum post τοὐναντίον erat ponendum.

Ibidem: *καὶ κατὰ μέρη δὲ γίγνονται ἐοικότα ἄλλα [μέρη] ἑκατέρων.* Sensum bene reddiderunt interpretes tres recentiores, sed in graecis vitium inest non in solo vocabulo μέρη abundante, sed praeterea cum libro Guilelmi et Paris. ἑκατέρῳ scribendum est. Scaliger vertit: *Partibus quoque aliis atque aliis vtrosque repraesentant,* quasi scriptum esset κατ' ἄλλα καὶ ἄλλα μέρη — ἑκατέρῳ.

Ad VII, 7, 1. *περιέχουσιν οἷον ὑμένες, — περὶ τοῦτο ἄλλος.* Ita scribere volui; verum aut calamus aberrauit, aut operae peccauerunt.

Ibidem sect. 2. scribe ὦτα δ' ἐκτός, non ἐντός.

Ibidem sect. 3. *ὁ δ' ὀμφαλός ἐστι κέλυφος περὶ φλέβας, ὧν ἡ ἀρχὴ ἐκ τῆς ὑστέρας ἐστί, τοῖς μὲν οὖν ἔχουσι τὰς κοτυληδόνας, ἐκ τῶν κοτυληδόνων· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσιν, ἀπὸ φλεβός.* Ita hic locus fuerat distinguendus; quocum

comparandus est locus idem argumentum tractans de Generat. anim. 2, 4. vbi est: *διὸ ἐκ τῆς καρδίας τὰς δύο φλέβας ἡ φύσις πρῶτον ὑπέγραψεν· ἀπὸ δὲ τούτων φλεβία ἀπήρτηται πρὸς τὴν ὑστέραν ὁ καλούμενος ὀμφαλός· ἔστι γὰρ ὁ ὀμφαλὸς φλέψ, τοῖς μὲν μία, τοῖς δὲ πλείους τῶν ζώων· περὶ δὲ ταύτας κέλυφος δερματικὸν ὁ καλούμενος ὀμφαλός.* Iterum cap. 7. *ἔστι δὲ ὁ ὀμφαλὸς ἐν κελύφει φλέβες, τοῖς μὲν μείζοσι πλείους, οἷον βοῒ καὶ τοῖς τοιούτοις· τοῖς δὲ μέσοις δύο· μία δὲ τοῖς ἐσχάτοις — αἱ δὲ κοτυληδόνες αὐξανομένου καὶ τελειουμένου τοῦ ἐμβρύου γίνονται ἐλάττους καὶ τέλος ἀφανίζονται τελειωθέντος.*

Ad VII, 8, 2. *ἀποπνεύσωσιν ἀποβιαζόμεναι τῷ πνεύματι.* Verbum *ἀποβ.* locum hic non habet, contrariam significationem alteri *ἀποπνεῖν* prae se ferens. Quare deleta praepositione *βιαζόμεναι* scribendum, quod Scaliger recte vertit *coactae.*

Ibidem: *πρῶτον — ἐξέρχεται γιγνομένου τοῦ ἐμβρύου καὶ ῥηγνυμένων τῶν ὑμένων.* Gaza vertit: *per foetus motionem ruptis membranis.* Vnde de vitio scripturae vulgatae admonuit Scaliger, cuius commentarios ad manus non habebam, cum annotationes perscriberem. Camus de Scaligeri emendatione *κινουμένου* tacuit, et verba tria *γιγνομένου τοῦ ἐμβρύου* in versione plane omisit.

Ad VII, 9, 3. *Ὅσαις δ' ἂν ἐν ταῖς ἀποκαθάρσεσι — οἱ καθαρμοί.* Nulla ratione verba *ἐν ταῖς ἀποκαθάρσεσι* vel excusare vel defendere licet, etiamsi *in tempore purgandi* interpreteris. Quare interpretes, Gaza, Scaliger et Camus, recte omiserunt.

Ibidem sect. 2. *τεχνικαί τινες ἤδη τῶν μαιῶν* scribendum fuit, omisso altero *τινές.*

Ibidem paulo post scribe: *οὐδ' ἂν δυστοκούσης τὴν κ. μ. ὑπερέχῃ,* non *κἂν*, vt editum est.

Ibidem: *Τὰ δὲ παιδία ὅταν γένωνται, πρὸ τετταράκοντα ἡμερῶν ἐγρηγορότα μὲν οὔτε γελᾷ οὔτε δακρύει, νυ-*

κτωρ δ' ἐνίοτε ἄμφω. — τὰ δὲ παιδία ἑβδόμῳ μηνὶ ἄρχονται ὀδοντοφυεῖν. Censorinus Cap. 11. de partu decimestri: *ita hic proportione diebus fere quadraginta infans membratur. Quare in Graecia dies habent quadragesimos insignes. Namque praegnans ante diem quadragesimum non prodit in fanum, et post partum quadraginta diebus pleraeque foetae grauiores sunt, nec sanguinem interdum continent: et paruuli ferme per hos dies morbidi sine risu, nec sine periculo sunt. Ob quam causam cum is dies praeterit, diem festum solent agitare: quod tempus appellant τετταρακοστόν.* vbi monuit Lindenbrogius, Hippocratem de septimestri partu aliter statuere· *ἔν τε γὰρ τοῖς ὕπνοισι ἰοῦσιν εὐθέως ἐπὴν γένωνται, γελῶντα φαίνεται τὰ παιδία καὶ κλαίοντα· ἐγρηγορότα τε αὐτόματα εὐθέως γελᾷ τε καὶ κλαίει πρόσθεν ἢ τεσσαράκοντα ἡμέραι γενοίατο.*

Ad VII, 10, 1. *ἐξέλθῃ ὑγρότης.* Sensus flagitat, vt articulo inserto scribatur *ἡ ὑγρότης.*

Ad VII, 11. *σπασμός.* De spasmo puerili locum hunc interpretari comparatis locis medicorum conatus est H. Mercurialis de Morbis puerorum 2. c. 4. p. 222. edit. Francof. anni 1584.

Ibidem: *ἐπικίνδυνον δὲ καὶ ὅσοις — ἄρχονται, προϊούσης δὴ τῆς ἡλικίας.* Scaligeri annotatio ad verba postrema haec est: *Theodorus omisit. Itaque cum proposuerit se dicturum μέχρι γήρως ὅσα συμβαίνει, neque hic expleuit, necesse est huic libro subdi eum, quem decimum vocant: qui sic item incipit tanquam a tessera προϊούσης δὲ τῆς ἡλικίας. Sed quia sententia de semine muliebri contra Aristotelis opinionem est, sustulere illum atque reiecere in locum decimum.* Sane promisit initio libri huius dicturum se *περὶ ἀνθρώπου γενέσεως τῆς τε πρώτης ἐν τῷ θήλει καὶ τῆς ὕστερον μέχρι γήρως;* qua cum professione non bene conuenit finis libri, qui historiam pueri ante pubertatem abrumpit. Sed dicendum potius, librum hunc ab Aristotele non perfectum fuisse; eaque occasione iniuita-

tum nescio quem addidisse eum, quem vulgo decimum numerant, sine dubio alienum et spurium. Commissuram aptiorem vtriusque qui facere conati sunt, de suo adsuere ausi sunt verba postrema, quae cum tota loci sententia non coeunt. Docet enim Philosophus ibi de periculis infantis recens nati vitae impendentibus, praecipue de convulsione. Verum eum morbum ad sequentem etiam aetatem Scaliger retulit vertendo: *adultiori aetati periculum insuper portendit.* Merae tamen sunt argutiae, vbi in annotatione ait: *ἐπικίνδυνον. τὸ ἐπὶ, in aliam aetatem.* Periculum omne dicitur impendere vitae infantis recens nati; quod manifestum fiet, si verba implicata in planiorem et rectam formam solueris ita: *ἐπικίνδυνοι δὲ καὶ οἱ σπασμοὶ τοῖς παιδίοις, ὅσοις ἐκ τοῦ νώτου ἄρχονται.* Inepte itaque sententiae absolutae et perfectae additur: *πρ. δὴ τῆς ἡλικίας, procedente nimirum aetate.* At si voluit dicere Philosophus de aetate sequente, suus cuique aetati locus dandus erat, et suum cuique aetati periculum naturale dicendum erat. Quare maneo in ea sententia, clausulam libro imperfecto ab aliena manu accessisse.

Ad VIII, 1, 1. *ἴχνη τῶν περὶ τὴν ψυχὴν τρόπων· ἅπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἔχει φανερωτέρας τὰς διαφοράς.* Miror interpretes neutrum genus *ἅπερ* vertisse, cum rectum sit *οἵπερ.* In animalibus enim tantum vestigia reperiuntur morum, qui in humano animo varii et diuersi et magis distincti sunt. Qui sint et dicantur graece *τρόποι περὶ τὴν ψυχὴν*, hic locus apertissime docet. Dixi quaedam ad Xenophontis Agesilaum p. 264.

Ibidem sect. 3. *τῶν τοιούτων· οἷον αἱ μὲν πίνναι προσπεφύκασιν.* Ita scriptum me voluisse, testatur annotatio. Errorem sero agnoui.

Ibidem sect. 5. *σπουδαὶ τυγχάνουσιν οὖσαι πᾶσι καὶ ὁ βίος.* Quis primus vulgatum nunc *πᾶσαι* inuexerit, nondum inuestigaui. Sylburgiana verum *πᾶσι* sine varietate

habet; sed πᾶσαι est in textu Scaligeriano, in Laemariana, qua vti solebam, et Cami editione.

Ad VIII, 3, 2. *τῆς θαλάττης συμπεττόμενον, ὥσπερ καὶ τὴν ἐξ ὑπαρχῆς λαμβάνει γένεσιν.* Gaza scripturam nostram reddidit: *quemadmodum et primo naturae ortu instituuntur.* sed male γένεσιν retulit ad testacea, non ad aquam dulcem salsae permistam. Scaliger longe aliter vulgatum conuertit: *concocto scilicet mari; et qualiter [fuerat praedita] a subsistente principio accepit motum.* Sed verba seclusa spuria et aliena a re mihi videntur, praesertim si cum Scaligero ὥσπερ accipias dictum pro ἥνπερ. Gallus Camus καὶ ὥσπερ edidit et locum ita vertit: *Une partie de cette eau s'attenue par la coction: elle devient telle qu' elle fut dans son principe et elle se filtre alors au travers de substances même compactes.* Omisit igitur verba διὰ τὸ λεπτότερον εἶναι τῆς θαλάττης, et male *γένεσιν principe* interpretatus est.

Ibidem sect. 3. *τῇ δὲ πέτρᾳ χρῆσθαι ὡς ὀστρέῳ.* Ita Camus voluit scribi, etsi vulgata χρῆται tolerari potest.

Ibid. sect. 6. *καί τις συμβαίνει περιπέτεια τούτων ἐνίοις.* Hunc locum respexit Plutarchus de Solertia animal. c. 27. extremo: *καὶ τὸν κύκλον τοῦτον καὶ τὴν περίοδον ταῖς κατ' ἀλλήλων διώξεσι καὶ φυγαῖς γύμνασμα καὶ μελέτην ἡ φύσις αὐτοῖς ἐναγώνιον πεποίηκε δεινότητος καὶ συνέσεως.*

Ibidem sect. 7. *οἱ δὲ πολύποδες μάλιστα κογχύλια συλλέγοντες καὶ ἐξαιροῦντες τὰ σαρκία.* Plinius verbum συλλέγοντες non reddidit, sed modum carnibus ostrei potiundi exposuit: *quorum conchas complexu crinium frangunt.* Aut igitur locum hunc ipsum integriorem legit, aut aliunde inseruit modum, in conchyliis turbinatis non adeo improbabilem; sed in biualnibus locum is habere non videtur. Quid? quod in libro de animalibus perfectis et imperfectis, quem ex Alberti versione posui, res narratur

de cancro marino, qui cornibus inter valuas insertis concham apertam depraedetur; vbi vide annotata.

Ad VIII, 4, 3. *καὶ ὅταν ᾖ μὴ νῆστις, φαῦλος.* Ad rem pertinet annotatio Scaligeri haec: *Ac sane pleni mugiles pinguissimi et suauissimi sunt: exenterati enim implentur herbulis, thymo, et passulis apyrinis ac cinnamomo. Veneti tamen pluris indicant ieiunos, rumpunturque clamitando: bonis esse intestinis: sic enim vitiosa coeno declarant eorum qui sint saturi. Commendantur autem ieiuni, quia ibi in aestuariis saturi olent limum: sed cedunt pinguedine saturis ieiuni.*

Ibidem postea: *νέμονται μὲν τὸν πηλὸν καὶ φῦκος καὶ τὸ βρύον καὶ τὸ καλούμενον καυλίον.* Leue quidem est mendum, quod tamen tollendum, vbi articulus ante *φῦκος* deest, qui reliquis nominibus adiungitur. De postremo annotauit Scaliger omnes interpretes existimare *καυλίον* esse, quam Theophrastus et Dioscorides *καυκαλίδα* vocent: quod improbauit merito vir egregius.

Ibidem sect. 4. *σάργος ἐπινέμεται τῇ τρίγλῃ — ἐπικαταβὰς νέμεται — συνεπιβαίνειν.* Non miror equidem, Camum loci sensum tam mirum in modum peruertisse vertendo, cum ne ipse quidem Scaliger Gazae et Plinii exemplo admonitus verum videre potuerit. Ita enim Scaliger: *Sargus mullo pascitur: namque vbi mullus emoto coeno abit, (fodere enim valet,) descendens deuorat, imbecillioresque arcet descendendi societate.*

Ad VIII, 5, 1. *ἔστι δὲ ἡ μὲν φήνη.* Scaliger ad haec: *Hanc frequentius vidimus in praeruptis Euganeorum, quae idcirco paenarum nomine sunt insignia. Indigenae aucupes vocant astorellam: subalbicans est, magnitudinem maximi fringillarii superans: corpore rotundiore et compactiore.*

Ibidem sect. 2. *νυκτικόραξ.* Scaliger ad h. l.: *Auis est non tam magna quam bubo: colore nigro; vnde et nomen: ramis instrata, non stans, incubat. Vnde Vascones ramo-*

rum initorem turpi vocabulo vocant. Hanc puto esse nycticoracem: facie enim repraesentat cornum.

Ibidem: *ταῦτα τρία ὄντα ὅμοια τὰς ὄψεις.* Scaliger haec ita interpretatur, vt tria haec aurita esse dicantur.

Ibidem sect. 3. *σπίζα.* Fringillam et *σπίζαν* recte haberi pro ea auicula, quam Galli *pinçon* vocant, duabus inprimis de causis censebat Scaliger. Primum quod accipiter fringillarius praecipue hieme id genus auium impetit; vnde *σπιζίας* graece appellatus fuerit. Alterum argumentum praebet similitudo nominis, *Franghiolo,* quo hodieque Itali auem vocant. Idem Scaliger aegithalum maximum interpretatur Vasconum *Durbec:* duro enim esse rostro, et multum accedere ad fringillam. Italorum quosdam vocare *Frison del becco grosso.* De reliquis duobus dubius haeret. *Χλωρίδα* Gallis *verdon* aut *verdier* vocatam auem esse censet.

Ibidem: *πλὴν ἔχει περὶ τὸν αὐχένα κυανοῦν.* Hanc Codicum scripturam cum Camo posui, vbi vulgo deerat praepositio *περί.* Annotatio negligenter aut vitiose scripta varietatis auctorem et fontem non indicauit. Si praepositio additur, ad vocabulum *κυανοῦν* intelligitur aut excidit *χρῶμα* nomen.

Ibidem sect. 6. Vulgata scriptura erat: *καὶ τούτων ἔνιοι διὰ τῶν φαινομένων τρεφόμενοι, ὅσοι μὴ σαρκοφάγοι, οἷον περί τε τὰς λίμνας καὶ τοὺς ποταμοὺς ἐρωδιὸς καὶ λ.* quam accurate indicare oblitus sum in annotatione. Praeterea articulus *τὰς* ante *λίμνας* in nostra editione male omissus est.

Ibidem sect. 7. *σχοίνικλος καὶ κίγκλος καὶ πύγαργος* [*καὶ ὁ τρύγγας.*] Scaliger ad haec ita: *In nono a Philosopho σχοινίων appellatur, vbi alaudae amicum praedicat. Certe auicula est paulo maior alauda, cuius et faciem et colorem refert: iuxta mare et stagna marina agens, in iuncetis palustribus nidificans, motans caudam; quae ab incolis alauda marina dicitur: nihil, vt puto, ab huius descriptione distans. Quare non incommode σχοίνικλον*

vocari posse putamus. De trynga idem subdit: *Quo fit, vt putem, hanc esse quam vulgus Taurinum gallinetam vocat: turdi magnitudine, ac motans caudam, nec multum colore differens: a sono vocis sic dicta a Graecis. Nunquam perpetuo tractu volat, sed moratur hominis superventum, vt paene contingas: tum a capturiente auolat, atque haud procul considit, aspectatque frustratum. Quid vero dicam de cinclo, nihil pro certo compertum habeo. Est quaedam auicula, quam becudellam vocant Vascones, quasi paruam beccassam. Beccassa autem est quae gallinago: cui fortasse non male cincli nomen conueniat. Gallinetae Taurinorum propior, at minor; quare speciem puto. Motat haec quoque caudam. Sunt et aliae, quae motant caudam, vt ea quae ab hoc effectu motacilla vocatur. Quare quidam putarunt esse tryngam, sed mores non conueniunt.* De calidri assentitur Bellonio, qui comparabat Gallorum auem *Chevalier* vocatam.

Ad VIII, 5, 7. *λάρος — κέπφος, αἴθυια, χαραδριός.* Scaliger annotauit, larum album Venetis audire *cocalum, κέπφον* Gallis *pullam aquae*, duplicis generis, maiorem et minorem: hanc a Vasconibus *gariolam* appellari. *αἴθυιαν* a colore atro vocatam fuisse; vnde etiam *αἴθωψ* dicatur. *χαραδριὸς* Gazae hic *rupex*, in nono *hiatula* audit. De quo Scaliger coniecturam suam ponere non est ausus. *Κολυμβίδα* Taurinorum *gregot* interpretatur, quae gregatim volant, vt sic aquilae marinae fugiant impetum.

Ibidem: *καὶ αἱ κορῶναι δὲ νέμονται τῶν ἐκπιπτόντων ζώων· παμφάγον γάρ ἐστιν.* Dura structura est verborum *κορῶναι — παμφάγον*, intellecto *ζῶον* vel *ὄρνεον*. In singulari non insolens nostro eiusmodi loquendi modus. De re oblitus sum annotare simillimum locum Aeliani de nat. animal. 15, 23. de delphino: *καὶ ἅπαξ ἐκβρασθέντες ὑπὸ τοῦ κύματος κορώναις τε ἐναλίαις καὶ λάροις δεῖπνόν εἰσι.* Pancrates apud Athenaeum 7. p. 283. in eadem narratione nominauit *αἰθυίας*. Odysseae 12. versu 418. *οἱ δὲ*

κορώνῃσιν ἴκελοι περὶ νῆα μέλαιναν κύμασιν ἐμφορέοντο. Libri 5. versu 65. nidulantur vel habitant in luco Circae *σκῶπές τ' ἴρηκές τε τανύγλωσσοί τε κορῶναι εἰνάλιαι, τῇσίν τε θαλάσσια ἔργα μέμηλεν.* Hesychius eo respiciens: *κορῶναι ἅλιαι, αἴθυιαι, κολυμβίδες.* Idem: *κορώνη — καὶ ἰχθὺς καὶ λάρος.* Arrianus in Periplo Ponti p. 22. simul nominat larum, *αἴθυιαν* et *θαλασσίους κορώνας.* Itaque vana est auctoritas Apionis, quem Apollonii Lexicon antestatur, vocabulum Homericum cum laro et *αἰθυίᾳ* comparantis.

Ibidem sect. 8. *βοσκὰς* Scaligero est, quam Galli *Sarcellam* vocant. *κόρακα* interpretatur Gallorum *cormoran.* Anserem minorem Italorum *pauarum.*

Ibidem sect. 8. *ὁ δ' ἁλιαίετος καὶ περὶ τὴν θάλατταν διατρίβει καὶ τὰ λιμναῖα κόπτει.* Gaza: *et mare adit et lacum.* Scaliger: *et circa mare agitat et lacustres aues male habet.* Camus ex interpretatione Scaligeri: *l'aigle de mer vit auprès de la mer; il bat les oiseaux d'étangs.* vbi saltem additum oportebat *aussi.* Equidem post mentionem maris vocem *τὰ λιμναῖα* facilius intellecto *ὕδατα* interpretor lacustres aquas; et Guilelmus vertit *stagna penetrat.*

Ad VIII, 6, 2. *λαβὼν δ' ἐπανάγει — τὸ καταποθέν.* Gazae et Cami versionem considerauimus antea. Nunc ad Scaligerum veniamus, qui pariter graeca aliter vertit, quam verba ferre videntur: *Corripit serpens vndelibet ei forte oblatum: edit enim et auiculas et bestiolas et deuorat oua. Vbi prehendit, reducit vsque adeo, dum in summo erectus consistat. Deinde ita colligit sese atque contrahit paululum, vt cum extensus fuerit, descendat, quod deuorarit.* Ad quae annotauit haec: *Ponit nunc modum in actione, non in cibo: qui difficilis est iis, qui non viderunt. Serpens pullum cum est aggressus, captum sistit exugitque postea, vt eum deuoret. Ἐπανάγει reducit, id est cogit intra sinus suos, ita vt se ipsum fulturis mutuis*

erigat ab humo in summum pulli: cui capite et collo imminens carpit quod potest. Inde συνάγει, *colligit, vt dilatet: quia habet* λεπτὸν τὸν στόμαχον: *et* συστέλλει, *quia habet* μακρόν: *vt mox, elato collo ac distento, descendat: quod et aues faciunt. Nam cum contrahimus collum, in inferiores annulos descendit cibus: cum extendimus, superiores liberantur. Ita deglutimus maiores bolos. Itaque serpens non potuit deglutire humi iacens et collo extenso, sed inflexo et contracto, vt postea extendere possit. Quare autem conscendat* εἰς ἄκρον, *id facit, vt cetera animalia; praedam enim pedibus subiiciunt, vt sistant: serpens pro pedibus orbibus astringit, et ei imminet: neque enim partes superiores subiiciat, sed supra locet.* Ὅθεν, *vndelibet, vel ab homine vel casu.* In quibus initium statim falsum est. Neque enim serpens praedam captam *exugit, vt eam deuoret.* Contra Philosophus ait οἱ δὲ ὄφεις ἐν τῇ κοιλίᾳ ἐκχυμίζουσι, quem ipsum locum male vertit Scaliger. — Nunc demum video omissum locum Aeliani de N. A. 6, 18. qui hinc traductus sensum tamen diuersum a vulgari scriptura expressit his verbis: ἀνίστανται ὀρθοὶ καὶ ἐπ' ἄκρας τὰς οὐρὰς ἑστᾶσι, καὶ ἡ τροφὴ κατολισθαίνει αὐτοῖς, καὶ ἐς ὄγκον τοῦ σώματος ἀποχωρεῖ. vbi sine dubio ἐπ' ἄκρας τῆς οὐρᾶς scriptum olim fuit. Sensum eundem reddidit versio Arabica, eo tamen cum discrimine, vt corpus constringendo volumine suo cibum ingestum detrudat paulatim; contra Aelianus significauit in corpore erecto cibum pondere suo ad inferiora depressum labi; quod falsum est. Sed erecti corporis notio verbis graecis, vti nunc scripta leguntur, non inest, quae si ita auctiora scribantur, poterit inde elici. Scilicet fuisse olim in libris aliis suspicor ἐπανάγει ἑαυτὸν, ἕως ἂν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐλθὼν εἰς εὐθὺ καταστήσῃ. i. e. reducit se corporisque sui tractum eo vsque, *dum ad extremum (caudam) peruenerit, atque in rectum constituerit vel erexerit.*

Ad VIII, 8, 1. ἔξω τῆς ὑός. Poenitet me nunc leui-

tatis in recipienda scriptura falsa ὑὸς pro vulgata κυνὸς, quam in Gazae versione damnauit iam olim Scaliger his verbis: *Sed excluditur aeque: quia sus non est corniger: et tanto peius, quod alitur et pinguescit frugibus et fructibus. Etiam herbas vorat, nec esuriens valde, sed vltro etiam satur brassicas edit et betas et lactucas: radices etiam studiose sequitur: id quod statim narrat, deditque occasionem Theodoro errandi. Nam separatim iam historiam narrat de sue, non quasi pendentem ab hac. Et sane patet mox quod ait huic contradicere. Sic enim scribit: εὐχερέστατον πρὸς πᾶσαν τροφήν.* Postremum argumentum sane omnium validissimum scripturam ὑὸς convincit. Sed idem Scaliger damnat etiam scripturam κυνός. Et sane canis nec inter cornigera est animalia nec inter ea, quae non sunt dentibus serratis, sed contra est serratis dentibus. Itaque ab hoc loco aliena est canis mentio. Versio etiam Arabica, vt e Scoto et Alberto apparet, diuersam scripturam secuta est. Reliqua Scaligeri argumenta non adeo valent. Totus locus ita scribendus erat: *πάντα καρποφάγα καὶ ποηφάγα ἐστὶ μὴ λίαν — ἔξω τῆς κυνός· αὕτη δὲ — καρποφάγον ἐστί. Ῥιζοφάγον δὲ μάλιστα* etc. His postremis verbis numerus sectionis 2. in margine debebat apponi.

Ibidem sect. 2. *νῆστιν ἱστάντες.* Gaza vertit: *vbi ieiunum ad saginam constituerint.* Similiter Scaliger: *postquam ieiunum ipsum statuere.* Hos duces sequitur Camus. Equidem *ἱστᾶν* trutina examinare pondus interpretatus sum: aliter non potest sciri, *ὅσον ἐπιδίδωσι* saginando. Sane poterat sciri sine ponderatione, sexaginta diebus pinguescere, si ieiuna sus ad saginam adhibeatur; sed incrementum diurnum aut augmentum ponderis ponderatio demum notum facit.

Ibidem sect. 3. *θηλαζόμεναι δὲ καὶ αἱ ὕες — λεπτότερα γίνεται.* Gaza vertit: *solent, cum lactantur, exte-*

nuari. Scaliger similiter: *Sues aliaque omnia lactentia fiunt exiliora.* In annotatione reprehendit etiam Philosophum, qui experientiae contraria docuerit. Verum vidit et reddidit Camus: *dans le tems où elles allaitent leurs petits.*

Ad VIII, 9, 2. *νονοῦσι δὲ — ὑπὸ τῆς πάχνης — ἢ ὑπὸ χιόνος — Πυῤῥίχας βοῦς.* Concinnitas orationis postulare videtur, vt scribamus *ὑπὸ τῆς χιόνος*, vt est antea *ὑπὸ τῆς πάχνης.* Deinde *Πυῤῥικὰ πρόβατα* supra 3, 16, 7. cogebant paene etiam *Πυῤῥικὰς βοῦς* scribere. Buricos equos Hieronymi Epist. ad Pammach. 26. et Vegetii Mulom. IV, 2, 2. Salmasius quasi burrichos, *πυῤῥίχους*, a colore burro siue rufo appellatos censebat. Cf. ad Varronis 2, 8, 1. p. 467. Hesychius: *Πυῤῥιάδαι· οὕτως ἐκαλοῦντο οἱ νῦν Μολοσσοὶ ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ Ἠπειρώτου.* Qui Pyrrhus an idem sit, de quo Aristoteles, ignoro. Formam *Πυῤῥίχας* tueri videntur similes in Etymologico M. p. 582. *μείλιχος, Ὀλυμπικός, Ὀλύμπιχος, πατρικός, πάτριχος.* Dores *κόψιχον* dixerunt pro *κόσσυφον.* Diminutiua forma apud eosdem fuit in *ὄσσιχος* apud Theocritum 4, 55.

Ad VIII, 12, 3. *Εἰσὶ δὲ δυσχειμερώτεραι — καὶ αἱ κολεροὶ τῶν δασειῶν· δυσχείμεροι δὲ καὶ αἱ οὖλαι.* Ita haec scripta oportuit, non *δασέων*, quod reliqua vocabula nomini *ὄϊες* addita damnant. Scripturam *δυσχειμερώτεραι* postulat sequens *δ. δὲ καὶ αἱ οὖλαι.* Alias causas peritioribus suppeditabit natura animalium.

Ad VIII, 14, 4. *οἷον καὶ οἱ ὄρτυγες — ἢ τοῦ ἔαρος.* Scaliger ad haec annotauit: *Videtur exemplum contrarium propositioni. Coturnices, inquit, autumno quam vere pinguiores. At autumno exeunt e regionibus calidis: vere autem ex hieme exeunt. Sed ita dicas. E locis Africae venire macras: autumno autem pingues esse. Sane non constat sibi ratio. Exercitium tranandi attenuauit eas, cum venirent: et attenuatae etiam in Africam proueniunt: otio autem et pabulo hic ante abitum obesae sunt. Itaque*

commodius composuisset exempla duo diuersa coturnicum et gruum. Nam sane grues cum veniunt, sunt pinguiores. Exemplum autem de coturnicibus semper est idem. Nam ex calore Africae veniunt huc: et post calorem hinc abeunt. . . . .

Ibidem: *Συμβαίνει δ' ἐκ τῶν ψυχρῶν τόπων ἅμα μεταβάλλειν καὶ ἐκ τῆς ὥρας τῆς θερμῆς.* Scaliger ad haec ita: *Perplexum apotelesma: sed ita est. Loca frigida sunt nostra hieme: hirundo hinc abit, quoniam frigida sunt hieme: sed abit aestus autumni tempore. Et dixit συμβαίνει. Quoniam cum ex Africa venit, fugit aestum imminentem. Illius igitur et tempus et loca aestuosa fugit: hinc loca frigida relinquit tempore nondum frigido. Lusit igitur Philosophus in contrariis. Sed τὸ ἐκ geminatum non habet vtrobique eandem proportionem. ἐκ τῶν τόπων, quae futura sunt frigida: ἐκ τῆς θερμῆς, quae tunc est calida.*

Ibidem: *ὅταν μεταβάλλωσιν ἐκ τῶν θερμῶν.* Gaza vertit: *cumque ex tepido discesserunt.* Legit igitur scriptum *μεταβάλωσιν.*

Ibidem sect. 5. *Οἱ δὲ ὄρτυγες ὅταν ἐμπέσωσιν — συνδυάζονταί τε καὶ εὐημεροῦσιν.* Scaligero debetur emendatio vulgati *ἠρεμοῦσι*, a Codicibus scriptis confirmata; in ceteris Gazam secutus est vertens: *Coturnices cum ceciderint*, sed rectius ille *per paria coniunguntur*, quam Gaza *sociantur.* Male Camus: *Les cailles dans le tems de la passée se réunissent et elles vont bien tant que l'air est serein.* Ἐμπίπτειν vt dicitur de remigibus remis incumbentibus toto corpore, ita hic de coturnicibus volatum migrando ingressis est. Scaliger in annotatione: *cum deciderint, scilicet prae labore, cum sese demiserint; si serenum sit et flat aquilo, bene iis est.*

Ad VIII, 15, 1. *καὶ ὁ θὶς ὁ μέλας — ὁ δ' ἄλλος ὅμοιός ἐστι τοῖς ἀγρίοις.* Scaligeri haec est annotatio ad h. l.: *Theodorus* litnus, *sic enim algulam litoralem vocat. Sed*

male confundit nomen vetus cum re noua latinis: a litore dicta herbula. ὁ δ' ἄλλος, qui non est πρὸς τῇ γῇ. Hunc ducem secutus Camus posuit: *L' algue noire vient sur les côtes: l' autre espece d' algue ressemble à une herbe sauvage.* Vide dicta et adhuc dicenda ad 9, 23, 4.

Ad VIII, 15, 7. *εἰσπλέουσι δὲ οἱ θύννοι ἐπὶ δεξιὰ ἐχόμενοι τῆς γῆς — ὅτι τῷ δεξιῷ ὀξύτερον ὁρῶσι.* Narrationem hanc explicare conatus sum ad Aeliani 9, 42. p. 584.

Ibidem sect. 3. *Καὶ ὁ γόνος δὲ τότε μικρὸς ἁλίσκεται περὶ Βυζάντιον.* Comparanda sunt, quae supra 6, 16, 5. traduntur: *γίγνονται ἐκ τοῦ ᾠοῦ· ἃς καλοῦσιν οἱ μὲν σκορδύλας, Βυζάντιοι δὲ αὐξίδας, διὰ τὸ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις αὐξάνεσθαι· καὶ ἐξέρχονται μὲν τοῦ φθινοπώρου ἅμα τοῖς θύννοις, εἰσπλέουσι δὲ τοῦ ἔαρος ἤδη οὖσαι πηλαμύδες.* Hoc manifesto testimonio constat, pelamydem esse anniculum thynnum. Consentit etiam Oppianus Halieut. 4, 503. seqq. *Φῦλα δὲ πηλαμύδων ἐκ μὲν γένος εἰσὶ θαλάσσης Εὐξείνου, θύννης δὲ βαρύφρονος εἰλείθυιαι. Κεῖναι γὰρ, Μαιῶτις ὅπη ξυμβάλλεται ἅλμῃ, ἀγρόμεναι λιμναῖον ὑπὸ στόμα καὶ δονακῆας ὑδρηλοὺς ὠδῖνος ἐπαλγέας ἐμνήσαντο. Καὶ τὰ μὲν ὅσσα κίχωσι μεταδρομάδην κατέδουσιν ᾠὰ, τὰ δ' ἐν δονάκεσσι καὶ ἐν σχοίνοισι μένοντα πηλαμύδων ἀγέλας ὥρῃ τέκεν· αἱ δ' ὅτε κῦμα πρῶτον ἐπιψαίρωσι πόροιό τε πειρήσωνται, ξεῖνον ἁλὸς σπεύδουσι μετὰ πλόον, οὐδ' ἐθέλουσι μίμνειν, ἔνθ' ἐγένοντο, καὶ ἤβαιαί περ ἐοῦσαι.* Tum narrat, has pelamydas, (est *γόνος* ab Aristotele vocatus) migrare in profundissimum maris Thracii sinum, nigrum appellatum, ibique hiemare; redeunte autem vere iam grauidas factas redire eo, vnde profectae erant, vt ibi pariant. *αὐξόμεναι δὲ μένουσι λαρὸν ἔαρ· τῇ δέ σφι καὶ ἵμερος ἄνεται εὐνῆς· πλησάμεναι δὲ τόκοιο, παλίμποροι αὖτις ἵενται πατρῷον μετὰ κῦμα, μόγον δ' ἀπὸ γαστρὸς ἔθεντο.* Tum refertur captura earum, quam sinus nigri accolae Thraces hieme exercent, versu 530 — 561. Atque hic est *γόνος*, quem circa Byzantium capi refert Aristoteles.

Ad VIII, 17, 3. *θόρον*. Ita scriptum exhibent Edd. omnes hic et supra 5, 4, 3. vbi rectum *θορον̃* posui, quod etiam hic reponere debebam. Idem vitium infra 8, 29, 5 irrepsit, vbi Edd. recte *θορον̃* habent.

Ad VIII, 19, 1. *αἱ ἄγριαι ἄρκτοι*. Hoc caput qui cum altero supra libri 6, 27. comparauerit, mirabitur multa inutiliter repetita esse: cuius culpae causam ipsine Philosopho, an librariis adscribam, dubito. De vrso vnde Plutarchus eumque secutus Aelianus duxerint, quae narrationi Philosophi addiderunt, ignoratur. Quaedam olim discipulus Theophrastus addidit, quorum partem de adipe vrsino in vasis condito atque hiemis frigore intumescente excerpsit auctor Mirabilium Narrationum c. 68. vbi Fragmentum de Odoribus p. 453. et Plinii locum 8. c. 36. comparauit Io. Beckmann. Maxime omnium miror hoc in loco additum vocabulum *ἄγριαι*, quasi vrsi mansueti etiam vulgo tum cogniti fuerint. In Oppiano quidem non miror *ἄρκτοι ἀγριάδες* Cyneg. 3. versu 139. Nam poetis licet vti epithetis naturam vniuersam animalium aliquatenus reddentibus; quanquam auctor iste Cynegeticorum in vsu epithetorum frequentissimo paene vbique ineptiat. Is praeterea foetus imperfecti causam libidini matris nefandae adscribit. In Aristotele causam additi *ἄγριαι* vocabuli equidem non excogito. Hoc tamen obiter annotabo, nomen vrsi communicatum fuisse propter aliquam pilorum et hirsutiei similitudinem non solum cum cancri genere aliquo, sed etiam cum quadrupede albo Mysiae, de quo narrat Caput 156. inter *θαυμάσια ἀκούσματα* Aristoteli adscripta. Tota narratio de halitu foetidissimo et phlegmate oris venantibus obiecto docet, innotuisse Graecis speciem aliquam e genere viuerrarum putoriarum, quas Galli Mephiticas, *Mouffettes*, vocare solent. Nam quod interpres nuperus de vrso vulgari albo aut maritimo, plane diuerso, suspicatur, id plane alienum esse censeo. Mores enim vtriusque plane disconueniunt. Vrsum quidem

vulgarem album memoranit noster de Generatione animalium 5, 6. maritimum antiquitas graeca et latina ignoranit.

Ad VIII, 19, 2. *ἰλειός*: Glirem intelligit etiam auctor medicus inter XXI. Medicorum Fragmenta nuper Mosquae edita p. 31. *μῦας δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν δένδρων κοιλίας μὲν ὑπακτικοὺς, ἀτρόφους δὲ συμβέβηκεν εἶναι.*

Ibidem post: *καὶ ὁ ἐμύς· ἀλλ' οἷον ἀσκαλαβώτης.* Geminus hic error admissus est. Primum e Mediceo libro articulus *ὁ* temere adscitus fuit, cum foemineum *ἡ* flagitent reliqui loci omnes, vt de Incessu animalium c. 15. *αἱ μύδες τε καὶ χελῶναι.* vbi versio Guilelmi rectum *emydes* habet. Deinde e libris tribus *ἀλλὰ* ante *οἷον* nescio quo vel fato vel errore meo accessit: certe me nolente insertum testatur annotatio. Errorem redimere conabor annotatione de emyde adiecta, quam agnoscere tandem mihi licuit in loco de Partibus animal. 3, 9. *ἡ δὲ ἁμμὺς οὔτε κύστιν οὔτε νεφροὺς ἔχει· διὰ μαλακότητα γὰρ τοῦ χελωνίου εὐδιάπνουν γίνεται τὸ ὑγρόν. Ἡ μὲν οὖν ἁμμὺς διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν οὐκ ἔχει τῶν μορίων οὐδέτερον.* vbi rectum *ἐμὺς* bis reddidit versio Guilelmi. Mollities testae hujus speciei satis clarum indicium atque argumentum praebet, intelligi speciem illam, quam triunguem appellare malim quam cartilagineam vel alio nomine. Hanc iam olim Forskalius breuiter notauerat, postea plures viri docti accuratius descripserunt et pinxerunt. In Nilo repertam annotauit Gallus Geoffroi apud ciuem eius Silvestre de Sacy in annotationibus ad Abdallatifi Memorabilia Aegypti; in Euphrate repertam descripsit et pinxit Olivier in Itinerario et Daudin in Historia naturali Testudinum. Partium interiorum notitiam nullam adhuc habemus; quibus cognitis demum statuere licebit, quid in situ et forma renum et vesicae discrepans viderit Aristoteles, cum hanc speciem renibus et vesica carere narraret. Interim in lucro ponemus notitiam ex Aristotele collectam, quae docet, testudinem triunguem Graeciae etiam fluuios habitare.

Ad VIII, 19, 5. *οἷον τὰς μαίας τάς τε γραῦς.* Scaliger *μαίας* ait esse, quas Veneti *grameolas* dicant, cute laeui.

Ad VIII, 20, 6. *ὃν καλοῦσί τινες μαρῖνον.* Ita scribere volui, vt testatur annotatio; vulgatum *μύρινον* errore nescio meo an operarum remansit.

Ad VIII, 20, 7. *Τόποι δὲ ἑκάστοις συμφέρουσι πρὸς εὐθηνίαν· ὅσα μέν εἰσι φύσει παράγεια ἢ πελάγια, ἐν ἑκατέρῳ τούτων. — ἐν ἀμφοτέροις.* Ita haec erant distinguenda. Scripturam vulgarem *πελάγια ἢ αἰγιαλώδη* erunt fortasse qui defendant comparato loco 1, 1, 7. vbi est: *τὰ μὲν πελάγια, τὰ δ' αἰγιαλώδη, τὰ δὲ πετραῖα.* Verum equidem etiam ibi *αἰγιάλεια* aut *παράγεια* malim. Nam de piscibus littora frequentantibus recte vsurpari ista forma non videtur, sed de locis naturam littorum habentibus aut in littora dilatis. Similiter pisces *πετραῖοι* recte dicuntur; *πετρώδεις* dici non possunt pisces, sed loci. Ceterum sensum loci obscurat figura orationis multoties vsurpata ab Aristotele. Verba *πρὸς εὐθηνίαν* recte Scaliger vertit: *vbi bene habeant.* E nomine igitur repete verbum *εὐθηνεῖ* ad membrum *ἐν ἑκατέρῳ τούτων* et ad alterum *ἐν ἀμφοτέροις.*

Ad VIII, 20, 9. *ὅτι θερμαίνονται, καὶ τὸ ἄνω ἐπιπολάζουσι.* Locum vitiosum esse non dubito. Primum cui vsui est repetitum *ὅτι θερμαίνονται* post illa *τῆς ἀλέας ἕνεκεν?* Deinde *ἐπιπολάζουσιν* vsum adiunctum non habet nec causam. Denique articulus *τὸ* ante *ἄνω* insolenter adiungitur. Gaza vertit: *per summa etiam maris innatant, quo teporis potiantur.* Scribo igitur: *καὶ εἰς τὸ ἄνω ἐπιπολάζουσιν, ὅτι θερμαίνονται.*

Ad VIII, 20, 13. *κύρτῳ θηρεύουσι.* Mirus est Scaligeri error *κύρτον* retia interpretantis. Is annotauit ad hunc locum haec: *Gaza κύρτῳ* nassa *vertit, non recte: sed* sinu *potius. Nassa enim est excipula: labyrinthum vocat Theocritus, Veneti* voëgam. Similiter paulo post verba *κύρτον ἐνθέντες* vertit *rete indito.* Idem deinceps

maluit scriptum *οἷον στόμα καταλείπουσιν*: *Nam quantum*, inquit, *cuius? pulicisne an balaenae? Intellexit proportionem totius ambitus.* Si interpreteris *tantum spatii intermittunt, vt introire pisces possint*, nihil in verbis habebis, quod reprehendas aut desideres.

Verba *διὰ ξηροῦ* a Gaza omissa Scaliger reddere voluit verbis *vbi subsidunt aquae.* Praeterea vocabulum *ἔκδυσιν* mutandum censeo in *εἴςδυσιν*, quod Gaza vertit: *aditu patente ad fluuium.* Hinc correctio facta est in Codice Paris.

Verba postrema, *θηρεύουσι, περιελόντες τοὺς λίθους*, Gaza interpretatur: *piscantur motis lapidibus.* Scaliger: *capiunt lapidibus ablatis.* Annotauit autem ad haec ita: *quoniam plenum rete per ostium extrahere nequeant.*

Ibidem initio sect. 14. *Τῶν δ' ὀστρακοδέρμων καὶ τοῖς ἄλλοις συμφέρει — πλὴν ταῖς πορφύραις.* Copulam *καὶ* alieno loco positam, nec a Gaza Scaligeroque redditam, ita collocandam censeo: *Καὶ τῶν ὀστρακοδέρμων δὲ τοῖς ἄλλοις*, more Philosopho nostro solenni.

Ad VIII, 22, 1. [*Τοὺς δ' ἐλέφαντας — ὑπὸ φυσῶν.*] Verba seclusa iam olim Scaliger tanquam ab argumento aliena et transposita damnauit, et ad locum inferiorem relegata voluit, vbi morbos elephanti tractat.

Ibidem sect. 2. *βέλτιον δ' ἴσχουσι τῶν κεράτων — θερμῇ.* Scaliger cum vulgatam scripturam *τὰς δ' ὁπλὰς ἀποβάλλουσι· βελτίω δ' ἴσχουσι* sequeretur, vertit: *melius continent* scilicet vngulas, *neque amittunt.*

Ibidem: *ὀλίγαι δὲ καὶ ἐκ τῆς ποδάγρας περισώζονται.* Recte admonuit Scaliger, verbum *περισώζεσθαι* alibi ad vitam tantum pertinere, hic vero esse euadere ac sanari. Itaque scripturam Medicei libri et Guilelmi *περιφεύγουσι* praeferendam nunc censeo.

Ad VIII, 23, 1. *αἷμα ἀφαιροῦντες καὶ ἐκτέμνοντες βοηθοῦσι.* Verba *καὶ ἐκτέμνοντες* omisit Gaza et Camus. Scaliger vertit *secta vena* et reprehendit disturbatum or-

dinem. Prius enim positum oportuisse *ἐκταμόντες καὶ αἷμα ἀφαιροῦντες*. Sed graece nusquam *ἐκτέμνειν* scriptum legi pro *τέμνειν τὴν φλέβα*, sed est *castrare*.

Ibidem sect. 2. *ἐν ᾧ συμβαίνει κατέχεσθαι, ὅταν αὐλῇ τις, καὶ κατωπιᾷν*. Scaliger Gazam imitatus vertit: *cohibetur sono tibiae: demissa his frons est.* Atque ita etiam Camus. Scaliger ad haec annotauit: *κατέχεσθαι, inhiberi. At fortasse nonnihil mendi in Codice sit. Nisi dicas καὶ κατωπιᾷν καλούμενον πάσχουσι. Prius enim posuit remedium, quam absoluerit morbi rationem.* Recte hoc vir egregius. Ideo *κατέχεσθαι* refero ad naturam morbi, qua equus *κάτοχος* fieri dicitur, quemadmodum qui furore tentantur, *κάτοχοι* dicuntur, seu *mente perciti.*

Ibidem sect. 3. *καρδίαν ἀλγήσῃ — λαπαρὸς ὢν ἀλγεῖ.* Gaza vertit: *si cordis dolore vexatur: cuius indicium, vt latera subsidant et ilia praestringantur.* Scaliger: *si cordis dolorem patiantur: cuius indicium est, cum dolet, ducit ilia.* Camus: *la cardialgie qu'on reconnoit au resserrement des flancs, et aux douleurs que le cheval y éprouve.* Miror horum trium interpretum consensum in interpretatione manifesto falsa. Verba enim *λαπαρὸς ὢν* statum aliquem equi aegrotantis, non locum, vbi residet morbus aut prodit se, significant. Scaliger a Gaza inductus in errorem ita annotauit: *Λαπάρα autem* ilia: *nomen inde λαπαρός, quia* (qui?) *trahit ilia.* Quis vnquam audiuit de hac notione? Quin *λαπαρὸς* est a verbo *λαπάζειν*, exinanire. Quod si *καρδίαν ἀλγεῖν* est de dolore oris ventriculi, vti existimo, *λαπαρὸς* significabit potius vacuum stomachum.

Ibidem: *ἐὰν ἡ κύστις μεταστῇ.* Scaliger verbum, vulgo omissum, supplebat *ἀποστῇ*, et vertit *siue abscedat vesica.* Gazae vero *dimoueatur de suo situ* reprehendit vt falsum, addens: *Sed sane non potest moueri vesica loco; sed abscessus pati, vnde fiat ischuria.* Idem Scali-

ger staphylinum herbam pastinacam, et *σφονδύλην* pariter sphondylium herbam falso interpretatur. Ceterum operarum vitium *σημεῖον δὲ καὶ τοῦτο* corrige, et scribe *τούτου*.

Ibidem: *ἡ καλουμένη χαλκίς*. Scaliger annotauit ita: *A colore dicta est chalcis: raua enim est: grimolam vocant Aquitani, Itali lacertulam. Nam Tusci, vt diximus, verum lacertum luteo colore* ramarrum, *alii* ligurum.

Ad VIII, 24. *μηλίδα*. Scaliger: *Quare hunc morbum μηλίδα vocarit, haud sane constat. At etiam hoc morbo laborant equi:* bormum *Galli vocant.*

Ibidem: *τοῖς τυφλίνοις ὄφεσι*. Iam olim Sylburgius in Indice Graeco monuerat ex loco 6, 12, 4. scriptum fuisse *τοῖς τυφλίναις*. De serpente ipso dictum fuit ad istum locum in Curis posterioribus.

Ad VIII, 26. *ἐν ᾗπερ ὥρᾳ καὶ γίνεται, ὅταν τοιοῦτον ᾖ τὸ ἔτος, οἷον τὸ ἔαρ*. Gaza vertit: *videlicet cum annus talis, quale ver, humidus et tepidus est.* Ita etiam Camus. Scaliger sic: *bene valet, cum annus eiusmodi sit, quale tempus in quo generantur, verno similis, humidus et tepidus.* Annotauit autem haec: *Oratio paulo concisior. εὐθηνεῖ ἐν ᾗπερ ὥρᾳ καὶ γίνεται: bene est: hic ver notat. Postea subdit ὅταν τοιοῦτον ᾖ τὸ ἔτος: hic deest καὶ aut διό: nam vere gigni et bene habere, confessum. Ergo alio quoque tempore verno simili.*

Ibidem: *ἡ ὕλη ἐνέγκῃ*. Scriptura Guilelmi mihi videtur ad hanc fere lectionem ducere: *ὅταν ἐρυσιβώδη ἄνθη ἡ ὕλη εἰςενεχθῇ*. Certe in annotatione *εἰςενεχθῇ* scribere debui.

Ad VIII, 27, 3. *ἐν δὲ τῇ Ἰνδικῇ, ὥς φησι Κτησίας, οὐκ ὢν ἀξιόπιστος, οὔτε ἥμερός ἐστιν οὔτ᾽ ἄγριος σῦς*. Eodem auctore Aelianus de natura animalium 3, 3. *ὗν οὔτε ἄγριον οὔτε ἥμερον ἐν Ἰνδοῖς γίνεσθαι λέγει Κτησίας, πρόβατα δὲ τὰ ἐκείνων οὐρὰς πήχεως ἔχειν τὸ πλάτος πού φησιν.* Repetiit eadem de suillo genere 16. c. 37. Locum Ctesiae

excerpsit Photius c. 13. Palladius, Galata, seculi IV. ineuntis scriptor, in narratione de Bragmanibus p. 5. haec habet: ἔστι δὲ τὰ πρόβατα τετριχωμένα ἄνευ ἐρέας, γαλακτοφόρα, λίαν πλατείας ἔχοντα οὐράς. — χοῖρος γὰρ ἀπὸ Θηβαΐδος οὐκ ἔτι εὑρίσκεται ἐν τοῖς μέρεσιν Ἰνδίας ἢ Αἰθιοπίας δι' ὑπερβολὴν καυμάτων. Latarum caudarum mentionem omisit Ambrosius is, qui Palladii opusculum latine conuertit, sed repetiit alius interpres nondum editus in Codice Parisiensi 4886. quem a *Bredovio*, collega coniunctissimo, descriptum et communicatum ante oculos habeo. Multa narrationis Ctesianae vestigia reperisse mihi videor in libello isto Palladii, qui, quae sibi a monacho Thebano, peregrinatore, narrata refert de India et Bragmanibus, non nouerat pleraque fuisse olim a Ctesia tradita et per Graeciam vulgata; vnde narrationes mirum in modum variatae et multa per secula seruatae Graecorum scriptorum libros omnes peruagatae sunt. Exemplo sit vermis ille mirus Indi fluminis, de quo Photius pauca haec excerpsit e Ctesiae Indicis: περὶ τοῦ σκώληκος τοῦ ἐν τῷ ποταμῷ, ὃ καὶ μόνον τῶν ἄλλων θηρίων ἐν αὐτῷ γίνεται. Quem Aelianus de nat. anim. 5, 3. paene integrum multis verbis descripsit; ad quem reliquorum scriptorum loca laudaui p. 143. Accedat nunc Palladii notitia, quae vermem istum Gangi fluuio assignat his verbis: Τὸν δὲ ποταμὸν λέγουσι δυσπεραίωτον εἶναι διὰ τὸν λεγόμενον ὀδοντοτύραννον· ζῶον γάρ ἐστι μέγιστον εἰς ὑπερβολὴν ἐνυπάρχον τῷ ποταμῷ ἀμφίβιον, ἐλέφαντα ὁλόκληρον καὶ ἀκέραιον καταπιεῖν δυνάμενον· ἐν δὲ τῷ καιρῷ τοῦ περάματος τῶν Βραγμάνων πρὸς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας οὐκ ὀπτάνεται ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις. Ambrosius autem locum hunc ita vertit p. 63. *Fluuium autem ipsum cum maxima dicunt difficultate vadari, tum propter Ondoniton tyrannum, tum etiam timore cuiusdam animalis in supradicto fluuio morantis, quod tantae magnitudinis esse dicunt, vt integrum possit elephantum deuorare.* Eo vero

tempore, quo Brachmani flumen transire consueuerunt, diuino asserunt iudicio dictum animal non videri in fluuio. Sed alius anonymus interpres hucusque ineditus in Codice Parisiensi 1720. et 4886. locum ita variauit: *Fluuium autem ipsum cum maxima difficultate dicunt transiri, propter eum quem modnto tyrannum vocant. Animal enim quoddam in supra dicto fluuio esse memoratur, quod tantae magnitudinis dicunt, vt totum sicum asserum possit eleuatum deuorare.* Vides in *eleuatum* latere *elephantum*; in vitiosis *sicum asserum* debet latere versio graecorum verborum καὶ ἀκέραιον. Forte fuit *ac sincerum*. Narrationem quomodo auxerint et corruperint sequiores, apparet ex loco Vincentii Bellouacensis in Speculo Historiali V, 60. vbi posuit locum ex Epistola Alexandri: *Bestia vero maior elephante cum tribus cornibus in fronte, quae dicitur odontatyrannus, occidit viros 30, et 53 inutiles calcando fecit.*

Addo nunc locum de insulae Taprobanae fructibus p. 4. ἔχει δὲ καὶ φοίνικας καὶ τὸ κάρυον τὸ μέγιστον, τὸ Ἰνδικὸν, καὶ τὸ λεπτὸν τὸ ἀρωματίζον. quae Ambrosius vertit: *Insuper habet insula haec dactylos, nuces quas Indicas dicimus grandes, et minutas, odoriferas tamen; item et nuces quas corylos dicimus.* Sed alter interpres ineditus Parisiensis: *Habent et dactilos, et nuces indicas grandes, habent et minutas odoratissimas nuces, quas corilos nos vocamus.* Male igitur Ambrosius nuces minores dispescuit in duas species. Non est igitur Simeon Sethi primus inter graecos scriptores, qui Myristicae moschatae fructum κάρυα ἀρωματικὰ vocatum memorauerit, vti censuit doctissimus Sprengel Historiae rei herbariae I. p. 217.

De pipere haec tradit p. 5. Καὶ φθάσας ἐγγὺς τῶν καλουμένων Θηβαΐδων, τῶν τὸ πέπερι συναγόντων· ἔθνος δέ ἐστιν ἐκεῖνο πάνυ σμικρότατον καὶ ἀδρανέστατον, λιθίνοις σπηλαίοις ἐνοικοῦντες, οἵτινες καὶ κρημνοβατεῖν

ἐπίστανται, διὰ τὴν τοῦ τόπου συστροφὴν, καὶ τὸ πέπερι οὕτως ἀπὸ τῶν θάμνων συνάγουσι. *Δενδρύφια γάρ εἰσι κολοβὰ, ὡς ἔλεγεν ἐκεῖνος ὁ Σχολαστικός. Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ Βιθσάδες ἀνθρωπάρια κολοβὰ, μελανοκέφαλα, ἄκαρτα καὶ ἁπλότριχα.* Pro quibus Ambrosius habet haec: *Ipsa autem admodum parua atque inutilis gens est, quae intra speluncas saxeas viuit, et per praecipitia magna discurrere natura patriae edocta consueuit. Piper autem cum ramusculis suis colligitur. Ipsas autem arbores quasi quasdam humiles ac paruulas stirpes esse dicebat. Nam et ipsos exiguos homunculos esse, et grandia quaedam capita asserit habere cum leuibus et detonsis capillis.* Nomen igitur gentis omisit, et pro *μελανοκέφαλα* rectius *μεγαλοκέφαλα* scriptum legit. Anonymus Parisiensis ita: *Accessique vsque ad eorum, quos Bessadas nominant, fines: apud quos et piper nascitur et colligitur. Ipsa autem admodum parua atque inutilis est gens, quae intra speluncas saxeas viuunt, et per praecipitia magna discurrere natura patria edocta consueuit. Piper autem cum ramusculis suis colligi. Ipsas enim arbores quasi quasdam humiles ac paruulas stirpes esse dicebat. Nam et ipsos exiguos quosdam et grandia habere asserit capita cum leuibus ac detunsis capillis.* Vides scripturam *μεγαλόκεφαλα* etiam hac versione confirmari. Graecum exemplum priore loco gentem nominat *Θηβαΐδας*, sed ibi Codex Parisiensis 1597. a *Bredovio* comparatus habet *Βιθσάδων*. Anonymus *Bessadas* nominauit. Nomen *Βιθσάδας* vel *Bessadas* nusquam reperi, et qui in Periplo maris Erythraei dicuntur *Σησάδαι*, a Ptolemaeo vero *Βησάδαι*, longe diuersi videntur. Eos nempe Tataros, Chinensium vicinos, interpretatur *Vincent* in Commentario ad Periplum istum Vol. II. p. 478. et 500. Miror Britannum Palladii nullam plane notitiam habuisse, vnde plura de commerciis Aegyptiorum et Indorum discere poterat.

Alium locum habet de regione, quam Bragmanes inco-

lunt, p. 9. *παρ' αὐτοῖς δὲ πολὺ τὸ Περσειινὸν ξύλον καὶ τὸ λεγόμενον ἀκανθαϊνὸν, καί τινα ἕτερα καρποφόρα, ἀφ' ὧν ἀποζῶσι.* Quae sic reddidit Ambrosius: *Abundat enim apud illos plurimum herba, quam Inulam nomine vocamus, sicut et apud Persas. Item est ibi arbor, quae acanthus nominatur. Habent et patrias arbores quasdam nescio quos fructus ferentes, quibus vesci semper solent.* Vides eum scripturam longe diuersam sed vitiosam libri sui secutum esse. Anonymus Parisiensis contra ita: *Est etiam apud illos plurimum ligni et achantinum innascitur. Habent et patrias arbores quasdam nescio quos fructus ferentes, quibus vesci semper solent.* Versio Bissaei habet *ligni Perseae:* nescio quo auctore.

Postremus est locus de draconibus Indicis in eadem regione p. 10. *Εἰσὶ δὲ καὶ δράκοντες μέγιστοι ἐν τοῖς ποταμοῖς ἐκείνοις ἕως πηχῶν ἑβδομήκοντα, ὧν καὶ δορὰν που μίαν ἐθεασάμην ἐγὼ δύο ποδῶν πλάτος ἔχουσαν. Οἱ δὲ μύρμηκές εἰσι τῶν ἐκεῖ παλαιστιαῖοι, οἱ δὲ σκορπίοι πηχυαῖοι.* Ambrosius ita vertit: *Maximi etiam dracones illic esse dicuntur, habentes septuaginta per longitudinem cubitos, vnde ego vnius pellem vidisse me memini quadraginta duos in latitudine habentem pedes.* Contra Anonymus Parisiensis: *Maximi etiam dracones esse LXX habentes per longitudinem cubitos in ipsis locis dicuntur: vnde ego vnius pellem vidisse me memini duos in latitudinem habentem pedes.* Vides vtrumque scripturam meliorem in libro suo reperisse *ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις*, non *τοῖς ποταμοῖς*. Nam de vno Gange vbique Palladius narrauit. Numerum pedum latitudinis nescio quomodo aut qua scriptura deceptus Ambrosius auxerit tam enormi augmento. De draconibus Indicis narrat Aelianus de n. anim. 6, 21. auctore vero Onesicrito 15, 21. et 16, 39. de Aethiopicis et Phrygiis 2, 21. quos ad fluuium ait bestiis insidiari. Nullum adhuc reperi auctorem, qui dracones in ipsis aquis degere narrauerit.

Ad VIII, 27, 4. τοῖς δὲ σπανία, οἷον τοῖς λύκοις καὶ τοῖς ἱέραξι, τοῖς δὲ σαρκοφάγοις ὀλίγη. De vitio vulgatae scripturae τοῖς δὲ σαρκοφάγοις, ἡ ὕλη, admonuit Scaliger, qui in versione additum σπανία reddidit, et coniunctionem δὲ ante σαρκοφάγοις omisit. Equidem duce versione Guilelmi scribendum censeo: τοῖς δὲ σπανία. Καὶ τοῖς μὲν σαρκοφάγοις, οἷον τοῖς λύκοις καὶ τοῖς ἱέραξιν, ὀλίγη· σπάνια γὰρ — ὄρνεα. Ita recte respondet huic alterum membrum: τοῖς δὲ δασύποσι etc. Ceterum de luporum magnitudine consentit Herodotus 2, 67. καὶ τοὺς λύκους οὐ πολλῷ τέῳ ἐόντας ἀλωπέκων μέζονας. Asinorum magnitudinem et praestantiam testatur etiam *Sonnini Voyage dans la haute et basse Egypte* Tom. II. pag. 353. sqq. De bobus et vaccis vide Abdallatifi notitiam pag. 140. cum annotatione Galli doctissimi Silvestre de Sacy pag. 155.

Ad VIII, 29, 1. Διαφέρει δὲ τὰ ζῶα καὶ τῷ εὐημερεῖν — καὶ περὶ τὰς κυήσεις. Bene ad haec Scaliger annotavit: *Εὐημερία nunc non est propter sese, sed propter hominem. Sane ita est: uti si melius habeant sese viuentes, melius habeant nos mortui.*

Ad Libri IX. Cap. 1. Sect. 1. τὰ μὲν γὰρ παρ' ἀλλήλων, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, ὅσαπερ ἀκοῆς — διαισθάνεται τὰς διαφοράς. Gaza γὰρ scriptum legit et sic vertit: *alia enim vicissim inter se, alia ab homine, (quae scilicet auditu non carent,) non modo strependi sed etiam significandi differentias possunt dignoscere.* Copulavit igitur verba ὅσαπερ — μετέχει cum membro παρὰ τῶν ἀνθρώπων, reliqua communia fecit propositioni; sed ita omissum oportet in postremis geminum ὅσα. Scaliger: *qualia sunt quae audiendi sensus sunt participes, non solum ad sonorum sed etiam ad notarum differentias percipiendas.* Quemadmodum etiam Camus: *ce sont ceux qui sont capables d'entendre: je ne veux pas dire seulement d'entendre la difference des sons, mais de plus, de discerner la varieté des signes.* Quam rationem si sequaris,

et sane ea mihi melior videtur, omissa coniunctione *γὰρ*, copulaque *καὶ* assumta, quam offert versio Guilelmi, sed alieno loco intersertam, scribendum existimo: *ὅσαπερ ἀκοῆς μετέχει, καὶ μὴ μόνον τῶν ψόφων ἀκούει, ἀλλὰ καὶ τῶν σημείων διαισθάνεται τὰς διαφοράς.* Certe auditu non est opus ad percipiendas signorum, quae nutu, pulsu, tactu, tractu et occursu dantur, differentias. Verbum *ἀκούειν* dicitur quidem apud poetas sensu latissimo et cum omnibus fere sensibus communicatur, sed nomen *ἀκοὴ* fere semper intra fines vnius audiendi sensus continetur.

Ibidem sect. 3. *τὰ δ' ἄῤῥενα τοὐναντία.* Dare volui e libro Guilelmi *τἀναντία.* Sed praestat *τοὐναντίον* e more Philosophi scribere.

Ibidem sect. 4. *καὶ, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ ἀνδρειότερον.* Posterius *καὶ* e vulgari scriptura errore meo adhaesit, iterum delendum, quia Scaligeri emendatio anteriorem ei sedem assignauit.

Ad Cap. II. sect. 1. *Πόλεμος μὲν οὖν πρὸς ἄλληλα.* Coniunctionem *οὖν* omiserunt tres Interpretes; neque apparet, quo referatur. Igitur suspicio est, excidisse quaedam, quae transitum facerent ad hanc sectionem. Ibidem paulo postea Scaliger merito coniecit scriptum fuisse *ἀποκτένη ἢ ἐκβληθῇ.*

Ibidem sect. 4. *τρυγὼν δὲ καὶ χλωρεύς.* Scaliger ad haec: *Ergo chloreus magna est auis. Et quaedam auis in Liguribus Taurinis, quae vulgo* cloris *dicitur, par turturi aut fortasse maior, rostro longo. Ea adeo praestat volatu, vt difficillime a falcone possit assequi. Fortasse ea est, de qua hic Philosophus: quanquam neque lutea neque viridis est.*

Ibidem: *τύπανον* vel, vt alii libri, *τύμπανον*, vulgo *ταπύνον*, Scaliger putat eam esse auiculam, quae ab Italis *misellus* vocetur.

Ibidem: *κάλαριν* ita interpretatur Scaliger: *Cum aegolius, de quo alibi, auis sit nocturna, oportet vt cala-*

ris etiam noctu appareat: aliter quomodo eum interficeret? At quid sit calaris, quaerendum.

Ibidem sect. 6. χλωρίωνι. Scaliger: *Alia a χλωρεύς, parua auicula est. Galli* verdon *vocant, Itali* phryson. *similis currucae, sed fusciuscula, et crassior, et rostro valentior. Supra octauo libro eandem χλωρὶν nominat.*

Sect. 7. ἄνθος. Scaliger: *Auem*, inquit, *nos nouimus, quae Aristotelicae descriptioni conuenit, quaeque quodammodo equi vocem et hinnitum imitari videtur: quanquam et vocis flexus et deductiones alias habeat, et non solum herba vescatur, sed etiam vermibus et seminibus.* Bruant *a Gallis dicitur.*

Ibidem: κωλώτην Scaliger suspicatur esse insecti genus aliquod ex scarabaeorum familia. *Maxime enim*, inquit, *cum degant scarabaei in stabulis, vt ex stercoribus victum sibi parent, saturi cubant in praesepiis. Asini vero cum trahunt ad se foenum, quod comedant, colote e somno et quiete excitata, idque moleste ferens, pro poena et vindicta sese in nares asini immittit.*

Sect. 8. ἀστερίας καλούμενος. Scaliger: *Hic est, quem* Vac *vocant aucupes: vocem enim hanc mittit. Vidimus in Liguria, falcone imminente, nolle ab arbore discedere: sed perticis exactum non multum repugnasse.*

Ad IX, 3, 1. τὰ γὰρ λοιπὰ συνδυάζονται μὲν ἅπαντα, τὰς δ' ἀγέλας ποιοῦνται κατ' ἐνίους καιρούς. Gaza vertit: *reliqui omnes coniugia agunt quidem, sed greges statis temporibus, vt modo dixi, constituunt.* Scaliger verba τὰ γὰρ — μὲν ἅπαντα sectioni priori, reliqua posteriori attribuit, et vertit sic: *Reliqui enim omnes etiam in coniugia conueniunt. Greges coguntur statis, vt diximus, temporibus, cum vterum gerunt, aut cum pepererint.* Ad quae annotauit haec: *Affectus vniuersalis est, esse σύζυγον aliquando, adeo vt in gregibus etsi nonnulli mas ac foemina fortuito coeant, vt in armentis, tamen in quibusdam certa sint coniugia, vt in auibus.* Συνδυάζεται

ἅπαντα. *intelligo* τὸ, ἅπαντα *cautius. Neque enim omnes pisces coeunt: pauci enim ex planis congregantur.* Ad posteriorem sectionem haec: *Repetit gregalium naturam a tempore congregandi. Sed sane Theodorus mirifice hic falsus est. Sic enim ait: — At enim vero falsum est, non gregales greges constituere. Dicit Philosophus, gregalium quosdam non fortuita venere vti ex copia et frequentia congregalium, sed in coniugii officio permanere: alios autem pisces, qui ex coitu oriuntur omnes. Item coniungi binos ad foetum fortuitum.* (Scripsisse videtur: *oriuntur, omnes item coniungi binos ad foetum fortuito.*) *Quomodo igitur dicat hos congregari, quos vocat* λοιπὰ *a gregalibus? Sed sic est: vt* λοιποὶ *non semper* σύνδυο *agitant.* (agitent?) *Sed* συνδυάζονται *tempore conceptionis. Sic illi congregantur certis temporibus.* Omisit tamen vir egregius in versione coniunctiones μὲν et δὲ, vt Gaza causalem γάρ. Camus grauius peccauit vertendo: *Ce n'est pas même assez à l'égard de quelques-uns de ces poissons, de dire qu'ils vivent en troupe, il faut dire que, parmi eux, il y a une union permanente entre le mâle et la femelle. Tous les poissons se joignent bien par couples, mais, comme je l'ai observé, ils ne vont en troupe que dans une certaine saison, lorsque les femelles sont pleines, au lieu qu'il y en a, qui demeurent en troupe même après ce tems.*

Ibidem sect. 2. οὐ μόνον τὰ ὁμόγονα. Recte monuit Scaliger, postremam vocem esse positam pro ὁμογενῆ. Verum scripturam vitiosam esse censeo, et scribendum ὁμογενῆ.

Ad IX, 4, 1. κατά τε δειλίαν — καὶ ἄνοιαν. Diuersam scripturam reddidit Gaza: *fortitudine, ignauia, mansuetudine, ferocitate, mente, dementia.*

Ibidem sect. 2. Ἐγκαθεύδειν — αἱ γὰρ ὄϊες μᾶλλον ἡσυχάζουσιν. Vulgatam αἱ γὰρ αἶγες μᾶλλον μηρυκάζουσιν Scaliger ita vertit: *Frigidioribus locis libentius cubant oues. Caprae autem plus ruminant et facilius accedunt*

ad hominem. Particulam causalem γὰρ in annotatione tollendam censuit, quia sensui officiat.

Ad IX, 5, 1. νέμονται καθ' ἑταιρίας καὶ συνηθείας. Gaza vertit: *per societates atque consuetudines.* Similiter Camus: *paissent aussi par compagnie. Elles s' habituent les unes aux autres, de sorte que si quelqu'une s'égare les autres la suivent — ils ne manquent pas de faire le dénombrement de toutes.* Scaliger contra: *Boues et sociatim et communi pascuntur more.* In annotatione posuit haec: *Appellat ἑταιρίαν, quod supra ἀγέλην, et συγγένειαν. Per συνήθειαν autem voluit dicere κοινὸν ἦθος, καὶ τὴν συννομὴν, non autem, vt ait Theodorus, consuetudines. Quid enim est pasci per consuetudines?* Verbum latinum Gazae recte taxauit Scaliger, ipse συνηθείας male τὴν συννομὴν interpretatus. Quid enim est, pasci κατὰ ἑταιρίας καὶ συννομάς? Συνήθειαι sunt et dicuntur vaccarum, quae sibi inuicem assueuerunt. ἑταιρεῖαι sunt earum, quae sese sponte associarunt vel propter aetatem, vel propter cognationem.

Verbum postremum ἐπιζητοῦσι male Gaza vertit: *totum armentum requirant, necesse est.* Rectius Scaliger, quem sequitur Camus. Addit Scaliger in annotatione: *Ergo lustrato armento oculis, si vnam non inueniant, recensent armentum, tanquam plures perierint.* Scilicet πάσας referre oportet ad eas vaccas, quae pertinent ad ἑταιρίας et συνηθείας antea commemoratas.

Ad IX, 7, 3. κινεῖ τὸν αὐχένα, ἵνα μὴ συνδάκῃ. Gaza vertit: *ceruices mouet, ne comprimat.* Scaliger: *collum mouet, ne mordeat.* Camus: *il remue le col afin de ne le pas mordre.* Scaliger ad haec annotauit ita: *Nescio quare collum moueat. An vero colli quies faciet, vt morsu conterat? Plinius somno datum atque hiantem narrat. At hic videtur regulus etiam occluso ore manere tuto.* Videtur Scaliger verba κινεῖ τὸν αὐχένα retulisse ad crocodilum; ego vero ad trochilum referenda suspicor cum Antigono,

qui pro συνδάκῃ scriptum ideo συνδηχθῇ probauit. Tum vero quaeritur, quid κινεῖν τ. τρ. significet? Num collum crocodili mouet et pungit? Insolens haec est verbi notio. An ipse suum trochilus collum mouet et protendit, quo tutior egrediatur medius inter dentes serratos et exsertos? Denique Plutarchus de Solertia animal. c. 31. p. 192. Hutt. hunc locum ita reddidit: ἂν δὲ μετρίως ἔχων ἤδη βούληται συναγαγεῖν τὸ στόμα καὶ κλεῖσαι, προκλίνει τὴν σιαγόνα καὶ διασημαίνει, καὶ οὐ πρότερον καθίησι ἢ συναισθανόμενον ἐκπτῆναι τὸν τροχίλον. Is igitur συνδηχθῇ similiter scriptum legisse videtur, et verba ὅταν ἐξελθεῖν βούληται, intellecto αὐτὸν, ad crocodilum retulisse. Sed in istis προκλίνει τὴν σιαγόνα haeremus, quae minime reddunt Aristotelicum κινεῖ τὸν αὐχένα, nisi motum musculorum colli intelligas, a quibus oris apertio et clausio pendet. Ipsum verbum προκλίνει etiam vitiosum visum est Reiskio, qui προσκλίνει scribi voluit. Sed si oris aperti maxillas dimetas, id est superiorem sublatam, inferiorem autem depressam cogitemus, aut si sequimur veterum opinionem, et superiorem solam sublatam cogitemus, (id quod voluisse fieri videtur Plutarchus, cum singulari numero τὴν σιαγόνα, *maxillam*, diceret,) recte sane maxilla sublata et erecta potest dici προκλίνεσθαι, inclinari, vt inferiori propior fiat, eoque ipso motu trochilum de exeundo admoneat. Quod si προσκλίνει scribas, significatur quidem motus eiusdem maxillae, ea tamen cum conditione, vt non tam erectae depressio, quam depressae accessus ad inferiorem intelligatur, qui est a consilio scriptoris alienus.

Ad IX, 8, 1. Δίδωσι δὲ ἑκατέρῳ διατηροῦσά τινι συνηθείᾳ τὸ προειληφὸς, ὅπως — λάβῃ. De vitio loci et scripturae vulgaris suspicatus Scaliger ita annotauit: *Melius διατηροῦντα διδόασι. Deinde συνηθείᾳ minus recte. Non enim hoc ex assuetudine faciunt, sed ex instinctu.*

Nam statim prima actione id agunt. Postea ἑκατέρῳ male: plures enim pullos gignunt, nunquam binos, quod viderim. Itaque Theodorus singulis dixit, et addidit mira aequitate. In vulgatis Theodori libris verba ista sunt in priore membro addita sic: *in enutrienda prole mira tam mas quam foemina aequitate elaborat.* Omnino κατὰ μέρος scribendum ex Antigono, quod Gaza vertit *singulis*, Guilelmus *alternatim.* Verba τινὶ συνηθείᾳ, ab Antigono omissa, manifesto falsa et vitiosa sunt. Hoc vero in loco malim equidem posita, quae Gaza supra inseruit et vertit *mira aequitate.* Camus sensum verborum corrigere conatus est ita, vt poneret: *donne à manger à chacun de ses petits successivement: une certaine habitude lui fait remarquer celui par lequel elle a commencé.* Scaligeri *vtrique* mutaui.

Ad IX, 9, 1. ὅταν ποιήσωνται ἐν τῷ λείῳ κονίστραν. Gaza vertit: *facta in aprico area.* Scaliger: *vbi in loco glabro puluerem excitarint, nusquam alibi pariunt. Sed concepto loco spina quapiam — ibi ponunt oua et fouent.* Quem secutus Camus ait: *mais après avoir ramassé de la poussière dans un endroit uni: car il leur faut un pareil endroit pour pondre: ils y arrangent quelques épines et autres brindilles, pour se cacher.* Deinceps Scaliger haesit in verbis καὶ οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ τίκτουσι καὶ ἐπῳάζουσι. *Mirum igitur*, inquit, *quomodo oua transferant, nisi vnguibus apprehensa. Mirum igitur: supra enim dixit ἐνταῦθα τίκτουσι καὶ ἐπῳάζουσι. Contraria enim sunt ἐνταῦθα et οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ.* Verum minime contrarium est ἐνταῦθα illis οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ: nam ἐνταῦθα simpliciter naturam et situm loci delecti seu κονίστρας significat, non eundem locum. Hunc vero mutare potest, dummodo sit eiusmodi, qualis antea descriptus. Modo de facti veritate constaret.

Ad IX, 6, 4. αἱ ἔλαφοι — τοὺς καρκίνους — ἐσθίουσι. Oppianus Cynegetic. 2, 253 sqq. narrationem transtulit ad

ceruos Libycos et serpentes ibi ingentes, qui magno numero ceruos quiescentes inuadere dicuntur: *ἑσμὸς ἀπειρεσίων ὀφίων στυγεραί τε φάλαγγες*. Contra Aristoteles H. A. 8, 22, 3. in omni Libya ceruum extare negat. Idem Oppianus versu 285. seqq. cancros fluuiatiles comestos remedium vulneribus praestare ait, et serpentium reliquias dentibus adhuc inhaerentes corpori ita excidere. Similis est narratio de bobus a Libycis serpentibus immanibus interfectis et triremem inuadentibus apud nostrum 8, 27, 6. Obiter moneo, extare apud Eustathium ad Iliad. p. 578. ed. Basil. narrationem de Idae serpentibus magnis, qui ceruos aggressi eliserint: *ἱστορεῖται δὲ καὶ ὄφεις τὴν Ἴδην ἐνεγκεῖν ποτε, οἳ καὶ ἐλάφους, φασὶν, ἀνῄρουν εἰλούμενοι περὶ τὰ σκέλη αὐτῶν καὶ περὶ τοὺς αὐχένας, καὶ δένδροις προσαρτῶντες αὐτούς*. Ceterum Oppianus praeter damam nouit etiam axin Indiae Plinio dictam 8, c. 21. Illam *εὐρυκέρωτα* vocat 2, 293. hanc *ἴορκον* 296. Kyranis secunda p. 77. ceruorum species tres enumerans: *et vna species vocatur πλατύκερως, i. habens cornua lata et excelsa.* Recentioribus Graecis damam audire *πλατυκέρωτα* et *πλατώνιον* testatur Cangius in Glossario, in Macedonia *πλατάγωνι* vocari ait Bellonius Observ. I, 54. qui *πρόκα* Aristotelis esse damam existimauit.

Qui *σοῦβος* appellatur ab Oppiano 2, 382. (in Codice Veneto *σοῦβλος*), nec ad ceruorum nec ad ouium caprarumve genus pertinere videtur, si recte poeta versu 385. dixit *εὐρύτατον μέτωπον*, bouillo generi fere peculiare. Nomen subi alibi non repertum habet Anonymus Augustanus MS. c. 33. *ὅτι ὁ σοῦβος ὡς πρόβατόν ἐστι ξανθὸν καὶ λεῖον*, etc.

Ad IX, 9, 2. *σώζηται ἀθρόα, οὐκ ἔρχεται πρὸς αὐτά.* Sylburgii coniecturam *ἀθῷα* recepit Camus, qui recte monuit, Gazam videri scripturam *ἀπέρχεται ἀπ' αὐτῶν* reddidisse.

Ad IX, 10, 1. *ἔτι δὲ τῶν τοιούτων — καὶ ὄρτυξ.* In

annotatione erratum video in eo, cum *τοιούτων* referrem ad aues *πτητικάς*. Nam nominatus ὄρτυξ antea inter aues *μὴ πτητικάς*, et in altero membro repetitus, docet, easdem nunc sub voce *τοιούτων* intelligi debere.

Ad IX, 10, 2. *Ἔστι δὲ τῶν δρυοκολαπτῶν ἓν μὲν γένος — ἀλεκτορίδος θηλείας*. Scaligeri annotatio ad h. l. haec est: *Picorum genera nobis quoque tria nota sunt. Vnum pusillum, minus merula, subluteum, subcinereum, quem etiam infra cyaneum vocat Philosophus, scandentem muros, atque araneolos depascentem.* Picum murarium *vocant Taurini. Alter picus insignis rubra torque, quem Martium Latini vocant. Cuius rostri firmitas tanta est, quantam praedicat. Is arboribus insidit, easque sic scandit, vt supra dictum est. Idcirco a viridariis* viridarium *Taurini dicunt. Martius mas capite insigni diademate: at foemina dilutiore: sicut et grus et anates mares etiam in pectore. Tertium genus grandius, sed non tantum, quantum dicit Aristoteles. Picum quoque dicimus in Italia, rostro crassiore, morsu validissimo. Is etiam auiculis victitat: musteo colore vario. Voces humanas imitatur. Latine picus varius dici potest*: Tusci ghiandaiam, *Galli* Geay. *Puto eam esse, de qua hic Aristoteles. Picus vero paruus et minor merula, pedibus luteis, colore cetero viridi, pectore tamen albo, etiam eodem modo, quo picus, scandit arbores. Obseruat, vbi picus excauauit, ad ostiolum, vbi ascendit, congerit lutum, vt ostium angustius efficiat: tum ibi se condit. Ita aiunt rustici. Sed puto excauatum ab ipsis, vt sinuosum sit, coarctari luto in aditum angustum. Vocem non eandem cum pico edit, non absimilem tamen. Hos igitur ab opere* bardissonos *vocant quidam Vascones; quoniam lutarios parietes* bardissum *dicunt. Alii etiam* tapissonos: *quia* tapiam *idem opus appellant. Est et in eodem genere alia species longe minor, dorso nigriore. Eae excauant in arbore, vt nidificent, sed non extruunt lutum.* Scaletam

vocant: quia non volatu scandunt, sed reptant lacertarum more.

Ad IX, 11. *οἱ δὲ πελεκᾶνες.* Scaliger ad haec: *Plinius,* inquit, *in Decimo paleam πελεκᾶνα vocat. Puto esse onocrotalum, quem etiam nonnulli Italorum* tarabusum *dicunt. Huic prolobus siue ingluuies vastissima. — Ergo ad mare sunt. Nam in fluuiis conchae nullae aut paucae, saltem nostratibus, quod sciam, et supra negauit.*

Ad IX, 12, 1. *χαραδριός.* Scaliger ita: Calandrinum *vocant Itali corrupta voce, alium a calandra. Et narrant mira de praesagio aegrotorum ab eo sumptis indiciis. Si allatus aegro eius rei ignaro eum auersetur, moriturum: si contra intueatur, euasurum. — Vocem emittit auis haec acutam, et noctu volat, colore subrauo.* Nomen auibus pluribus commune fuisse videtur, aut Babrius vt poeta nimia licentia fingendi vsus est, cum charadrium auem introduceret cristatam in aruis cum alauda nidulantem et mane cantillantes in Fabula, quam hic primum in choliambos redactam ponam.

Χαραδριὸς ἦν τις ἐν χλόῃ νεοττεύων,
τῷ κορυδαλῷ πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντᾴδων,
καὶ παῖδας εἶχε ληΐου κόμαις θρέψας,
λοφῶντας ἤδη καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.
Ὁ δὲ τῆς ἀρούρης δεσπότης ἐποπτεύων
ἀνθηρὸν ὂν τὸ θέρος, εἶπε· νῦν ὥρη
πάντας καλεῖν με τοὺς φίλους, ἵν' ἀμήσω.
Καί τις χαραδριοῦ τῶν λοφοφόρων παίδων
ἤκουσεν αὐτοῦ, τῷ τε πατρὶ μηνύει,
σκοπεῖν κελεύων, ποῦ σφέας μεταστήσει.
Ὁ δ' εἶπεν· οὔπω καιρός ἐστι τοῦ φεύγειν·
ὃς τοῖς φίλοις πέποιθεν, οὐκ ἄγαν σπεύδει.
Ὡς δ' αὖθις ἐλθὼν ἡλίου θ' ὑπ' ἀκτίνων
ἤδη ῥέοντα τὸν στάχυν θεωρήσας,
μισθὸν μὲν ἀμήτορσιν αὔριον πέμπειν,
μισθὸν δὲ πᾶσι δραγματοφόροις δώσειν

ἔλεγεν, εἶπε χαραδριὸς πᾶσι νηπίοις οὕτως·
Νῦν ἐστιν ὥρη, παῖδες, ἀλλαχοῦ φεύγειν,
ὅτ' αὐτὸς αὐτῷ κ' οὐ φίλοισι πιστεύει.

Versum 3. cum quarto laudauit Suidas in voce λόφος, vbi tamen legitur κόμη. In Codice Vaticano, vnde hanc fabulam cum non paucis aliis Babrio facile vindicandis, inter multas alias stilo barbaro scriptas, sine nomine auctoris descriptas publicauit nuper Italus, Franciscus de Furia, No. 379. p. 155. editionis Lipsiensis, deerat verbum εἶχε, et scriptum erat πτερίοιν. Idem Suidas versum 18. et 19. sub verbo ἀμᾶν posuit cum varietate ὄντως ἐκ τόπων φεύγειν, ὅτ' αὐτὸς ἀμᾷ. In Vaticano erat φίλοις, rectum dedit Suidas. Loca duo Suidae animaduertit et ad fabulam de alauda apud Gellium 2, 29. latine extantem retulit Tyrwhitt de Babrio p. 57. edit. Erlang.

Ibidem sect. 2. τὴν καρδίαν οὐ κατεσθίει. Contra Scaliger: *At nos scimus falsum esse hoc. Et Auicenna contradicit, atque eum corde oblectari.*

Ibidem: μετεώρου γῆς. Aquiloniam interpretatur Scaliger. Idem sectionis 3. brenthum vel brinthum auem sibi incognitam esse fatetur; *nisi*, inquit, *forte ea sit, quam vulgus passerem solitarium vocat. Ad turdorum accedit magnitudinem: montes ac siluas amat, tota maculis nigricantibus fulua est: cantat suauissime.*

Ad IX, 14, 1. κίττα. Scaliger ad h. l.: *Picam Latini, Tusci puttam, quidam Itali garzam, Taurini agathiam, Franci piam, Vascones agazam vocant.* Sed hodie satis constat, diuersam esse Graecorum κίτταν: de qua in annotatione priore dictum est.

Ibidem: ἐν τοῖς κρημνοῖς τοῖς μαλακοῖς. Gaza vertit: *praecipitiis mollioribus.* Scaliger pessime: *in rupibus mollioribus.* Et tamen in annotatione addit: *Quis vnquam vidit rupem mollem? Sed intellexit terram aut quouis alio modo quam excauat.* Camus: *dans des endroits escarpés,*

mais où la terre est molle. Satis de voce dictum in annotatione.

Ibidem sect. 2. χλωρὶς, διὰ τὸ τὰ κάτω ἔχειν ὠχρά. Scaliger ad haec: *Sunt igitur tres affini nomine aues: χλωρεὺς, χλωρίων, χλωρίς. Grandis auis est χλωρεύς. At χλωρίων est quem viridonem diximus, frisonem Itali. χλωρὶς, quam Vascones verdaugiam vocant, id est viridem aniculam, minus crassam, et rostro minus robusto, quam viridi.*

Ad IX, 15. ἡ ἁλοσάχνη. Dioscoridis locum comparauit etiam Scaliger. In communionem eiusdem nominis venit etiam aliud corpus marinum, de quo Herodotus, medicus Oribasii, Collectan. p. 345. editus nuper a Cel. Matthaei: τό τε λεγόμενον ἁλῶν λῖπος, ὅ τινες ἁλοσάχνην καλοῦσι. Adhibet is ad humorem oculis detrahendum cum melle, hyssopo, anagallide atque aliis.

Ad 9, 16, 1. ἑώραται μὲν γὰρ — Νεοττεύει δὲ καὶ οὗτος — σκώληκας. Gazae versio: *Iam vel decem et septem oua atricapillae reperta sunt*, haec et sequentia omnia ad melancoryphum, non ad aegithalum retulit. Contra Scaliger verterat: *Aliqui etiam a melancorypho plurima edi autumant. Sed plura adhuc struthionem afrum. Etiam ad septem et decem visa sunt. Sed enimuero etiam plura quam viginti. — Nidificat aegithalus in arboribus et vermes depascitur.* Oratio graeca sane est ambigua. Mihi tamen commodius et rectius melancoryphus intelligi videtur, quam aegithalus, propter additam particulam γὰρ et illud καὶ οὗτος, quod satis etiam arguit, nidificationem et victum vtrique esse communem. Sed vulgus extra tria aegithalorum genera vel species supra 8, 5, 3. nominatas seorsum nominabat peculiari nomine melancoryphum, quanquam ad idem genus pertinentem. Aristoteles ipse etiam tribus aegithalorum generibus l. c. statim subiicit σνκαλίδα, μελαγκόρυφον, πυῤῥούλαν, non quasi genere diversas, sed vt congeneres, sed nomine vulgari distinctas

aues. Quo ducit etiam locus Alexandri Myndii apud Athenaeum 2. p. 65. (250. Schw.) vbi alter aegithalorum ab aliis πιρία vel πιρίας, ab aliis ἐλαιὸς vocari traditur. Videtur enim idem esse nomen πιρίας et πυῤῥούλας, fortasse vtrumque e πυρίας corruptum, vt a temporibus anni, non a victu diuerso eadem auis ἐλαιὸς, πυρίας et συκαλλ. dicatur.

Ibidem sect. 4. φαρμάκεια. Forma vocis sine dubio vitiosa et alibi nondum reperta. Φαρμακίδες sunt supra 6, 22, 6. Alii φαρμακεύτριαν dixerunt, quod etiam hic praefero.

Ad IX, 18, 2. κιχλῶν δ' εἴδη τρία. Scaligeri annotatio haec est: *Maximam illam speciem audaces ad omnia euertenda quidam attagenem professi sunt, maximo litterarum incommodo.* Griua *a Francis dicitur; quarum duo sunt genera sub eodem nomine. Haec maxima picae magnitudine. Altera parua griua. Huius secundi generis duas species nouimus, quarum vna* trida *a Vasconibus, altera* turdus *dicitur. Figura et facie adeo dissimiles* (similes?), *vt nonnunquam rustici in agnoscendo fallantur. Turdus quidem minor et sapidior, autumno praecipue; quo tempore racemis vescitur, et eo cibo pinguissimus euadit. At τριχάδα male Theodorus* pilarem *vocat, quasi τριχὰς sit παρὰ τὰς τρίχας. A stridore sic dicta videtur. Etiam, vt dixi, nunc maior a Vasconibus* trida *vocatur. Tertiam speciem, quam Philosophus hic iliadem appellat, apud nos extare non puto: quare non male ilias quasi ex Ilio dicitur. Qui eam ad auem nostratem, quae vulgo* mauvis *appellatur, traducunt, traducunt quidem potius veritatem, quam eruunt. Trichadem vnam habuimus nos argutissimam. Etiam hieme ad focum noctu cantillabat.*

Ad IX, 19, 1. χλωρίων. Scaliger: *Auem,* inquit, *tam grandem luteam aliam non nouimus, quae chlorioni respondeat, praeter eam, quam supra ostendimus. Quare*

audacter nostrum verdon *esse asserimus: turture tamen paulo minor est.*

Ibidem: *μαλακοκρανεύς.* Scaliger de hoc ita: *Aegithali supra in octauo tria ponit genera, vnum maximum, fringillae magnitudine, de quo nihil aliud. Hic autem ait malacocranea turdo minorem, praegrandi capite, ore robusto. Existimauimus illud maximum genus aegithali huic conuenire, vocarique ab Italis* frisone del becco grosso, *a Gallis* gros-bec, *a Vasconibus* durbec. *Atque in eo toti essemus, nisi Philosophi autoritas scrupulum moueret. Ait enim eum totum esse cinereum: at noster* durbec *capitis apicem luteum habet, collum autem cinereum, alarum summitates albas. Reliqua conueniunt. Nam et os capitis molliusculum est. In eo tamen adhuc perstamus, quousque doctior quidam melius pronunciarit. Qui vero hanc appellationem tribuunt pico vario, quem Galli* geay *vocant, plane inscitiam suam prodidere* etc. Idem de pardalo putat magnitudinem obstare, quo minus esse possit auicula, quam Galli *linotte* vocant.

Ad IX, 19, 3. *Κολοιῶν — εἴδη τρία.* De his Scaliger: *Summum genus gracculorum ponit. Primam speciem κορακίαν, quoniam coruo sit propior; quasi dicas coruium. Rostrum tantum dicit rubrum: at apud nos pedes etiam rubent. Magna copia in Taurinis, vbi* chicas *vocant, et agro patrio, vbi* tacola *dicitur:* cacaola *a Vasconibus. Auicenna in Cap. quarto libri octaui* Tricat *vocat. Alterum genus dicitur lupus: grande sane in Vasconia, neque minus minore, totum nigrum: columbis infestum: vorat enim eius oua, atque etiam pullos. Hieme maxime gaudent et ludunt: in opis parietum nidificant: gregales sunt. Neque longe ab aedificiis praeuolat. Tertium genus minimum: neque enim aequat columbam: valde elegans et concinnum, tenui corporatura, non tanta nigredine: sed quod maxime cicuratur et colludat. Furacissimum est animal. Nos ex eo genere vnum aluimus mira voluptate.—*

Franciscus Mussurus, vir doctus, — non posuit nisi tria genera, simul etiam Lydio enumerato, et omisit τὸν βωμολόχον; dicitque lupum appellari a suis Scurapolam. *Nomen tamen paruo plus competit, vt scurram dixerint τὸν βωμολόχον. Sed plus fidei habuit Theodoro transferenti, quam Aristotelis Codici. Nos autem tria illa genera, praeter quartum illud Lydium, omnia vidimus. Albescunt plumae aliquot primo generi hieme ad pectus: etiam in alis et in capite conspeximus: multas enim venati sumus plumbeis globulis. — Monedula autem nomen fuit augurum, quoniam esset* oscent: monere *autem* loqui. *Non, vt quidam putauere, a moneta, quia monetae amantissima sit monedula.*

Ad IX, 19, 6. *ἴβεις — ἐν δὲ Πηλουσίῳ εἰσίν.* Hic atque iterum de Generatione 3, 6. haec de ibi tradit noster: *εἰσὶ γάρ τινες, οἳ λέγουσι κατὰ τὸ στόμα μίγνυσθαι τοὺς κόρακας καὶ τὴν ἴβιν, καὶ τῶν τετραπόδων κατὰ τὸ στόμα τίκτειν τὴν γαλῆν. Ταῦτα γὰρ καὶ Ἀναξαγόρας καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν φυσικῶν λέγουσι.* Quae de gemina ibi hic traduntur, ducta putant viri docti e loco Herodoti 2, 76. quem hic emendatiorem ponam, quam vulgo legitur. *Εἶδος δὲ τῆς μὲν ἴβιος τόδε· μέλαινα δεινῶς πᾶσα, σκέλεα δὲ φορέει γεράνου, πρόσωπον δὲ ἐς τὰ μάλιστα ἐπίγρυπον, μέγαθος ὅσον κρέξ. Τῶν μὲν δὴ μελαινέων τῶν μαχομενέων πρὸς τοὺς ὄφις ἥδε ἰδέη. Τῶν δ᾽ ἐν ποσὶ μᾶλλον εἱλευμενέων τοῖσι ἀνθρώποισι (διξαὶ γάρ δή εἰσι αἱ ἴβιες) ἥδε· ψιλὴ τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν δειρὴν, πᾶσα λευκὴ πτεροῖσι πλὴν κεφαλῆς καὶ αὐχένος καὶ ἄκρων τῶν πτερύγων καὶ πυγαίου ἄκρου· ταῦτα δὲ, τὰ εἶπον, πάντα μέλαινά ἐστι δεινῶς, σκέλεα δὲ καὶ πρόσωπον ἐμφερὴς τῇ ἑτέρῃ.* Vulgatur ibi: (*— ἴβιες,*) *ψιλὴ — δειρὴν πᾶσαν· λευκὴ — καὶ τοῦ αὐχένος — Ταῦτα δὲ τὰ εἶπον πάντα, μέλανά ἐστι δεινῶς.* Initio *ἡ ψιλὴ* est in tribus Codd. vbi latet *ἥδε*, intellecto *ἰδέη*, quo pronomine omisso, claudicat structura: nec commode licet hic cum Reiskio et Wesse-

lingio repetere ἤδε ἰδέῃ e priore membro. Deinde πᾶσα λέυκὴ πτεροῖσι non solum approbabit lectoribus oppositum μέλαινα δεινῶς πᾶσα, sed etiam sequens πλὴν cum additis membris, quae excipiuntur. Articulum ante αὐχένος et πυγαίου omittit Aldina cum aliis libris, nec opus esse, docet membrum πλὴν κεφαλῆς. Postea μέλανά ἐστι δεινῶς fecerunt, qui non animaduerterant accusatiuos ταῦτα πάντα, vti sequitur σκέλεα δὲ καὶ πρ. ἐμφερὴς, intellecto κατά. Ita oratio mollior fluit, nec persona mutatur, vt in vulgatis ταῦτα μέλανα et σκέλεα — ἐμφερής. Ibi enim ταῦτα sunt membra, hic ἐμφερὴς ad auem totam refertur. Denique superius, μέλαινα δεινῶς πᾶσα, etiam hoc, πάντα μέλαινά ἐστι δεινῶς, approbare videtur.

Nunc videamus, quomodo viri docti eandem e verbis Aristotelicis sententiam extuderint, quam fundunt Herodotea. Camus in Commentario p. 446. ita disputat: *Pour sentir la parité des deux textes, il suffit d'observer que Péluse qui est nommé par Aristôte, est le lieu de l'Egypte le plus voisin de l'Arabie, sur la même ligne que la ville de Butus. Les gorges dont parle Herodote, étoient donc voisines de Péluse, et ainsi, c'est en suivant Herodote, qu' Aristote établit dans le canton de Péluse les ibis noires.* Scilicet verba Herodoti c. 75. Ἔστι δὲ χῶρος τῆς Ἀραβίης κατὰ Βουτοῦν πόλιν μάλιστά κου κείμενος· καὶ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον ἦλθον etc. ita vertit Camus: *Il y a un canton de l'Arabie qui est du côté de la ville appellée Butus.* Illa autem posteriora, τῶν ἐν ποσὶ μᾶλλον εἰλουμενέων τοῖσι ἀνθρώποισι, ita: *qui font leur sejour dans les lieux habités et au milieu des hommes.* Satis bene vtrumque! Manifesto igitur Herodotus genus ibidis nigrum, serpenticidam, facit agreste, album contra mansuetum. Praeterea nihil inest verbis, vnde de loco habitationis aliquid arguere liceat. Nouum est, quod ignoto auctore tradit Aelianus de nat. anim. 2, 38. albas ibides angues ex Aethiopia cum Nilo abundante aduenientes occidere.

Versio vulgata Herodoti cap. 75. habet: *Est autem Arabiae locus ad Butum vrbem fere positus:* et Wesselingii annotatio: *Alia haec atque ea Buto, quae Latonae oraculo censebatur, quippe Arabiae adfinis: longe inde Sebennyticum Nili ostium, radens Butum illam atque alluens Cap. 155.* Quae sunt plane falsa. Eadem est illa cap. 155. Buto, vti verba ipsa satis docent haec: οὔνομα δὲ τῇ πόλι ταύτῃ, ὅκου τὸ χρηστήριόν ἐστι, Βουτὼ, ὡς καὶ πρότερον οὐνόμασταί μοι. Male etiam Gallicus interpres, *Larcher: Il y a dans l'Arabie, assez près de la ville de Buto.* Sed multo grauiores eius sunt errores in notitia ibidis. Primum verba τῶν ἐν ποσὶ μᾶλλον εἱλουμενέων τοῖσι ἀνθρώποισι vertit pessime: *Ceux de la seconde espece sont plus communs, et l'on en rencontre souvent.* Sequitur ibidem: *ils ont une partie de la tête et toute la gorge sans plumes.* Ita scilicet voluit occurrere reprehensioni Perralti, qui in anatomia auis pro ibide alba habitae caluum collum et caput neganerat, addens: *Il avoit le dessus de la tête, l'entour des yeux et le dessous de la gorge proche le bec degarnis de plumes, et revêtus d'une peau rouge et ridée.* Scilicet cum verba graeca habeant vulgo ψιλὴ τὴν κεφαλὴν καὶ δειρὴν πᾶσαν, vbi postremum vocabulum pertinere videtur ad vtrumque nomen, κεφαλὴν et δειρὴν, Larcher contra ad collum solum retulit, atque inde arguit, non totum caput, sed partem tantum eius caluam esse. At ita superest reprehensionis pars, quae ad totum collum glabrum pertinet, cum Perraltus mentum solum glabrum pronunciauerit. Facilior erat responsio, si mecum distinguas et scribas δειρὴν, πᾶσα λευκὴ πτεροῖσι. Sed fateor, ne sic quidem notitiae Perraltianae respondere Herodoti descriptionem, quam ita interpretari oportet: *Nigra tota vehementer est, cruribus instar gruis, facie* (rostro) *maximum in modum adunca, eadem qua crex magnitudine. — At earum quae ante pedes hominibus versantur magis haec est forma. Nudum*

(caluum) *caput et colli inferior pars; corpus totum pennis album praeter caput, colli posteriorem partem, extremas alas et vropygium extremum, quae omnia valde sunt nigra: ceterum cruribus et facie alteram refert.* In hac notitia non potui agnoscere auem, quam Perraltus pro ibide venditauit alba, neque eam, quam Cuuerius, neque quam nuperrime Gallus Savigny, peculiari libro de Ibide edito, cum aue Herodotea comparauit. Quod autem postremo loco nominatus Gallus Aristotelis auctoritate conuincere conatur narrationem de serpentibus alatis ab ibide nigra occisis, in eo fallitur egregie. Philosophus enim etsi serpentes alatos cum ibide non commemorauit, alibi tamen 1, 5, 4. serpentes Aethiopiae alatos e narratione aliena nominauit: atque omnino locus de duplici ibidis genere ex alio auctore ductus esse videtur, vt supra iam dixi.

Denique locum Plutarchi Symp. Quaest. 4, 5. qui Cuverio merito obscurus visus est, de ibide: *ποιεῖ δὲ τῇ τῶν ποδῶν ἀποτάσει πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τὸ ῥύγχος ἰσόπλευρον τρίγωνον*, e loco eiusdem de Iside apposito iam olim ad Aeliani 10. c. 29. p. 331. ita corrigo: *ποδῶν διαβάσει πρὸς ἀλλήλους καὶ ἀποτάσει πρὸς τὸ ῥύγχος.*

Ibidem sect. 7. *σκῶπες*. Scaliger ita: *Quod hic Philosophus ait, non est verum apud nos. Non enim sunt asiones ἀεισκῶπες: hieme enim non videntur, sed aestate. Potest fieri, vt vnum tantum sit genus, nisi vtrumque simul compareat. Nam quod sint pingues, id euenit etiam aliis auibus quibusdam, vt ascalopaci et alaudae hieme: turdo autumno: coturnici milio maturo. Quod autem vocem tunc non emittant, id euenit etiam merulae, quae non nisi vere ineunte canit, alio tempore muta. Asio a Vasconibus* Ducquet *vocatur, quasi dicas paruum ducem. Nam bubo* Duc *dicitur.*

Ad IX, 21, 1. *οὐ γὰρ ῥάδιον γνῶναι.* Contra Scaliger facillimum ait esse multis notis, quas posuit. Sed is loquitur de diuersa specie. Ita enim narrat: *Hirundinum*

tria sunt genera. Hirundines nigrae, ripariae, et quos dardanellos *vocant. Hi maximi sunt, et apodes male dicuntur: pedes enim habent. At optime κακόποδες: passae alae plus quam pedis spatium occupant. Nigri toti, excepto gutture alba macula notato. Fronte depressa, rostro depresso ac lato et breui, cruribus crassis.* Bibios *Taurini vocant a sono, vbi sunt frequentissimi. In Vasconia rari: mirum in modum pulli pinguescunt. Ἀπὸ τῶν κυψέλλων nomen habent. Κύψελλος enim alueolum, non castellum, vt Theodorus est interpretatus, significat. In opis vero parietum nidificant: in terra vbi sunt, nequeunt sese attollere, propter alarum magnitudinem et crurum breuitatem. Sed ab interiore nido reptant ad summum labrum vsque. Inde sese librant in aerem. Vt haec quoque sit differentia inter ipsos et hirundines. Alia item est. Non enim candidum ventrem habent ii, quos vidimus, et magnitudine dupla sunt: et voce distant. Neque enim canunt, sed vociferantur in sibilo.*

Ibidem sect. 2. *αἰγοθήλας.* Scaliger: *Qui hanc auem esse putant, quae a Gallis* effraye *et* fressaye, *a Vasconibus* bresaga, *quasi* praesaga, (*nam et inauspicatissimi ominis vulgo habetur,*) *dicitur, suis satis firmis vtuntur coniecturis. At maiore audacia, ne dicam temeritate, mouentur, cum strigem audeant asserere. — Montanam esse auem ait Aristoteles. At fresaia Gallorum et in opis turrium, etiam in quercuum cauis nidificat.*

Ad IX, 22, 4. *τροφὴν τοῖς νεοττοῖς ἐν ταῖς νεοττείαις.* Verba tria postrema exciderunt vel omissa sunt in nostra editione.

Ad IX, 23, 2. *ἔτι δὲ ὀξυλαβής· λαμβάνει δὲ μέγα, ὅταν λάβῃ — καὶ σπᾷ τοῖς ὄνυξι.* Gaza vertit: *nec copiosae venationis. Magnum tamen quid nanciscitur, cum venatur. — et ob eam rem vnguibus secat.* Scaliger, reprehensa Gazae versione, nec animaduersa varietate scripturae *οὐκ ὀξυλαβής*, locum vertit: *promptaque ad praeri-*

piendum. Magno enim eget pastu, cum edit. — Vexat igitur eos vnguibus. In annotatione interpretatur vocem ὀξυλαβὴς *vorax. Nam etiam ossa deglutit, nihil discriminis faciens. — Sed hic μέγα est τὸ πολύ: vt multum cibi capiat, cum excitatur a fame. Idcirco praereptam aut interceptum partitionibus et decisionibus dolet. Sic de hirundine:* ἵνα μὴ δὶς λάβῃ. *Sane sententia Theodori ad propositum nihil facit. Non enim cohaeret. Praeterea falsa est. Nam fame stimulata et infrequentia praedae, etiam modicas testudines venatur: etiam auiculas.* In vocabulo ὀξυλαβὴς error Scaligeri manifestus est; atque vnice nunc scripturam cum negatione οὐκ ὀξυλαβὴς, a Guilelmo et Scoto expressam, probandam censeo: *nec celeriter praeda potitur.* Deinde insolens est μέγα pro πολὺ positum; insolens etiam λαβεῖν simpliciter positum, vt significet cibum capere, nisi aut porrigatur aut apponatur, veluti pullis. Igitur de praeda maiore interpretor, quam aquila sectatur praecipue, sed non adeo celeriter nec semper ea potitur. Vocabulum ὀξυλαβὴς videtur hic idem significare quod supra cap. 22, 2. εὐκυβόλος, vbi aquila, μελανάετος vocata, sola dicitur pullos enutrire atque educere, non exigere nido eiusque vicinia. Reliqua contra genera sunt οὐκ ὀξυλαβῆ, igitur pullos eiiciunt nondum adultos. Postea praeplacet scriptura Codicis Guilelmi σπᾷν, vbi vulgatur σπᾷ, vt pulli dicantur et ἀγαθοὶ φαγεῖν et σπᾷν τοῖς ὄνυξι. Itaque pulli non contenti portionibus a parente sibi distributis ipsi praedam aggrediuntur et dilacerando cibum inde petunt. Hinc parens inuida et cibum sibi praereptum aegre ferens pullos eiicit. Camus Scaligerum secutus est.

Ad IX, 23, 2. ἡ δὲ φήνη ἐπάργεμός τ' ἐστι καὶ πεπήρωται τοὺς ὀφθαλμούς. Frustra quaesiui aliunde lucem his tenebris, et praeclarus Tiedemanni liber Anatomiam et historiam naturalem auium tradens p. 71. spem meam destituit. Notitiae enim Aldrobandi et Perralti repetitae suspicionem adiunxit, fuisse a morbo obductam illam mem-

branam pupillae aquilae, de qua Perraltus cum Aldrobando loquitur. Fortasse tamen notitia Aristotelica diuersam aliquam oculi naturam voce *ἐπάργεμος* significare voluit, quam hucusque interpretes existimarunt. Accuratius igitur quaerendum censeo de notione vocis graecae. Atque eandem supra Philosophus in notitia auis anthi vsurpauit 9, 3, 7. *ἐπάργεμος δέ ἐστι καὶ οὐκ ὀξυωπός.* vbi vides in altero membro posita verba respondere his alterius loci: *καὶ πεπήρωται τοὺς ὀφθαλμούς.* quae debilitatem aliquam morbosam significare videri poterant, cum probabilior fiat ex altero loco significatio vitii naturalis. Gazae versio pro graeca voce latinam finxit: *nubeculans hic,* inquit, *nec valens acie oculorum est.* Camus vertit: *Cet oiseau ayant une taye sur l'oeil, sa vue est peu perçante.* Vox ipsa vitium illud oculi significat, quod recentiores Graeci *λεύκωμα,* albuginem vocarunt, a colore albo maculae, nubeculae vel membranae pupillae obductae. Praeter exempla duo auium rapacium supra memorata, quae Tiedemann morbo assignare maluit, in vniuerso auium genere nihil simile a quoquam annotatum reperi. In raiarum oculis appendicem iridis digitatam, quae partem superiorem pupillae operit, primus descripsit Stenson; similem in oculis squalorum Rondeletius, Iacobaeus, Redi et Lorenzini. In oculis sepiae officinalis Swammerdam et Blumenbach; denique inter quadrupedes in oculo Antilopis Saiga Pallas Spicileg. Zool. XII. p. 26. Cf. dicta in annotatione ad Monroanam Anatomiam Piscium p. 82. 83. Talem fere igitur suspicor iridis appendiculam in oculis auium ab Aristotele nominatarum repertum iri, quandocunque ipsam earum naturam non ex ipso nomine, quod fieri posse non videtur, sed ex notitia reliqua Philosophi viri antiquitatis graecae et rerum naturae periti inuestigaverint.

Ibidem sect. 4. *θινὸς ὄζει.* Quae dicta sunt in annotatione hic et ad 8, 15, 1. lectoribus dubitationem omnem

eximere nondum possunt. In loco superiore verbum *φύεται* plantae marinae genus arguere videtur. In loco Strabonis limus niger cum C. Gesnero potest quidem intelligi, sed vtitur Geographus tam varie voce *θινώδης*, vt nihil affirmare liceat. Ita libri 8. §. 14. p. 73. ed. Sieb. *θινώδης δὲ καὶ στενός ἐστιν ὁ τῆς θαλάσσης αἰγιαλὸς, ὥστ' οὐκ ἂν ἀπογνοίη τις ἐντεῦθεν ἠμαθόεντα ὠνομάσθαι τὸν Πύλον*, vbi manifesto littus egesta maris arena cumulatum intelligitur. Omnino *θὶς*, *ὁ*, a Strabone et Polybio dicitur omne genus terrae, limi, arenae, breuiter *ὁ χοῦς*, quod a fluuiis exundantibus vel mare ingressis, et ab ipso mari exaestuante versus littora deponitur et accumulatur. Hinc *αἰγιαλὸς θινώδης* significat littus vario terrae vel limi vel arenae genere congestum et accumulatum, nec vna vbique ratione vocabulum licet interpretari. In Etymol. M. p. 450. l. 36. legitur *θινὶ φοινικόεντι*, sed locus sine dubio ductus est ex Iliade 23, 693. vbi est *ἀναπάλλεται ἰχθὺς θῖν' ἐπὶ φυκιόεντι* vel *θῖν' ἐνὶ φ.*

Ad IX, 25, 1. *τῷ τρόπῳ, ὃν ἔχει ἐν τῷ σώματι, λαμβάνουσα τρέφεται.* Gaza hanc scripturam vertit: *afficit ea ipsa, quam suo in corpore continet, facultate torpendi.* (debebat *torpefaciendi.*) Quem secutus Camus omisit mentionem loci, vbi residet ea vis. Posuit enim: *par cette vertu qui lui est propre.* Scaliger scripturam vulgarem eamque ineptissimam, *στόματι*, expressit: *eos more suo, quem obtinet, torpere facit, illisque ore captis alitur.* In annotatione verbis *τῷ τρόπῳ* addit quasi explicandi causa *τῷ ἤθει.*

Ibidem sect. 3. *ῥαβδεύεται τοῖς ἐν τῷ στόματι.* Scaliger annotauit haec: *Mirum, cum passeri attribuit nescio quid in ore: ῥαβδία: hoc in genere nulli inest. Neque aliter rhombus pisciculis, neque passer, neque solea: sed algula et limo, vt in captura patet.*

Ibidem: *κατεσθίουσι γὰρ πάντας τοὺς κοχλίας.* Vul-

gatum πάντες a Camo repetitum iam olim correxit Scaliger, monens alioqui ἑκάτερος dicendum fuisse.

Ibidem sect. 4. σκολοπένδραι — αἱ χερσαῖαι. — τῇ δὲ ἅψει καθ' ὅλον τὸ σῶμα. Scaliger ad haec: *Non loquitur hic Philosophus de scolopendra cetacea: ipsi enim incognita fuit. Sed de scolopendra marina, quam terrestri similem facit in secundo. At vero mirum, hoc tam paruum insectum tam pusillo ore hamum posse vorare. — Est bestiola multipes, longa, fulua, bicaudata: aliquae etiam ternas caudillas habent: rostro acuto: tota flexilis. Ea muro praereptat: et libros etiam habitat, vt scorpiolus curtus. Eam puto esse Iulum, quam alibi dixi in Italia dici* Triremem. *At scolopendra terrestris hirta est, erucae facie, quae attactu vrit, tollitque cutem, vt experti sumus. Nam eius faciem repraesentant virgulae in herba hemionitidis.*

Ibidem sect. 5. συστρέφονται δὲ καὶ αἱ ἅμιαι — λάμια. Scaliger verbum male vertit: *conuertunt sese ad pugnam.* Rectius Gaza: *colligunt se.* Camus: *ils se tournent sur lui.* Lamiam Scaliger interpretatur ita: *Dux a Baionnensibus vocatur; a quibus maximae capiuntur: atque adeo tam vasto corpore, vt currum magnum vna saepenumero impleat. Nam est bellua, et inter cetacea locum potest habere. Magnitudo enim et cartilago ei sunt.*

Ibidem sect. 6. ἐὰν ἐν βαθείαις ῥίζαις τὰ ᾠὰ προσῇ. Gaza vertit: *si praealtis gurgitibus subsidunt.* Scaliger: *si in profundo sint gurgite:* monens in annotatione, ῥοίζαις scribendum esse, non ῥίζαις, quod fecit Maussacus. Equidem vocem ῥοίζαις aliunde non noui: neque necesse est ῥίζαις mutare. Sed suspicionem facit praepositio addita ταῖς β. ῥίζαις, cum sequens προσῇ datiuum assumat. Hoc tamen ipsum verbum aliter scriptum legit Gaza, aliter Guilelmus. Non video, qua ratione oua radicibus adhaerentia piscatores in vadum deducere possint, nisi derasa.

Ad IX, 25, 8. *Ἐκ δὲ τοῦ εὐρίπου — οἱ ἰχθύες χειμῶνος μὲν ἐκπλέουσιν.* Hinc de echinis Euripi Pyrrhaei noster de Partibus 4, 5. qui tempore hiberno soli in cibo probabantur: *αἴτιον δὲ τὸ νομῆς εὐπορεῖν τότε μᾶλλον, ἀπολειπόντων τῶν ἰχθύων τοὺς τόπους κατ᾽ ἐκείνην τὴν ὥραν.*

Ad IX, 25, 9. *Ἔτι δὲ θηρεύει τοῖς μακροῖς τοῖς ἀποτείνουσιν — κεστρέας πολλάκις.* Ad hunc locum respexisse videtur Athenaeus 7. p. 323. (288. Schw.) *τρέφονται δ᾽ αἱ μικραὶ σηπίαι τοῖς λεπτοῖς ἰχθυδίοις ἀποτείνουσαι τὰς προβοσκίδας ὥσπερ ὁρμιάς, καὶ ταύταις θηρεύουσαι.* Vbi merito suspectum est mihi quidem vocabulum *μικραί.* Praeterea locum Philosophi integriorem legisse videtur Athenaeus, ita fere scriptum: *τοῖς μακροῖς ποσὶν ἀποτείνασα* vel *ἀποτείνουσα.* Modum piscandi tradidit Oppianus Halieut. 2, 124 seqq. sepiam pronam in arena iacentem et sub testa absconditam proboscidibus protensis pisciculos captare. Auctorem narrationis alibi non repertae ignoro.

Ibidem sect. 10. de polypo: *πιλούμενος γὰρ ἀφίησιν ἀεί τι, καὶ τέλος ἀφανίζεται.* Loco Suidae addo Athenaeum 7. p. 316. (158.) vbi locus Aristophanis extat hic: *πληγαὶ λέγονται πουλύπου πιλουμένου.* Alter Ephippi extat 2. p. 65. (251. Schw.) atque integrior 9. p. 370. (366. Schw.), vbi de festi diei amphidromiorum deliciis agitur: *ὁμοῦ τε χναύειν μαινίσι σηπίδια πιλεῖν τε πολλὰς πλεκτάνας ἐπιστρεφῶς.* Cirrhos polypodis in deliciis fuisse testatur locus Philoxeni Leucadii positus ab Athenaeo 1. p. 5. (19. Schw.) *πουλύποδος πλεκτὴ δ᾽ ἂν, ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρὸν, ἑφθὴ τῆς ὀπτῆς, ἢν ᾖ μείζων, πολὺ κρείττων· ἢν ὀπταὶ δὲ δύ᾽ ὦσ᾽, ἑφθῇ κλαίειν ἀγορεύω.* vbi Codd. omnes *ἂν ἐπιλήψῃ* habent. Sensus laborat cum oratione in vtraque scriptura. Si de syllaba vocis media producta constaret, emendatio erat facillima scribendo: *πουλύποδος*

πλεκτάνη, ἐπεὶ λήψῃ κατὰ καιρὸν, ἑφθή. Sensu vtriusque loci cum Casaubono aberrauit versionemque pessimam apposuit nuperus Editor. Similiter sepiarum cirrhos ad cibum praeparabant, teste Alexide Athenaei 7. p. 324. (191. Schw.) vbi coquus loquitur de sepiis: *τῶν δὲ τὰς μὲν πλεκτάνας καὶ τὰ πτερύγια συντεμὼν ἑφθὰ ποῶ, τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους, σμήσας τε λεπτοῖς ἁλσὶ, δειπνούντων ἅμα ἐπὶ τὸ τάγηνον σίζον ἐπεισιὼν φέρω.* De loligine idem Comicus p. 326. (201. Schw.) *τὰς μὲν τευθίδας, τὰ πτερύγια αὐτῶν συντεμὼν, στεατίου μικρὸν παραμίξας, περιπάσας ἡδύσμασι λεπτοῖσι χλωροῖς ὠνθύλευσα.* Athenaeus 1. p. 4. memorauit *τευθίδα ὠνθυλευμένην*, eandemque Sotades comicus ibidem 7. p. 293. (70. Schw.) *ἀστεῖον ὤφθη τευθὶς ὠνθυλευμένη, καὶ πτερύγι' ἁπλῶς σηπίας ὠπτημένα. Τριμμάτιον ᾠκείωσα τούτοις ἄνθινον παντοδαπόν.* Recte, praeeunte C. Gesnero, Casaubonus *ὠνθυλευμένην* farsilem interpretatus est, quam Antiphanes poeta *σακτὴν* dixit. Farsilem sepiam et loliginem parare docet Apicius 9, 3. et 4. Omnem hanc obseruationem cum loco Aristotelis egregie illustrat narratio Galli Sonini in Itinerario Graeco T. I. p. 218. seqq. vbi primo loco describit Loliginem vulgarem primo loco descriptam a Gallo La Marck: *Il y a une espece de bec fort dur et parfaitement semblable à celui d'un perroquet. Les Grecs de l'Archipel donnent à ce bec le nom de* karidi, *qui veut dire une noix.* (Igitur e graeco *κάρυον, καρυΐδιον.*) — *Plus il est jeune, plus sa substance est molle; elle prend de la consistance à mesure que l'animal grandit. — Sur les rivages des îsles de l'Archipel, on pèche les calmars à la ligne; et c'est principalement pendant l'hiver que l'on en prend davantage. Leur chair cartilagineuse est un assez mauvais manger, et m'a paru de difficile digestion: c'est neanmoins un mets fort en vogue parmi les Grecs. La meilleure maniere de l'apprêter, est de remplir l'interieur du polype avec de la viande hachée; mais quelque bonne*

que soit la farce, elle ne rend guère plus delicate la chair de cet animal.

Alteram speciem Graecis hodie vocatam *trapsalo* describit p. 221. quae est *sagittata* Galli La Marck: quam Prouinciae Gallicae incolae *arugi* vocare dicuntur. De hac ita traditur: *L'arugi approche plus frequemment des côtes que le calmar; il vient souvent sur le sable du rivage, et il y dépose ses oeufs au lieu que le calmar ne va jamais à terre. Ces arugis, par leur habitude de fréquenter la terre, se prennent plus frequemment que les calmars proprement dits. Leur chair m'a paru aussi moins mauvaise et moins indigeste, mais leurs oeufs ont une légère propriété purgative.*

Idem T. II. p. 214. de Sepia ita refert: *Ils nomment la sèche* soupia; *l'os du dos de ce polype devient un meuble du ménage des femmes grecques; elles en usent en guise de pelotes, pour y ficher leurs épingles et leurs aiguilles. Dans quelques endroits, à l'isle de Scio, en particulier, les femmes font un usage plus recherché de cet os à substance friable, puisqu'il leur sert à relever la beauté; elles le font calciner et le réduisent en poudre très fine, dont elles se noircissent les sourcils. La partie solide et presqu' osseuse de la sèche est pour les pêcheurs grecs l'appât dont ils garnissent communément leurs lignes, avec lesquelles ils prennent le poulpe (sepia octapus Linn) qu'ils appellent* klapodi. *Un plomb fixé à la ligne fait descendre au fond de la mer l'os de sèche, auquel on attache des hameçons; le poulpe, qui se tient fortement aux rochers avec ses bras ou antennes, les quitte et attiré par la blancheur de l'os de sèche, vient le saisir et s'accroche aux hameçons. — La chair de ce mollusque est dure, coriacée et indigeste: elle contracte quelquefois une odeur de musc, qu'elle doit sans doute à la nature des alimens dont l'animal s'est nourri; elle prend en cuisant une couleur rougeâtre, qu'elle communique à l'eau et aux autres choses avec lesquelles*

on la fait cuire. A fin de ramollir cette substance membraneuse dont le corps du poulpe est formé, on la bat pendant quelque temps, ou on la jette à plusieurs reprises et avec force sur les rochers, en l'arrosant souvent d'eau douce. Les femmes grecques, chargées de cette besogne, ne manquent pas, en s'y livrant, de manger crue la noix, c'est à dire la bouche du poulpe, et ce morceau est pour elles une sorte de friandise. Sur quelques parties des côtes de la Provence, surtout aux environs de Toulon, où l'on mange beaucoup de poulpes, on prétend qu'en coupant sa chair avec un morceau de grand roseau, elle devient moins dure. Au Levant et même en Italie, on conserve aussi ces polypes confits dans le vinaigre; enfin les fragmens de leur substance sont un des appats dont les pêcheurs grecs font un assez fréquent usage. Il arrive quelquefois qu'étant dans l'eau, un homme est saisi au bras ou à la jambe par un grand poulpe qui s'y attache si fortement avec ses antennes et ses suçoirs, qu'il seroit impossible de s'en débarrasser, si l'on ne se hâtoit de retourner ce que les pêcheurs appellent le capuchon, *c'est à dire la tête de l'animal, et cette operation le fait mourir sur-le-champ. Les pêcheurs du Levant sont persuadés que les coquilles univalves, appellées nautiles, servent d'habitation aux poulpes, et cette opinion que l'on retrouve partout où il y a des pêcheurs et des poulpes, ne paroit pas douteuse. Les nautiles papyracés se pêchent dans l'Archipel.* Cuius narrationis pars extrema praeclare mihi videbatur explicare locum Philosophi 9, 25, 11. ἔστι δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἰσχυρὸν τὸ ζῶον, τὸν δὲ τράχηλον ἀσθενὲς, ὅταν πιεσθῇ. Quo pertinet etiam narratio Trebii Nigri apud Plinium 9. c. 30. s. 48. *Praeterea negat ullum esse atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua. Luctatur enim complexu, et sorbet acetabulis, ac numeroso suctu dum trahit, cum in naufragos vrinantesue impetum cepit. Sed si inuertatur, elanguescit vis: exporrigunt enim se resupinati.*

Altera loliginis species, quam Graeci hodie *trapsalo* vocant, admonet me de polypi genere aliquo memorato apud Athenaeum 7. p. 317. (162. Schw.) vbi Clearchus Solensis, discipulus Aristotelis, haec tradit: Circa Troezenem olim nefas erat venari et in cibo sumere polypum, et eum qui sacer vocatur, et eum qui remex vocatur. Dubium est, quod genus polypi et qua de causa sacrum fuerit habitum et dictum; remigans tamen (κωπηλάτης) vel idem vel affinis esse videtur ei, qui ναυτίλος ab aliis fuit appellatus. Est etiam alius locus apud Athenaeum ibidem p. 318. (166. Schw.) excerptus e deperdito opere Aristotelis περὶ Ζωϊκῶν καὶ Ἰχθύων, vbi dicitur πολύπους ὁ μὲν τρεψίχρως, ὁ δὲ ναυτίλος. Vocem τρεψίχρως primus Casaubonus e versione Dalecampii recepit, et scripturae Codicum τριψίχρως substituit, quam H. Stephanus interpretatus erat: qui attritu seu affrictu colorem inducit. Quem sensum naturae polypi non conuenire, statim apparet. Quare emendationem τρεψίχρως facile receperunt viri docti, quam naturae polypi ita accommodarunt, vt verterent: *cutem mutans* seu *colorem*. Verum equidem de hac ipsa scriptura valde dubito. Nullum enim vocabulum graecum noui, quod e futuro τρέψω verbi τρέπω deriuatum fuerit; nec vsquam τρέψις fuit adhuc repertum; sed Graeci τροπὴν dixerunt, non τρέψιν. Equidem vix dubitandum existimo, ab Aristotele scriptum fuisse θρυψίχρως, quam vocem Hesychius interpretatur τρυφερός, i. e. *tenera et molli cute*. Itaque non vulgaris polypus intelligi videtur, sed genus aliquod diuersum, et simile nautilo, quod tenerum et molle corpus tegumento assumto aliquo cochleae munire solet. Coloris quidem mutatio polypo tanquam propria fuit a plurimis tradita; fuerunt tamen etiam, qui eandem sepiae vindicarent, vt apparet ex Aristotelis hist. 9, 25, 10. Atque omnino causa mutationis inesse videtur in magna aeris multitudine, quae per totum corpus et brachia dispertita cum sibilo exit, cum

animal aqua extrahitur, facitque, vt corpus antea inflatum ad minorem molem considat. Vias, quibus aer ingressus continetur, accurate scrutatus Tilesius descripsit tribus scriptis, praecipue tamen in Dissertatione de Sepiae respiratione Lipsiae edito anno 1801. Eadem colorum mutatio etiam chamaeleoni adscribitur, cuius pulmonis et magnitudo insolita et structura narrationem facit credibilem. In sepia tamen et loligine dorso subditum os videtur impedire, quominus eadem colorum mutatio tam facile agnoscatur, quamuis corpus omne cum brachiis simili plane ratione aere inflatum reperiatur. Hinc est, quod ait Philosophus hist. 4, 1, 7. de polypo: *τὴν δὲ κεφαλὴν, ἕως ἂν ζῇ, σκληρὰν ἔχει, καθάπερ ἐμπεφυσημένην.* ad quem comparaui locum Hesychii vocem *πρῆθμα, πολύποδος κεφαλὴ, ἔνιοι πλεκτάνη*, interpretantis. Dicitur autem polypi *κεφαλὴ* seu caput pro corpore siue alueo. In Plinio 9. c. 29. *Natant obliqui in caput, quod praedurum est sufflatione viuentibus*, recte quidem L. Th. Gronouius vidit scribendum *sufflatum;* equidem praeterea malim *et sufflatum.* Iam olim Dalecampius vitium vidit, et scribi voluit *et tanquam inflatum viuentibus.* In graeco similiter copulam *καὶ* ante *καθάπερ* insertam malim; inflatio enim vel sufflatio nihil facit aut parum ad duritiem corporis, sed potius magnitudinem auget.

Discrimen teuthi et teuthidis Aristoteles 9, 4, 9. duabus notis his signauit: *πλατύτερόν ἐστι τὸ ὀξὺ τῶν τεύθων, ἔτι δὲ τὸ κύκλῳ πτερύγιον περὶ ἅπαν ἐστὶ τὸ κύτος, τῇ δὲ τευθίδι ἐλλείπει.* Accedit tertia magnitudinis multo maioris teuthi. Corpus quidem acuminatum in fine convenit cum loligine subulata Galli La Marck, sed magnitudo pinnae et corporis disconuenit. Quare statuo, teuthum esse loliginem sagittatam eiusdem Galli, quam deinde alter Gallus *Latreille* sub nomine *pelagiae* tanquam diversam pinxit. In hac pinna non totum corpus ambit, sed infimam tantum et acutam corporis partem circumdat.

Conuenit etiam magnitudo, quam pariter Gallus *Sonnini* testatur, qui nomen graecum recentius *trapsalo* posuit.

Denique cum loco Aristotelis hist. 9, 25, 9. inprimis cum verbis *καὶ γὰρ πρὸς τὴν χεῖρα βαδίζει τοῦ ἀνθρώπου καθιεμένην*, comparabo verba Athenaei 7. p. 317. (163. Schw.) quae sunt ex h. l. excerpta: *Ὁ δὲ πολύπους ἐστὶ συντηκτικὸς καὶ λίαν ἀνόητος· πρὸς γὰρ τὴν χεῖρα τῶν διωκόντων βαδίζει, καὶ διωκόμενος ἔστιν ὅτε οὐχ ὑποχωρεῖ· συντήκονται δ᾽ αὐτῶν αἱ θήλειαι μετὰ τὸν τόκον καὶ παρίενται· διὸ καὶ ῥαδίως ἁλίσκονται. Ἑωράθησαν δέ ποτε καὶ ἐπὶ τὸ ξηρὸν ἐξιόντες, μάλιστα δὲ πρὸς τὰ τραχέα τῶν χωρίων· φεύγουσι γὰρ τὰ λεῖα.* Vbi verba *καὶ διωκόμενος — ὑποχωρεῖ* inepte addita mihi videntur, cum sufficerent antecedentia, vbi Aristotelis *καθιεμένην*, *demissam manum ad capiendum*, satis bene commutauit Athenaeus illis, *τῶν διωκόντων*.

Ad IX, 25, 12. *τὰς δὲ κόγχας* etc. Vitium loci sagaciter animaduertit Scaliger, qui ita annotauit: *Sed peius Aristoteles posuit inter polypum et nautilum conchas. Nam conchae ex molluscis non sunt. Miram vero historiam ad intelligendum. Nam sane intelligi debere videtur, eas non haerere conchis. Hoc primum est. Deinde non connasci cum conchis. Praeterea non vnam fabricare sibi, sed plures grandiores: quippe a grandioribus.*

Ad IX, 26, 1. *τῶν ἀραχνίων αἱ γλαφυρώταται καὶ λαγαρώταται.* Gaza vertit: *lautiores et strigosiores.* Scaliger: *elegantissimi et agilissimi.* In annotatione haec posuit: *Et λαγαρώτατοι, succinctissimi, εὐζωνότατοι. Λαγαρὸν extenuatum significat. — Sic autem paraphrasi explicabis. In araneorum genere sunt alii habitiores et segniores. At qui expeditiori sunt corpore et politiore, eorum opera summa et elegantia et artis subtilitate confecta sunt.* Camus: *plus belles et plus lestes que les autres.* Infra sect. 4. est *τρίτον τούτων σοφώτατον καὶ γλαφυρώτατον.* vbi Gaza vertit: *sapientissimum lautissimumque*

omnium. Scaliger: *sapientissimum et politissimum.* Camus: *plus prévoyante et mieux faite que toutes celles-là.* Tertio loco sect. 6. τῶν δ' ἀραχνῶν τῶν γλαφυρῶν καὶ ὑφαινόντων ἀράχνιον πυκνὸν δύο ἐστὶ γένη. Gaza vertit *lautiorum*, Scaliger *elegantiorum*, Camus *bien faites.*

Ad IX, 26, 7. ταῖς σαύραις ταῖς μικραῖς ἐπιβάλλον περὶ τὸ στόμα περιθέον ἀφίησιν — δάκνει προσελθόν. Gaza vertit: *nam et lacertos paruos aggressus circumdat os et filis obducit, donec cohibeat: mox adhaerens morsum defigit.* Scaliger: *Nam minores quoque lacertulas inuadit et ob os circumcurrens emittit filum, donec buccas comprehenderit: tum vero aggressus mordet.* Ad quae ita annotauit: προσελθόν. *Non intelligas, quomodo προσέρχεται: quippe iam super ipso est, si os obducit tela περιθέον. Nam si non insidat, abeat lacerta cum tela.* At ipsum hoc περιθέον admonere poterat virum egregium, araneum non insidentem lacertulae telam emittere atque ea os lacertulae obuoluere. Neque ἐπιβάλλον est *inuadens* aut *aggressus;* sed pertinet verbum vna cum ἀφίησιν ad omissum ἀράχνιον seu telam vel filum. Circum lacertulam currens emissa fila injicit ei tanquam retia, quibus tandem os comprehendat; demum accedens impeditam mordet. Nam si insideret lacertae tela obducens, abeat lacerta cum tela, vt ait Scaliger, contrariam interpretationem defendens. Camus cum Gaza verbum περιθέον plane omisit reddere.

Ad IX, 27, 4. Πλάττουσι δὲ τὰ μὲν τῶν βασιλέων πρὸς τοῖς αὐτῶν· μικρὰ δ' ἐστὶ ταῦτα· τὰ δὲ κηφήνια πρὸς αὐτά· ἐλάττω δ' ἐστὶ ταῦτα τῷ μεγέθει τῶν μελιττίων. Gaza vertit: *Fauos regum minores faciunt iuxta suos: fucorum iuxta regum, minores quam suos.* Scaliger: *Fingunt regales cellulas iuxta suas: illas sane paruas. Prope regias fucarias adiungunt, minores quam sint apiariae.* Camus: *Les cellules des rois sont auprès de celles des abeilles, mais petites: les cellules des bourdons*

ensuite celles des rois, et en moindre nombre, que celles des abeilles. Scilicet is verba *τῷ μεγέθει* omisit cum Camotiana, neglecta reliquorum Codicum et Plinii auctoritate, quo facilius Philosophum ad concordiam cum sua ipsius narratione inferiore et cum recentioribus obseruationibus redigeret. Sed de numero cellarum in nullo genere loquitur Aristoteles; potius magnitudinem vbique comparat. Et tamen vel sic *ἀριθμῷ* additum oportebat, si numero minores significare Philosophus voluisset. Quod autem infra sect. 8. est: *οὐδὲν δὲ κωλύει ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ εἶναι νεοττοὺς καὶ μέλι καὶ κηφῆνας. Ἐὰν μὲν οὖν ὁ ἡγεμὼν ζῇ, χωρὶς φασι τοὺς κηφῆνας γίγνεσθαι· εἰ δὲ μή, ἐν τοῖς τῶν μελιττῶν κυττάροις γεννᾶσθαι ὑπὸ τῶν μελιττῶν. — Εἰσὶ δὲ μείζους οἱ τῶν κηφήνων κύτταροι. Ἀναπλάττουσι δὲ ὁτὲ μὲν καὶ αὐτὰ καθ' αὐτὰ τὰ κηρία τὰ τῶν κηφήνων, ὡς ἐπιτοπολὺ δ' ἐν τοῖς τῶν μελιττῶν· διὸ καὶ ἀποτέμνουσιν.* Vbi adhaesit Scaliger haec annotans: *At supra cellas fucorum ab apibus fieri minores suis dixerat. Si hoc verum est, oportet κύτταρον aliud esse a κηρίῳ: et tamen non videtur. — Theodorus* loculamentum *vertit. Quoquo te vertas, tamen cellulam esse constat.* Remedium vitio aperto nullum attulit Scaliger. Illo, quod adhibuit Camus, vti non licet; sed facilis est responsio. Scilicet male Gaza eumque secutus Camus *κηρίον* cellam vertit. Scaliger fere vbique recte *fauum* interpretatus est, sed nescio quo casu vel errore hic subito mutauit et regales cellulas, fucarias et apiarias reddidit, vbi in graeco sunt faui, *κηρία.* Nam cellae sunt *κύτταροι*, plurimae in vno fauo, *κηρίῳ.* Sed accedit nunc alia difficultas, quam neuter horum interpretum aut vidit aut attigit. Cellas fucorum ait Philosophus apponi *πρὸς αὐτά:* quod vertunt *iuxta regum cellas*, vel *prope regias.* Verum quaero, quidni dixerit *πρὸς αὐτοῖς?* vt antea *πρὸς τοῖς αὐτῶν.* Motum ad locum *πρὸς* accusatiuo iunctum significat. At hic *πλάττουσι* motum non habet, et *πρὸς* situm significare

debet. Suspicor igitur, *καθ' αὐτά*, i. e. *seorsum*, olim scriptum fuisse. Apparet enim ex locis inferioribus, supra positis, opinionem de loco et situ cellarum fucariarum variasse, atque ipse Aristoteles sect. 8. modo ex aliena narratione loquitur, modo suam ponit opinionem. Alia ratione variat narrationem sect. 9. *ἂν δὲ συμβῇ, ὥστε ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ ἅπαντα ποιεῖν ταῦτα*, (*μέλι, νεοττοὺς, κηφῆνας*) *ἔσται ἐφεξῆς ἓν εἶδος εἰργασμένον δι' ἀντλίας*. quae Gaza vertit: *quod si acciderit, vt eodem in fauo omnia haec recipiantur, loculus alter deinceps dispositus habetur inanis*. Scaliger: *Quod si contingat, eadem in cella vt omnia haec insint, proximo loco alia cellae species est inanis*. Camus: *il y en aura un second* (gâteau) *ensuite pour recevoir le superflu du premier*. Auxit igitur errorem, fauum cum cellula permutans. Nec verba *δι' ἀντλίας* reddidit, quae sensum impediunt, quocunque te vertas. Errorem autem dixi: nam manifestum mihi quidem videtur, *ἓν εἶδος ἐφεξῆς εἰργασμένον* non alio sensu dici, quam antea, vbi est: *ἔτι δὲ ἓν εἶδος τοῦ κηρίου, οἷον ἅπαν μέλι ἢ νεοττοὺς ἢ κηφῆνας*. quae Gaza pessime vertit: *et ad singulos vsus fauum singulatim effingit, videlicet partem aliam ad mella, aliam ad prolem, aliam ad fucos accommodatam*. Quam versionem sequentia statim conuincunt: nisi Gaza diuersam scripturam fuit secutus. Scaliger ita: *Est autem vna cellae species, vt sit totum aut mel aut apicula aut fucus*. Camus recte: *et chaque gateau est destiné en entier ou pour le miel, ou pour les petites abeilles, ou pour les bourdons*. Pessime omnium Scaliger, qui *κηρίον cellam* vertit, cum *fauum* deberet. Annotatio tamen de fauo recte exponit. Deinde falsam scripturam *ἔστι* pro *ἔτι* reddidit. Postea *ἓν* de numero intellexit, quod potius est de vno eodemque genere operis, quod sequens *ἅπαν μέλι* docet. Igitur etiam sequens *ἓν εἶδος ἐφεξῆς εἰργασμένον* significat: *una eademque species operis vel cellae deinceps erit elaborata*. Vides igitur,

etiam hoc in loco Aristotelem sequi eam opinionem, quae ponit apem bonam et probam fauos melle repletos seorsum operari, seorsum prolis, denique seorsum fucorum fauos. Casui tribuit, (ἂν δὲ συμβῇ) si in eodem fauo omnia haec insint. Igitur hic locus coniecturam nostram καθ' αὑτὰ iterum confirmare videtur.

Ibidem sect. 5. μίτυϊ. Scaliger: *Videtur propolis huius mitys esse cognomen translatiuum: neque alibi, vt puto, reperies. Theodorus commosin vertit. Plinius vero in vndecimo commosin prima fundamenta et primam crustam saporis amari vocat. At propolin inter coria et ceras esse ait, magni ad medicamina vsus. Quare aliud mity puto, et aliud commosin.*

Ibidem: τοὺς κηφῆνας κηρία μὲν πλάττειν καθ' αὑτοὺς — καὶ ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ μεριζομένους πρὸς τὰς μελίττας. Gaza vertit: *et cum apibus negotium conficiendi faui partiri dicant.* Scaliger: *Aiunt quidam, fucos per se ipsos cellas condere eodem tum alueo tum partito ad id cum apibus munere.* Annotauit ad haec: *ἐν τῷ αὐτῷ σμήνει sane: non ἐν τῷ αὐτῷ κηρίῳ. At hoc qui potest: vt κηρία sibi propria faciant ἐν* [τῷ αὐτῷ supplео] κηρίῳ *cum apibus. Intellige autem τὰ κηρία cellas, τῷ κηρίῳ fauum totum. μεριζομένους, vt illae suos, hi suos struant.* Iterum errauit, cum κηρία cellas interpretaretur. Camus et verba καθ' αὑτοὺς omisit, et κηρία *cellules* male vertit. Opponuntur sibi καθ' αὑτοὺς et μεριζομένους πρὸς τὰς μελίττας: vt sibi respondent ἐν τῷ αὐτῷ σμήνει et ἐν τ. α. κηρίῳ. Manet igitur eadem κηρίου notio vtrobique.

Ibidem sect. 11. καὶ πολλάκις ὁρῶνται ἐν τῷ τεύχει ἀποκαθήμεναι. Gaza vertit: *et quidem saepe visuntur foris in alueo residentes exules.* Scaliger: *Ac saepenumero conspiciuntur sedentes in muro.* Ad quae annotauit haec: *Tanquam in statione excipientes fucos ignauos apes pro muro sedent. At Theodorus non de apibus, sed de fucis legit. Verum in Codice nostro est ἀποκαθήμεναι, non*

ἀποκαθήμενοι. Et illae ne ibi quoque considere patiuntur: et illi non considunt, sed facto agmine repetunt patriam. Illae vero in statione excubant pro muro. Idcirco dixit ἐν τῷ τεύχει. Sic haec scripta prodidit Maussacus: quanquam sit manifestum, Scaligerum τείχει scriptum legisse aut voluisse. Camus hunc ducem secutus vertit: *et on les voit souvent faire le guet en dehors sur la ruche.* Quem sensum ne fidiculis quidem e vulgari scriptura τεύχει extorqueas. Nihil tamen annotationis Gallus addidit. Scripturam τείχει nulla ratione vel excusare vel defendere licet: nec est verbum ἀποκαθῆσθαι excubiis militaribus aut proprium aut accommodatum. Significat dissidium apium et fucorum in eodem alueo residentium: quo signo Philosophus odium apium in fucos voluit indicare.

Ibidem sect. 21. *καὶ πλῆρες γίγνηται τὸ κηρίον.* Male editum est γίγνεται errore operarum.

Ad IX, 28, 3. *παραπλησίως δὲ, ὥσπερ ἐν τοῖς κηρίοις τὰ τῶν ἡγεμόνων.* Gaza vertit locum: *quae quidem superne per summa vespeti vermium specie multo grandiorum gignuntur in cellulis continuatis quatuor numero aut paulo pluribus. Alioqui increscendi ratio ducibus eadem quae vespis est.* Hunc secutus Camus: *On les voit paroitre comme de longs vers, en haut et sur la surface du guêpier, dans quatre rangs de cellules ou un peu plus. Il y a très-peu de différence entre leur formation et celle des autres guêpes dans l'interieur du gâteau.* Vterque scripturam vulgarem σφηκῶν sequitur, vbi Aldina et meliores Codices ἡγεμόνων habent. Praeterea Camus assumsit aliquid ex interpretatione Scaligeri, quod reliquae versioni disconuenit. Scaliger enim ita vertit: *Oriuntur hae grandiorum vermium specie in quatuor aut non multo plurium inter se continuatarum superiorum cellarum labris summis. Cetera similis ratio ducibus et iis, quae intus in cellis generantur.* Is igitur scripturam ἡγεμονων reddidit, sed verba ipsa graeca quomodo scripta voluerit, vt sensum

interpretationi suae accommodatum funderent, non edidit in annotatione: *Ponit*, inquit, *generationis locum in matricibus, quo solo distare dicit a generatione celerarum vesparum. Differentiae autem duae sunt. ἄνω καὶ ἐπιπολῆς. Itaque cum haec dixit breuissime et obscurissime, ostendit cetera non differre illis verbis: παραπλησίως δὲ ὥσπερ ἐν τοῖς κηρίοις τὰ τῶν ἡγεμόνων. Nam ἐν τοῖς κηρίοις, intus fiunt vespae operariae.* Qua in interpretatione perspicacitatem viri egregii equidem plane desidero. Primum, vbi vulgatur οὗτοι, quod refertur ad proximum vocabulum μήτρας, scriptum oportebat αὗται: nisi Philosophus non insolita metonymia ἡγεμόνας intelligi voluit. Deinde ἄνω ἐπὶ τοῦ σφηκίου ἐπιπολῆς recte Gaza vertit *superne per summa vespeti.* Contra male Scaliger, quasi scriptum sit: ἄνω ἐπὶ θυρίδων συνεχέων τεττάρων ἢ — πλειόνων ἐπιπολῆς. At enimuero plane scriptum est ἐν θυρίσι, quod est *in cellis.* Cum vero sequens ἐν τοῖς κηρίοις vertit *intus in cellis*, Camus autem *dans l'intérieur du gâteau*, Scaliger quidem geminum errorem, Camus autem simplicem admisit. Male enim vterque ἐν τοῖς κηρίοις ad interiorem cellarum partem retulit, et vocabulo ἐπιπολῆς opponi voluit. Praeterea falso Scaliger κηρία cellas interpretatus est. Denique sententia ea, quam Scaliger expressit, verbis graecis non inest, neque inde effici potest, nisi scribas ὥσπερ οἱ ἐντὸς ἐν τοῖς κηρίοις. Gaza hanc fere scripturam reddidit: ὥσπερ οἱ τῶν σφηκῶν. Vulgatum nunc ἡγεμόνων nullo modo ferri posse mihi videtur. Comparantur enim ita duces cum ducibus. At docendi ordo postulabat comparationem sobolis ducum cum sobole vesparum operariarum. Quod si fortasse cogites, fieri posse, vt comparentur duces vesparum cum ducibus apium, tum vero primum τῶν μελισσῶν additum oportebat; deinde vesparum operariarum generatio non declaratur, sed plane omittitur. Equidem, dum meliores Codices veram scripturam obtulerint, in vertendo hoc loco

secutus sum hanc rationem, quasi scriptum esset: *ὥσπερ οἱ* (scilicet *σκώληκες*) *ἐν τοῖς κηρίοις τῶν σφηκῶν*.

Ibidem sect. 4. *ἀποθνήσκουσιν ὑπὸ τῶν νέων σφηκῶν, καὶ τοῦθ' ὁμοίως συμβαίνει*. Gaza *ὑπὸ* vertit, non vulgatum *μετὰ*, eumque sequitur Camus. Scaliger autem ita: *cum iunioribus vespis simili fato intereant*: atque annotauit haec: *Theodorus non legit μετὰ, sed ὑπό; male. Nam quid esset καὶ τοῦθ' ὁμοίως συμβαίνει? Sane ὁμοίως significat similiter illas atque apes* (vespas?) *interire: intereunt enim nouellae, non interimunt, atque illis subministrant cibos. Quare igitur interimerent? Quare non potius nouos occupatores? Neque natura patitur, vt parentes a liberis interficiantur iam adultis.* Equidem plane nunc cum Scaligero sentio, et scripturam *μετὰ* praefero. Sed verba *καὶ τοῦθ' ὁμοίως συμβαίνει* vitiosa conuincit et sensus alienus et versio Guilelmi: quare hanc secutus malim *καὶ τοῦτ' ἀεὶ συμβαίνει*. Nam Cami ratione vti equidem nolim, qui vertit: *ou bien s'ils pourroient vivre plus longtems: le premier est le plus vraisemblable.* In graecis enim nullum huius interpretationis est vestigium.

Ibidem sect. 5. *οὐκ ἐξιέναι δὲ, οὐδὲ βάλλειν*. Gazam vertentem *exstringere* recte secutus est Camus. Contra Scaliger, qui ita annotauit: *Nisi negasset infra has matrices habere aculeos, posset ἐξιέναι referri ad aculeum, vt etsi aculeatae sint, aculeum tamen intus manere, et non ferire. Et sic videtur legisse Theodorus. Albertus quoque multum hanc fulsit opinionem:* non extrahunt, *inquit. Et ipsas ait inuentas aculeatas per anatomiam, paruumque habere aculeum. Atque ita mihi quoque videtur. Cum vero dicat Philosophus eas aculeum non habere, puto id intelligi debere, quoniam inutilis ipsis est: quia aculeus neque exit, neque eo ipsae feriunt.* Et structura verborum flagitat Gazae interpretationem; itaque eum secutus est Camus; et locus in inferiore oratione nullus extat, vbi neget Philosophus, matrices habere aculeos. Sed Capitis 29. s. 3.

est de apibus: *ἐν μὲν οὖν ταῖς μελίτταις ἄκεντροί εἰσι καὶ οἱ κηφῆνες καὶ οἱ βασιλεῖς.* Quae Philosophum sane non decet variatio sententiae.

Ibidem sect. 6. *Τροφῇ δὲ χρῶνται — τὴν δὲ πλείστην ἀπὸ ζωοφαγίας.* Nisi verbum *ἔχουσι* excidit, structura flagitat scripturam *τῇ δὲ πλείστῃ.*

Ibidem sect. 7. *τραπείσης τῆς ὥρας.* Vulgatam *προϊούσης τῆς ὥρας* cum Scaligero fere vertit Camus: *lorsque la saison est avancée.* Albertus: *in fine hiemis.* E cuius et Guilelmi versione fere est, vt lacunae suspicionem capiam. Albertus videtur nidos tenthredinum in vesicis foliorum vlmi latentium, humore glutinoso repletos, intelligi voluisse.

Ad IX, 30. *τίκτουσιν — θυρίσι δυσὶν — ἐν τούτοις.* Vitium loci nunc demum agnosco. Aut plura exciderunt, veluti *κηρία πλάττοντες,* aut certe scribendum *ἐν θυρίσι — ταύταις,* vt cap. 28. s. 3. Sed mentio faui omnino desiderari videtur, cuius sunt cellae vel *θυρίδες.*

Ibidem: *πολύχουν δ᾽ ἐστὶ, καὶ τὸ τενθρήνιον — προμηκέστερον.* Gaza vertit: *Multiplex huius quoque teredinarium est, et longe amplius quam vespae, atque porrectius.* Scaliger: *Teredinaria quoque structura multis cellis constat, multoque pluribus quam vesparia: atque etiam longior est.* Camus: *elle fait de grandes excavations: sa retraite est beaucoup plus grande que celle des guêpes et plus allongée.* Quae postrema interpretatio vocis *πολύχουν* omnium minime laudari potest. Cogitauit autem Gallus *χοῦν*, terram egestam. Vocabulum dicitur de plantarum foecunditate, inprimis frugum fertilitate. Sed Grammatici interpretantur etiam per *πολυειδὲς* et *πολύτροπον,* et Guilelmus *multiformius* vertit. Posui in versione quod mihi optimum videbatur. Gaza *τενθρηδόνα* male *teredinem* Plinii interpretatur, quae est diuersa, vt recte monuit Scaliger, qui nomen *τενθρηδόνος* alicubi in Italia esse ait *piccica mortnos.*

Ad Cap. 31, 1. *Περὶ δὲ τὰ ἤθη — καὶ αὐτῶν τῶν ἀγρίων.* Recte monuit ad h. l. Scaliger: *De animalium moribus cum instituisset, persecutus est per summa genera species. Ac sane etiam quadrupedes supra, tum minores feras, quaeque gregatim viuant, quaeque solitariae: earumque prudentiam, solertiam, mores quoque ab his habitibus ductos narrabat. Quare non recte factum est, cum hanc vsque in partem distulit reliquum historiae, quae ad quadrupedes feras pertineret. Nam sane ab vrsae moribus (cap. 7.) non erant haec diuellenda, quae hic posita sunt. Neque vero quod hic dicit, ἐργασία καὶ βίος, tollit, quin mores quoque sit executus. Quos repetet, percurrere qui volet.*

Ibidem: *βάδην ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος.* Gaza vertit: *sensim pedatimque discedit crebro subsistens atque respectans.* Camus: *il se retire lentement pas à pas, et bientôt il se retourne.* Scaliger: *pedetentim cedit et oblique et subinde sese conuertens.* Ad quae ita annotauit: *Κατὰ σκέλος. Hoc genus incedendi supra etiam attribuit:* pedatim *Plinius, vt diximus. Sed intellige sic: quia vestigia posteriora non directa linea aut occupant, aut sequuntur, aut transiliunt priora, sed interiore aut exteriore linea feruntur. Ita necesse est, vt oblique ambulent. Quare semper et prorsum et retro intuentur. Κατὰ βραχύ: parum intermittens temporis, aut aliquantulum. Theodorus recte* crebro subsistens.

Ad IX, 32, 1. *μαλακωτέρα δὲ ἡ θρὶξ τῆς τοῦ ἵππου, καὶ προσεσταλμένη μᾶλλον.* Gaza vertit: *ceruix iubata armorum tenus, vt equi est, sed villo molliore, quam iuba equina et compositiore. Color pili totius corporis flauus, iuba prolixa et ad oculos vsque demissa et frequens, colore inter cinereum et rufum — sed villo supra squallidiore, subtus lanario.* Scaliger: *nisi quod iubam habet ad summos vsque armos, sicut equus. Verum pilus eius mollior*

quam equinus et demissior: pili color flauus. Longus etiam crinis ad oculos vsque pertinens. Color eius inter cinereum et rufum — sed squallidior, atque subtus lanaceus. Ad quae ita annotauit: *Theodorus* compositior: *male: sed* demissior. *Προστέλλει, produco πρὸς τέλος. Βαθεῖα καὶ πυκνή. Vt βαθεῖα hic sit* prolixa, *non autem, vt in barba et silua,* densa. *At παρῶαι ἵπποι. spadicas puto esse. Non igitur eo colore viuido, sed αὐχμηροτέραν: quoniam squallidi sunt dilutiores. Idcirco non sunt πυῤῥοὶ σφόδρα.* Camus: *mais les poils de cette criniere sont plus mous et descendent plus bas que ceux du cheval. Le pelage du bonase est fauve, sa criniere épaisse et assez longue pour descendre jusque sur les yeux. Sa couleur tient à peu près le milieu entre le cendré et le roux, sans être cependant telle que celle des chevaux qu'on appelle alezans; leur poil est plus sale, dans les parties basses il a approche de la laine.* Mihi quidem oratio graeca disturbata et confusa a librariis esse videtur. Quid enim erat caussae, cur bis *χαίτη* commemoraretur, bis *θρὶξ*, semel *τρίχωμα?* Color primum *τριχώματος* fuluus, seorsim iubae, vt videtur, medius inter cinereum et rufum editur. Gallus in interpretandis verbis modo Theodorum sequitur, alicubi Scaligerum. De *χαίτη*, iuba, dubitare nos non sinit vsus loquendi etiam ab Aristotele seruatus; sed de voce *τρίχωμα* et *θρὶξ* dubios nos facit vicinia reliquorum verborum. Equidem tamen non dubitauerim pronunciare, *τρίχωμα* pertinere ad pilos totius corporis: *τρίχα* autem et iubae villis et totius corporis pilis esse communem. Iungamus nunc loca de iuba disiecta: *πλὴν χαίτην ἔχει μέχρι τῆς ἀκρωμίας, ὥσπερ ἵππος, μαλακωτέρα δὲ ἡ θρὶξ τῆς τοῦ ἵππου καὶ προσεσταλμένη μᾶλλον. Βαθεῖα δὲ καὶ μέχρι τῶν ὀφθαλμῶν καθήκουσα ἡ χαίτη ἐστὶ καὶ πυκνή.* Recte hic Scaliger *βαθεῖαν* prolixam interpretatur, vti verba *καθήκουσα καὶ μέχρι τῶν ὀφθαλμῶν* docent. Sed male interpretatur *προσεσταλμένη demissior.* Scilicet is falsam scripturam

προεσταλμένη secutus erat, quae legebatur etiam in Geoponicis 16, 1, 9. vbi *ὦτα προσεσταλμένα* sunt, quae Varro Rei rust. 2, 7. *aures applicatas* vocat, vt recte iam olim monuit H. Stephani Thesaurus. In canibus Pollux 5. s. 58. probat *πλευρὰς προσεσταλμένας*. In nostro loco Stephanus cum Budaeo *προσεσταλμένη μᾶλλον* interpretabatur *adducta magis, breuior, nec longe per armos fusa, adstricta*. E quibus mihi maxime vocabulum *adstricta* placet, quod vesti fluxae statum oppositum optime designat, vt in loco Basilii a Stephano posito: *χιτὼν προσεσταλμένος διὰ ζώνης τῷ σώματι*. Hinc Plato Gorgiae sect. 143. *καὶ αὕτη μὲν προσεσταλμένη ἐστὶ καὶ κοσμία, καὶ οὐ σεμνύνεται ἐσχηματισμένη*. vbi locum e Menone: *οὐδὲ ὀγκώδης τε καὶ ἐπαχθὴς, ἀλλὰ κόσμιος καὶ εὐσταλὴς ἀνὴρ*, comparauit amicissimus Heindorf.

De colore iubae et corporis pilorum superest dubitatio. Equidem, posito tanquam certo, certe verosimili, quod in quadrupedum iubis obseruare licet, colorem iubae esse fere lucidiorem, ita statuo; iubae bonasi colorem esse fuluum; pilorum totius corporis inter cinereum et rufum medium. Itaque verba duo *τοῦ τριχώματος* suo e loco mota esse a librariis censeo, eaque post duos versus transfero ita: *Τὸ δὲ χρῶμα τοῦ τριχώματος ἔχει μέσον τι — αὐχμηρότερον*. Ita recte statim sequitur *τὴν τρίχα δὲ τὴν κάτωθεν ἐριώδη*. Tum sententia bene clauditur verbis, *μέλανες δ' ἢ πυῤῥοὶ σφόδρα οὐ γίγνονται*, ad totius corporis pilorum colorem referendis. Denique oratio nihil amplius disturbatum, nihil disiectum aut temere repetitum habet, sed singula et membra et verba recte disposita et composita apparent. Atque hanc rationem in versione secutus sum.

Ad IX, 32, 3. *Ῥαδίως δὲ χρῆται τούτῳ καὶ πολλάκις· καὶ ἐπικαίει, ὥστε ἀποψήχεσθαι τὰς τρίχας τῶν κυνῶν*. Gaza vertit: *quo praesidio facile vtitur: et plerumque ita adurit, vt pili insectantium canum absumantur*. Scriptum

igitur legit *καὶ πολλάκις ἐπικαίει.* Quam scripturam secutus Gazam reddidit etiam Scaliger: *Cuius vsus perfacilis est: saepe etiam comburit, adeo vt deglabrentur canes.* Vulgatam expressit Camus. Equidem cum Gaza sentio. Nam post vsum stercoris promtum, vires eius exsequitur, quae sunt eiusmodi, vt saepe canum pilos adurat atque absumat, nempe si insectantes attigerit.

Ad IX, 34, 1. *ὡς δ' ὀχεύσαντος ἀπέπεσε, τότε μὲν ἀπετέλεσε τὴν συνουσίαν, — ἀπέκτεινε.* Gaza vertit: *Qui dum coiret, delapso operimento agnouit matrem, et quamvis coitum absoluerit, memor tamen commissi sceleris paulo post — interemit.* Quem secutus est Camus. Scaliger autem: *quod cum illo coeunte delapsum esset, tunc quidem peregit rem: paulo post vero.* Ad quae ita annotauit: *Nota orationem disturbatam, nec satis aptam. Nam ὀχεύσαντος est praeteritum: vt sit velum delapsum post coitum. Quid igitur subinfert? καὶ τότε μὲν ἀπετέλεσε τὴν συνουσίαν. Tunc igitur absoluit coitum: nam iam absoluerat. Igitur ὀχεύοντος melius legatur, aut transferantur verba sic: Καὶ τότε μὲν ἀπετέλεσε τὴν συνουσίαν, ὡς δ' ὀχεύσαντος ἀπέπεσε, μικρὸν ὕστερον etc. Theodorus quoque legit, sicut nos.* Equidem scripturam Codicis Guilelmi, cuius vestigia sunt etiam in versione Gazae, in versione, tanquam veram, reddendam censui.

Ad IX, 36, 2. *τοῦ δὲ θέρους — φωνὴν, καὶ οὐκέτι παντοδαπὴν, οὔτε ταχεῖαν.* Verba *καὶ οὐκέτι παντοδαπὴν* exciderunt in nostra editione. Pro *οὔτε* male scriptum vulgo *οὐδὲ* legitur; quod antecedens *οὐκέτι* damnat.

Ad IX, 37, 3. *εἰ δὲ μὴ, αἰσχίους καὶ ἐλάττους γίγνονται οἱ δαμάλεις. Ἐκτέμνονται δὲ τὸν τρόπον τοῦτον.* Ita scilicet duce Gesnero cum Camo scribere debueram. Vulgatum *οἱ δὲ δαμάλεις* non magis ferri potest, quam scriptura *αἱ δὲ δαμάλεις.* Vidit hoc Scaliger, et verba tria in versione omisit, monens in annotatione: *Sed buculae non habent testes.* De lectione *οἱ δὲ δαμάλεις* moneri

potest, non alium esse modum castrandorum iuuencorum, qui describitur, quam qui in vitulis adhibetur. Alius est modus θλίψεως.

Ibidem sect. 4. *Ἐκτέμνεται δὲ καὶ ἡ καπρία — πιαίνεσθαι ταχέως.* Soranus in Oribasii Collectan. 14. c. 31. *Praeterea in Gallia sues habitiores et valentioris alimenti fieri dicunt, postquam vterus abscissus fuerit.* Huc pertinet etiam locus Aeliani Epistola 70. *ἀποφαίνω γὰρ παραχρῆμα ὁλοκλήρους, σάξας ἀλῶν καὶ ἐπαλείψας πίτταν.*

Ibidem: *ἐνταῦθα γὰρ ἐπὶ ταῖς μήτραις ἐπιπέφυκεν ἡ καπρία.* Gaza vertit: *hac enim parte adhaeret vuluis apria dicta.* Scaliger: *Ibi enim scrophis vulua a natura sita est, quo loco paululum scindentes consuunt.* In annotatione addit: *Vulua in ingressu matricis est, quasi vestibulum.* Sed non est eo in loco, vbi in maribus testes. Tamen Camus, vuluam a matrice non distinguens: *c'est là même que la matrice est située dans les femelles.*

Ibidem sect. 5. de camelis exsectis feminis: *θέουσι δὲ θᾶττον τῶν Νισαίων ἵππων πολὺ, ἐὰν θέωσι.* Scaliger vertit: *Currunt celerius quam Nisaei equi, si longior futurus sit cursus, propter tractum cursus porrectiorem.* Gaza: *Currunt cameli celerius, quam equi Nisaei, propter laxiorem sui gradus glomerationem.* Omisit igitur verba *πολὺ, ἐὰν θέωσι.* Camus: *Ces animaux, lorsqu' ils courent, dévancent de beaucoup les chevaux Nisèens, à cause de la grandeur de l' ouverture de leur pas.* Recte is deseruit Scaligeri auctoritatem. Graece enim si Philosophus dicere voluisset, quod Scaliger, sine dubio ex more Graecorum posuisset *πολὺν ἐὰν θέωσι,* intellecto vocabulo *δρόμον.* Sed non omnes cameli ad cursum incitantur, sed paucae, et praesertim illae, quae a cursu *δρομάδες* vocatae fuerunt.

Ad Librum X. eiusque versionem latinam ab Alberto Magno factam. Cum diu dubius haesissem, Scaligerine versionem, tantopere a textu graeco discrepantem, adiungerem, quod fecerunt vulgarium editionum auctores, ita

vt lectorem de mutato versionis ordine a vulgato textu graeco multis in locis diuerso ne admonere quidem dignarentur, an ipse nouam, textus noui ordini et scripturae accommodatam, conscriberem, quod ratio editionis susceptae postulare videbatur, tandem in eo consilio constiti, vt Alberti versionem ex Arabico factam subiungendam censerem; quo facto lectoribus de auctoritate codicum scriptorum antiquissimorum constare posset. In plurimis enim locis codex graecus Guilelmi de Moerbecka conspirat cum eo, quem versio Arabica secuta fuit, quod quidem e versione Michaelis Scoti coniicere liceat, quam Albertus reddidit. Atque ita satis asseritur translocatio capitum multorum, quam, solam ingenii coniecturam atque acumen secutus, vti videtur, Scaliger proposuit et Sylburgius admisit. Venerat quidem in mentem, Scaligero coniecturam subministrare potuisse versionem antiquam Guilelmi, quam ab amicis, vt sibi mitteretur, petierat; sed nondum potui resciscere, an vnquam ea typis exscripta et publicata fuerit. De Alberti versione maior possit esse dubitatio, quam in nouem reliquis historiae libris diligenter Scaliger postea comparauit. Quicquid tamen eius rei sit, Scaligeri coniecturam firmat auctoritas versionis geminae antiquae. Contra vulgatum ordinem et textum reddidit Natalis de Comitibus, cuius versionem, Bernardo Naugerio inscriptam, exhibent opera Aristotelis latina facta et Venetiis pluries impressa. Editionem anni 1560. coram habeo. De versione Natalis iudicium meum non desiderabunt, qui viri ingenium e ceteris scriptorum graecorum versionibus cognitum habent. In editione operum latina Veneta anni 1552. liber decimus a Ioh. Bernardo Feliciano conuersus extat. Alberti versionem ex editione Veneta comparatam cum Lugdunensi omnium emendatissima posui.

De libro ipso graeco posuit Camus Praefationis p. XII. coniecturam satis probabilem, librum a Diogene Laertio

inter Aristotelicos commemoratum *ὑπὲρ τοῦ μὴ γεννᾷν* esse eum ipsum, quem nos loco decimo positum historiae subiunximus. Atque hoc vnicum adhuc antiquitatis testimonium disertum de hoc libro repertum esse existimo.

Plura in eo supersunt vel vitiosa vel dubia, quae doctioribus emendanda commendo. Nunc videbimus loca ea, vbi scriptor modum tangit, quo vterus semen masculum ad se trahere dicitur. Sic igitur Cap. 2, 1. *ἐντεῦθεν* (ante os vteri proiectum) *σπῶσι τῷ πνεύματι, οἷον αἱ ῥῖνες, καὶ αἱ ὑστέραι τὸ σπέρμα.* Iterum cap. 3, 4. *πνεύματί τε γὰρ ἕλκει ἡ ὑστέρα τὸ προσελθὸν ἔξωθεν αὐτῇ, ὥσπερ πρότερον εἴρηται. — Ὅσα δὲ πνεύματι, πάντα ἰσχὺϊ ἐργάζεται.* Tertium cap. 3, 7. *ἐντεῦθεν γὰρ σπᾷ τῷ πνεύματι, ὥσπερ τοῖς στόμασιν ἢ τοῖς μυκτῆρσιν· πάντα γὰρ ὅσα μὴ ὀργάνοις προσάγεται, ἢ σύμφυσιν ἔχει ἄνωθεν κοῖλα ὄντα, ἢ πνεύματι ἕλκονται ἐκ τούτου τοῦ τόπου.* Quae admodum vitiosa emendare non possum. In iis, quae sequuntur, similitudinem quandam inter partes vteri et nares adstruere conatur scriptor: vnde equidem suspicor, in eo loco, vbi est *ἢ σύμφυσιν — ἢ πνεύματι ἕλκονται — τόπου*, non de duobus diuersis modis attrahendi corporis alicuius esse sermonem, sed de vno tantum, quem similem esse ait scriptor ei, quo os vel nasus per spiritum intro actum attrahit aerem, odores, aquam et similia corpora. Sunt de modo attrahendi vtero proprio loci etiam Aristotelis, veluti de Gener. anim. 2, 4. *φέρεται γὰρ ἕκαστον εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον, οὐδὲν ἀποβιαζομένου τοῦ πνεύματος, οὐδὲ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας ἀναγκαζούσης, ὥσπερ τινές φασιν ἕλκειν τὰ αἰδοῖα, φάσκοντες ὥσπερ τὰς σικύας, τῷ τε πνεύματι βιαζομένων.* vbi Gaza vertit: *non vim spiritu inferente, non alia eiusmodi causa cogente, ut quidam a testibus trahi modo cucurbitarum medicinalium per vim spiritus opinantur.* Guilelmus diuersam scripturam *spiritu a vim passis* (*ὑπὸ βιαζομένων*) reddidit. Geminus modus trahendi hic memoratur, vnus cucurbitarum

calefactarum, alter oris nariumque, quae aere intus acto attrahunt aquam, odores et similia. In altero agit vis caloris, in altero voluntas per organum. Postea Aristoteles exponit rationem attrahendi, quam ipse statuit: *ἕλκει δὲ τὴν γονὴν ὁ τόπος διὰ τὴν θερμότητα τὴν ὑπάρχουσαν· καὶ ἡ τῶν καταμηνίων δὲ ἔκκρισις καὶ συνάθροισις ἐμπυρεύει θερμότητα ἐν τῷ μορίῳ τούτῳ· ὥστε καθάπερ τὰ ἀκόνιτα τῶν ἀγγείων, ὅταν θερμῷ διακλυσθῇ, σπᾷ τὸ ὕδωρ εἰς αὐτὰ καταστρεφομένου τοῦ στόματος. Καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον οὐ σπᾷ· ὡς δέ τινες λέγουσι, τοῖς ὀργανικοῖς πρὸς τὴν συνουσίαν μορίοις οὐ γίνεται κατ᾽ οὐδένα τρόπον.* quae manifesto vitiosa vertit Gaza ita: *aquam in se trahunt ore inuerso: ita attrahitur. Nec audiendi sunt, qui partibus accommodatis ad coitum officialibus id fieri opinantur: nullo enim pacto sic fieri potest.* Legit igitur scriptum, vt Guilelmus, qui vertit *fit attractio, γίγνεται πρόσσπασις*, vbi nunc est *οὐ σπᾷ*. Accorambonus Codicis Vaticani scripturam *γίγνεται διάσπασις* posuit. Vtram scripturam probes, nihil interest. Philosophus improbat eorum doctrinam, qui vterum eadem ratione semen attrahere statuebant, qua os et nares, aere intus attracto, simul aquam, odores et similia attrahunt. Ipse modum attrahendi comparat cum attractione cucurbitae et testae calefactae.

AD ALBERTI MAGNI LIBRVM XXI.

Libri huius argumentum excerptum idem Albertus versioni libri noni historiae subiunxit distinctum in duo capita, omissis tamen descriptionibus et exemplis animalium, quae in editione Veneta, quo ipse semper vsus sum, praeterquam in solo libro XXI. pagina 102. et 103. aduersa ita inscripta leguntur: *Tractatus quintus octaui libri* (est nonus Aristotelis in nostra editione) *animalium de solutione dubiorum quae oriuntur ex praedictis. Capitulum primum, et est di. de. ex quibus principiis animalia diuersimode participant prudentia stultitia et quae sit prudentia, qua participant. — Capitulum II. et est di. de causa liberalium et mechanicarum operationum, quas habent bruta animalia.* Exemplum Alberti imitatus ipsum librum XXI. integrum subiunxi historiae de animalibus, cum propter argumenti affinitatem: explicat enim rationem et causam prudentiae eius, quam in variis animalium generibus spectandam proposuit liber nonus: tum vero in primis me mouit vel raritas vel auctoritas libri plerisque historiae naturalis scriptoribus et antiquis et recentioribus hucusque ignota. Aristoteli equidem vindicare eum non dubitauerim cum propter argumentum et doctrinae rationem plane cum Aristotelea consentientem, et animalium tractationem iusta demum clausula absoluentem, tum propter antiqui-

tatis testimonium, quod Arabibus persuasit, vt hunc librum ceteris subiunctum et connexum in suum sermonem conuerterent: vnde in latinum transtulit Michael Scotus: cuius versionem in rem suam convertit Albertus ita, vt more suo, quem in reliquis etiam Philosophi scriptis tenuit, additis interpretationibus suis et exemplis passim interpolaret. Has Alberti interpolationes quatenus indagare potui, diligenter omnes iniectis vncis seclusi et distinxi. De cetera libri doctrina equidem neminem facile dubitaturum esse confido, esse Aristoteleam, siue ipse Aristoteles siue eius discipulus Theophrastus auctor libri sit. Hunc enim nominat versio statim initio: sed plurimis aliis in locis scriptorem facit ita loquentem de scriptis suis, vt lector Aristotelem facile agnoscat. Indicium de hoc libro Aristotelico, quem in versione ex Arabico facta superstitem habemus, feceram notitiasque aliquot animalium nouas inde excerptas posueram in libro vernaculo: *Leipziger Magazin zur Naturgeschichte und Oeconomie herausgegeben von N. G. Leske*, anni 1786. p. 207 seqq. Idem indicium repetieram in Specimine I. Physiologiae Amphibiorum p. 3. Obiter rem tanquam nouam narraueram in epistola ad Buhlium data, qui deinde, neglecto vel ignorato indicio meo, ipse librum Aristotelicum eum indagare conatus est, quem graece hodie extare negaueram. Verum operam infeliciter perdidit vir doctus. Quem enim is librum in sola versione Arabica et Latina superstitem hodie esse existimauit, is graece hodieque exstat, et est liber primus de Partibus animalium. Disputatio Buhliana inserta legitur Commentationibus Societatis Goettingensis Tomi XII. p. 94 — 115.

Antequam de argumento libri huius quae supersunt dicenda exponam, annotandum existimo, editionem nostram integriorem factam fuisse comparata editione operum Alberti Lugdunensi cum Veneta anni 1495. et Mantuensi 1479. Haec in extremo subscriptionem hanc prae-

fert: *Finit feliciter opus Alberti magni Philosophi de animalibus: impressum Mantuae per Paulum Iohannis de Butschbach alamanum Maguntinensis dioecesis. Sub anno dñi Millesimo quadringentessimo septuagesimo nono: die vero duodecima Ianuarii: regnante ibidem felicissime illustrissimo domino Dño Friderico de Gonzaga Marchione tercio.* Consentit fere cum Veneta, quae inde expressa fuisse videtur, scriptura vtrobique tam miris litterarum ductibus et compendiis implicata, vt describentium vel legentium errores hodie non facile caueri possint. Lugdunensis contra scripturam non solum elegantiorem et faciliorem, sed etiam emendatiorem exhibet, ita tamen, vt in locis non paucis comparata Veneta et Mantuensi interpolari atque emendari possit; quod feci, admonito plerumque lectore. Albertus quae de suo ingenio addiderat, vncis appositis distinxi, veluti Capitis IV. sect. 2. extrema verba: *tamen iam visus est mus, qui rattus vocatur — sedens erectus.* Idem enim in argumento excerpto huius libri pagina 102. auersa ita scripsit: *Et nos in partibus superioris Germaniae murem vidimus, qui tenendo candelam ministrabat lumen comedentibus ad praeceptum magistri sui.*

Alter locus est Capitis 8. sect. 3. vbi bombycum et serici fit mentio, quae ab Aristotelis aetate videtur esse aliena. De reliquis locis lector admonitione nostra non egebit.

Supersunt loca duo, de quibus dicendum aliquid existimo. Primus est de natura, motu et coitu lumbricorum Capitis 9. sectione 1 et 2. quem iam olim comparaueram cum recentiorum scriptorum obseruatione in libro supra nominato Lipsiensi p. 234. Postea reperi locum in Alberti versione libri Aristotelici de animalium incessu cap. 9. vbi haec Philosophi verba interpretatur; *τὰ δ' εἰλυσπάσει χρώμενα, καθάπερ τὰ καλούμενα γῆς ἔντερα καὶ βδέλλαι. Ταῦτα γὰρ τῷ μὲν ἡγουμένῳ προέρχεται, τὸ δὲ λοιπὸν*

σῶμα πᾶν πρὸς τοῦτο συνάγουσι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς τόπους ἐκ τόπων μεταβάλλουσι. Gaza ἑλύσπασιν *attractum* interpretatus est. Albertus vero locum ita ampliauit T. 6. editionis Lugdunensis p. 129. *Quaecunque autem trahentia sunt in terra, haec habent principium motus in medio sui corporis, et est a loco cordis, et cognoscuntur per haec loca illa in eis, quia est ibi anulus magnus et aliquantulum croceus magis quam reliqua pars corporis sui, et est spissior multum quam aliae partes corporis, et ex illa ejicit primo totam anteriorem sui corporis medietatem in rugas, et tunc in anulum medium, qui loco cordis est, attrahit similiter in rugas sequentem sui corporis medietatem.* Quorum maximam partem e libro XXI. istuc transtulit Albertus, additis quibusdam de suo: quo pertinet comparatio medii anuli crassioris cum corde: quoniam e corde motus animalis procedere dicitur ab Aristotele. Quod attinet ad vias seminis, quas negat Philosophus adesse in lumbricis, eas quidam recentiorum in ipso illo anulo medio reperisse sibi visi sunt; contra in anteriore corporis parte cum Malpighio statuit et describit egregius *Cuvier* Lection. Anatomic. Tomi V. p. 186. De coitu comparet lector Suecum *De Geer*, (*Mémoires T. II. Part. 2. Discours 2.*) et *Wichmannum* in *Beschäftigungen der Berliner Naturf. Gesellschaft* Vol. 3. pag. 235. De anguillis vero natis ex intestinis terrae locum tractaui in annotatione ad 6, 15, 2. p. 468.

Alter est locus Capitis 6. sectione 1. de polypo ostreo insidiante, cuius vestigium narrationis alibi nondum reperi: sed eadem de cancro marino extat in versione libri Arabici, cuius notitiam lectori dandam censeo. Prodiit nempe Vltraiecti anno 1784. *Specimen Arabicum continens descriptiones et excerpta libri Achmedis Teifaschii de gemmis et lapidibus pretiosis, auctore Sebaldo Fulc. Rau,* vbi Capitulum de Margarita haec habet in versione latina:

Memoriae prodidit Aristoteles in libro suo de animalibus irrationabilibus, quod cancer marinus appetat esum carnis huius animalis, et postquam proxime adegit ad se et ad obiectum appetitus sui aliquid quod dimittere possit in murum illum, qui intercedit inter ipsum et inter carnem illam mollem, quae est in concha, insidias ei struit hoc modo: non desinit cancer ille indesinenter obseruare concham, vsque dum videat orificium eius se aperire. Tum vero sumit lapillum paruum proiicitque eum in cauitatem conchae, vt non possit ob hanc caussam se contrahere, velut antea fecerat, nec possit repellere lapidem et se claudere. Deinde immittit cancer cornua sua in istam carnem teneram, eamque extrahit et comedit tanquam cibum gratissimum. Auctor speciminis admonuit, in Indice subiuncto Aristoteli a Iulio Caesare Scaligero in latinum conuerso extare haec verba: *Cancellus iniecto lapillo ostreum vorat*, sed paginam nullam esse annotatam, ad quam referatur annotatio. In meo exemplo pagina 17. indicatur; sed ibi nihil reperitur de cancro insidiante ostreo; neque possum equidem diuinare, vnde deuenerint verba in illum Indicem. Hoc tamen video, narrationem Aristotelicam errore interpretis aut Arabici veteris aut Belgici latini fuisse deprauatam. Alteruter deceptus fuisse videtur nomine πολυσήμῳ polypi. De polypo enim vera videtur narratio: et testatur locus Philosophi historiae 9, c. 25. s. 9. polypum cancros et conchylia venari eorumque carnibus pasci. Quid? quod errorem in cancro commissum arguit ipsa narratio. Quomodo enim fieri possit, vt cancer immissis cornibus in concham apertam carnem extrahat, qua pascatur? At vero polypus immissorum brachiorum acetabulis facile efficere id potest, et concham carnibus suis spoliare. Denique suspicionem meam plane confirmat narratio Trebii Nigri a Plinio 9. c. 30. sect. 48. relata de polypis: *Auidissimos esse concharum: illas ad tactum comprimi, praecidentes brachia eorum, vltroque escam ex praedante capere.*

Carent conchae visu omnique sensu alio quam cibi et periculi. Insidiantur ergo polypi apertis, impositoque lapillo extra corpus, ne palpitatu ejiciatur: ita securi grassantur, extrahuntque carnes: illae se contrahunt, sed frustra, discuneatae. Tanta solertia animalium hebetissimis quoque est. Quae sunt aut ex ipso Aristotele traducta, aut ex alieno riuulo inde deriuata; quemadmodum etiam sequentia, quae posui in annotatione ad 9, 25, 10.

Praeter eas quas subieci textui Alberti annotationes breuiusculas, nihil habeo, quod addam. De pygmaeo enim plane equidem ignoro, quid statuendum sit, nec possum diuinare, ad quod genus simiarum ille sit referendus.

AVCTARIVM CVRARVM POSTERIORVM.

Ad I, 14, 4. Versu 8. ad integritatem loci deest articulus *τῶν* ante *ζώων* inserendus. Ad extremum huius paginae versum in margine numerus sectionis 5. apponendus erat.

Ad II, 1. 2. *Καὶ τὰ ἀριστερὰ δὲ ἧττον ἔχει ἀπολελυμένα τῶν ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ ἐλέφαντος.* et sect. 3. *Μόνον δὲ καὶ ἀμφιδέξιον γίγνεται τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωπος.* Sententiam eandem repetit de Incessu animalium capite 4. extremo, vnde et sectionis 3. *μόνον — ἄνθρωπος* confirmatur. Sed priori sententiae nondum video quomodo exemplum elephantis accommodandum sit. Gallus difficultatem sensisse videtur. Posuit enim in versione: *à l'égard duquel on observe d'ailleurs.*

Ad II, 3, 13. *ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων οὐ τεθεώρηταί πω.* Athenaeus, qui hanc obseruationem excerpsit 8. p. 353. (302. Schw.) addit: *τετηρῆσθαι δέ φησι τοῦτο καὶ ἐπὶ προβάτου καὶ ἐπὶ συὸς καὶ ἐπὶ αἰγός.* Is igitur verba Philosophi ita scripta legisse videri potest: *ἐπὶ δὲ τ. ἄ. οὐ τετήρηταί πω τοῦτο.*

Ad II, 11, 7. *ἡ μὲν οὖν ἄμια — παρατεταμένην ἰσομήκη ἔχει.* Athenaeus 8. p. 353. (302. Schw.) hinc posuit: *ἡ δὲ ἀμία παρ' ὅλον τὸ ἔντερον παρατεταμένην ἔχει τὴν χολήν.* Idem in extrema sectione habet *ξιφίας καὶ χελι-*

δών, omisso nomine στρουθός. Igitur nunc malim verba χελιδών, στρουθὸς non omissa, sed seclusa, cum libri antiquissimi et optimi, quibus vsus est Guilelmus, et primus Editor cum Athenaeo, tueri videantur nomina duo, certe hirundinis. De passere enim rectius dubitatur. E re ipsa et natura iudicium fieri non potest certum, cum pisces ipsi quo nomine nunc vocentur, certo definiri vix possit. De auium felle locum Athenaeus ita retulit: περιστερὰ δὲ καὶ ὄρτυξ καὶ χελιδὼν οἱ μὲν πρὸς τοῖς ἐντέροις, οἱ δὲ πρὸς τῇ κοιλίᾳ.

Ad II, 12, 7. ὀλίγας ἔχει λείας πλάκας. Corrigo inserta copula καὶ λείας. vt supra sect. 6. erat πλάκας πολλὰς καὶ μεγάλας καὶ λείας. Ibidem versu vltimo scribe Διαφορὰ δέ.

Ad II, 12, 10. ἀνομοιότητα rectius dant Med. Vatic. et Gazae versio. Confirmat locus de Partibus 4, 1. καὶ τὰ σχήματα τῶν σπλάγχνων ἔχουσι διὰ ταῦτα μακρὰ καὶ τοῖς τῶν ἄλλων ζώων ἀνόμοια, διὰ τὸ καθάπερ ἐν τύπῳ τὰ σχήματ' αὐτῶν πλασθῆναι διὰ τὸν τόπον.

Ad II, 12, 13. De piscibus ventriculi appendices gerentibus est: καὶ ἔνιοι πολλὰς, οἷον κωβιὸς, γαλεὸς, πέρκη, σκορπίος, κίθαρος, τρίγλη, σπάρος. Monui iam olim in Histor. litter. piscium p. 36. quem Gazae versio *mustelum* nominat, male a Gallo Camo *chien de mer* reddi. Nusquam enim Philosophus singulari numero, sed vbique plurali canes marinos mustelos seu γαλεοὺς dixit. Deinde qui nominantur hic deinceps pisces marini, distinguuntur ab ipso a cartilagineis, quorum appellatione continentur canes marini γαλεοὶ vocati. Ita enim pergit: εἰσὶ δὲ καὶ οἳ ὅλως οὐκ ἔχουσιν, οἷον οἱ πλεῖστοι τῶν σελαχωδῶν. Denique natura ipsa testatur, canes et cartilagineos plerosque omnes fere appendicibus ventriculi carere. Quare γαλεὸς hic sedulo fuit etiam in versione distinguendus; eumque esse puto, quem latini *mustelum* vocarunt, Graeci vero posteriores γαλῆν. De quo nomine quae sunt omissa in

Historia litteraria piscium, hic subiungam pauca scriptorum loca. Primus est Aelianus de nat. animal. 15. c. 11. *Εἴη δ' ἂν καὶ ἰχθὺς γαλῆ* (editi libri *γαλῆς* habent,) *μικρὸς οὗτος καὶ οὐδέν τι κοινὸν πρὸς τοὺς καλουμένους γαλεοὺς ἔχων. Οἱ μὲν γάρ εἰσι σελάχιοι καὶ πελάγιοι καὶ μέγεθος προήκοντες, εἶτα μέντοι καὶ κυνὶ ἐοίκασιν· ἡ γαλῆ δὲ, φαίην ἂν αὐτὴν εἶναι τὸν καλούμενον ἥπατον· ἰχθὺς δ' ἐστὶν αὕτη βραχὺς, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ ἐπιμέμυκε· κόρας δὲ ἔχει κυανοῦ χρόᾳ προσεικασμένας· καὶ τὸ μὲν γένειον ἔχει τοῦ ἡπάτου μεῖζον, ἡττᾶται δὲ αὖ πάλιν τοῦ χρέμητος κατά γε τοῦτο· πετραίαν δὲ οὖσαν τὴν γαλῆν καὶ νεμομένην φυκία ἀκούω πάντων σωμάτων, οἷς ἂν νεκροῖς ἐντύχῃ, τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ ταύτην ὥς τὴν χερσαίαν ἐσθίειν.* Est igitur piscis marinus, paruus, saxatilis, barbatus, similis hepato, oculis caerulescentibus, sed obtectis, ac fucos algasque depascitur, et oculos corporum mortuorum comedit. Alter locus est Plutarchi de Solertia animalium p. 69. ed. Reiskii, p. 185. Huttenii, vbi de piscibus gregatilibus narrat, qui simul retium vario genere capiuntur. Deinde subdit haec: *ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα μηχαναὶ ταῖς γαλαῖς, ὥσπερ τῷ λάβρακι· συρομένην γὰρ αἰσθανόμενος (τὴν σαγήνην) βίᾳ διΐστησι καὶ τύπτει κοιλαίνων τοὔδαφος· ὅταν δὲ ποιήσῃ τῇ ἐπιδρομῇ τοῦ δικτύου χώραν, ἔωσεν ἑαυτὸν καὶ προσέχεται, μέχρις ἂν προσέλθῃ.* Verum dubitatio subit de verbis *ταῖς γαλαῖς* in exemplo iuxta labracem positis, quoniam in superiore loco inter pisces gregatiles *γαλαῖ* non sunt nominatae, vt labrax cum aliis. Deinde verba quae sequuntur numero singulari, referuntur omnia ad labracem, non ad *γαλᾶς*. Debebant enim in pluralem numerum conuerti. Fortasse igitur verbum aliud olim fuit in eo loco, quem nomen mustelarum postea occupauit. Certe huic loco nullam aut valde exiguam auctoritatem tribuere licet.

Ad II, 12, 13 et 17. De piscibus: *καὶ τὸ τοῦ ἐντέρου δὲ μέγεθος, ἁπλοῦν καὶ ἀναδίπλωσιν ἔχει, ὃ ἀναλύεται εἰς*

ἕν. altero loco: ἔχουσι δὲ καὶ λεπτὸν τὸ ἔντερον οἱ πλεῖστοι καὶ ἁπλοῦν ἀναλυόμενον. Gaza priorem vertit: *Intestinum etiam simplex, replicans se, quod in vnum continuumque resoluatur.* quasi scriptum legisset ἁπλοῦν ἀναδίπλωσιν ἔχει, ὃ ἀναλύεται εἰς ἓν συνεχές. Sed ne ita quidem sensus loci constat. Itaque eum vna cum altero vitiosum pronunciare ausim. Quod lectores mecum facere non detrectabunt comparato loco de Partibus 3, 14. vbi de eodem est argumento: τοῖς μὲν γὰρ ἁπλοῦν ἐστι καὶ ὅμοιον ἀναλυόμενον· τοῖς δ' ἀνόμοιον· ἐνίοις μὲν γὰρ εὐρύτερον τὸ πρὸς τῇ κοιλίᾳ, τὸ δὲ πρὸς τῷ τέλει στενότερον. et paulo postea: ὅσα τῶν ζώων ἢ ἁπλᾶς ἔχει ἢ εὐρυχώρους τὰς ὑποδοχάς, τὰ μὲν εἰς πλῆθος γαστρίμαργα, τὰ δ' εἰς τάχος ἐστίν. Vnde satis manifestum est, ἁπλοῦν ἔντερον, intestinum simplex, esse et dici, quod eodem tenore eademque capacitate ab initio ad finem pertinet; ita tamen, vt si recta via pertendat, εὐθὺ dicatur; vnde εὐθυέντερα animalia dicuntur; contra si duplicetur seu pluribus plexibus inuolutum sit, ἀναδίπλωσιν vel ἀναδιπλώσεις habere dicitur; quae volumina si euoluantur, ἀναλύεσθαι, id est resolui, dicuntur. Quodsi omnia ea euoluuntur, semper in vnum idemque resoluuntur, neque vnum eorum ab altero differt, sed omnia in volumen vnum et simplex porriguntur. Alterum discrimen ἐντέρου est, cum partes eius diuersae in latitudinem et capacitatem maiorem increscunt. Hinc differentia receptacnlorum vel intestinorum vel simplicium vel εὐρυχώρων. Haec vero ipsa si pluribus sunt inuoluta plexibus, minime resolui possunt in vnum aliquem continuum et simplicem tractum, sed varium pro locorum et partium diuersa capacitate. Ita nunc credo manifestum esse vitium vtriusque loci, vbi intestinum piscium simplex, id est nulla capacitatis diuersitate distinctum, resolui dicitur εἰς ἕν, *in vnum.* Addidit Gaza *continuumque.* Sed hoc non erat opus; et res erat per se clara, vnum esse et continuum intestinum. Additum igitur

oportebat: *et simplex*, vel *et simile*, vt est in loco de Partibus ἁπλοῦν καὶ ὅμοιον ἀναλυόμενον. In altero loco similiter deesse videtur vox ὅμοιον. Quodsi tamen vulgatam vtriusque loci scripturam velis, dicendum erit, ἀναδίπλωσιν intestini plurium speciem praebere; itaque si resoluatur, demum apparere vnum tractum et continuum: itaque dici ὃ ἀναλύεται εἰς ἕν; eodemque modo alterius loci verba ita erunt interpretanda: *habent autem plurimi pisces intestinum et tenue et simplex, si resoluatur.* Facile tamen animaduertet ipse lector, rationem hanc admodum esse duram.

Ad III, 7, 6. στερεὰ δὲ — ὁ λέων — συντριβομένων, ὥσπερ ἐκ λίθων ἐκλάμπειν πῦρ. Athenaeus 8. p. 353. (303. Schw.) ὁ λέων στερέμνια ἔχει τὰ ὀστᾶ, καὶ κοπτομένων αὐτῶν ὥσπερ ἐκ τῶν λίθων πῦρ ἐκλάμπει hinc excerpsit.

Ad III, 14, 5. τῷ διωῤῥῶσθαι. Noster cap. 16, 3. διοῤῥοῦται τὸ γάλα. Inter varietates scripturae est etiam διωρίσθαι. In libro 3. de generat. animal. 2. de vitello oui est: θερμαινόμενον δὲ ὑγραίνεται· διὸ καὶ συμπεττόμενον ἐπὶ τῇ γῇ ἢ διὰ τοῦ ἐπωάζειν ὑγραίνεται — καὶ διὰ τοῦτο θερμαινόμενον μᾶλλον, ἐὰν ᾖ μὴ ἐξ ὑγροῦ περιττώματος, διουρεῖται καὶ γίνεται οὔρια. Gaza vertit *saniescunt redduntur que vrina.* Guilelmus *euaporant.* Si scriptura sana est, comparabitur verbum cum eo, quo in eodem argumento solus vtitur Alexander Aphrod. Problem. libro 2. qui ἐξουρίσαντα ᾠὰ vocat, quae sunt facta οὔρινα. Verbum διοῤῥίζω vel διορίζω e Dioscoride 2, 77. positum a Budaeo rectius ad vocem ὄρος retulit Stephanus. Sed ἐξορίζω de caseo expresso habet praeter Hesychium Etymol. M. cum fragmento scriptoris elegante.

Ad III, 16, 6. Γίγνεται μὲν οὖν ἡ πυετία γάλα ἔχον ἐν ἑαυτῷ τυρόν. Agnosco nunc demum errorem in scriptura huius loci mire in Codd. variata admissum. Ante omnia comparandus erat tertius locus de gener. anim. 2, 1. vbi vires et effectus seminis masculi in vterum comparantur cum effectu coaguli in lac: καὶ γὰρ ἡ πυετία γάλα ἐστὶ

ζωτικὴν θερμότητα ἔχον, ἢ τὸ ὅμοιον εἰς ἓν ἄγει καὶ συνίστησι. Vides vim omnem agendi in coagulo tribui calori. In nostro loco ratio docendi recta postulabat, vt primum describeretur coagulum quid sit; deinde ortus et causa erat docenda. Nunc vero omnia susque deque habita et conturbata sunt: quae ita fere in ordinem suum restituenda suspicor. Primum editur, quid sit coagulum: Ἡ δὲ πυετία γάλα ἐστί· τῶν γὰρ ἔτι θηλαζόντων ἐστὶν ἐν τῇ κοιλίᾳ. Hucusque demonstratur lac esse. Sed non est lac purum et integrum, quale a mulctra venit, sed immutatum. Hoc autem non minus interest scire, vt constet, quid sit coagulum. Addendum igitur censeo verbis superioribus: ἐν τῇ κοιλίᾳ ἡ πυετία, γάλα ἔχον ἐν ἑαυτῷ τυρόν. Ita enim demum natura coaguli agnoscitur, si dicatur esse serum lactis a caseo separatum. Deinde ortus indicatur ita: Γίγνεται μὲν οὖν ἐκ τῆς τοῦ ζώου θερμότητος πεττομένου τοῦ γάλακτος. Quod si, neglecta natura coaguli, causam tantum indicare voluit Aristoteles, cur inditum lacti suam naturam reddat idque cogat, tum scribendum censeo: ἐστὶν ἐν τῇ κοιλίᾳ ἡ πυετία γάλα, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πῦρ, ὃ ἐκ τῆς τοῦ ζώου θερμότητος πεττομένου τοῦ γάλακτος γίγνεται. Equidem priorem scripturam praefero. In his enim libris non id egit Philosophus, vt causas rerum exquireret; sed facta voluit et τὰ φαινόμενα narrare. Contra libri de Generatione et de Partibus animalium id sibi propositum habent, vti causas rerum exponant. Hanc igitur ob causam scripturam τυρὸν vulgatae antea πῦρ etiamnum praefero; sed membra orationis aliter collocanda fuisse mihi persuasum habeo.

Ad III, 17. καὶ τὸ μὲν γόνιμον ἐν τῷ ὕδατι χωρεῖ κάτω, τὸ δ' ἄγονον διαχεῖται. Repetit de Generat. 2, 7. διόπερ εὐλόγως βασανίζεται ταῖς πείραις τὸ γε τῶν ἀνδρῶν, εἰ ἄγονον, ἐν τῷ ὕδατι· ταχὺ γὰρ διαχεῖται τὸ λεπτὸν καὶ ψυχρὸν ἐξεπιπολῆς, τὸ δὲ γόνιμον εἰς βυθὸν χωρεῖ. vbi versio Guilelmi et Gazae verius ἐπιπολάζον dant. Praeter-

ea Guilelmi versio ita habet: *genuinum autem quoniam corpus poros habent recipit ingrediens, in profundo cedit.* quorum vestigium hodie nullum est in graecis nec in versione Gazae. Pertinet huc etiam locus ibidem c. 4. *ὥσπερ καὶ τῆς τοῦ ἄῤῥενος γονῆς τὸ ὑγρότατον* (*ἄχρηστόν ἐστι*) *καὶ τῆς εἰσάπαξ προέσεως· καὶ ἡ προτέρα τῆς ὑστέρας* (*τῶν ὑστερῶν* Guilelmi versio) *ἄγονος μᾶλλον τοῖς πλείστοις· ἐλάττω γὰρ ἔχει θερμότητα ψυχικὴν διὰ τὴν ἀπεψίαν· τὸ δὲ πεπεμμένον πάχος ἔχει καὶ σεσωμάτωται μᾶλλον.* vbi Gazae versio babet: *quod humidissimum est, tum eadem emissione tum in diuersis.* Postremi huius membri nullum reperi vestigium in Guilelmi versione.

INDEX AVCTORVM,

QVORVM LOCA IN ADNOTATIONIBVS VEL EMENDANTVR (em.) AVT DEFENDVNTVR (df.) VEL EXPLICANTVR (expl.) VEL CENSENTVR (cs.) *)

Paginae cuiusque tomi Adnotationum minoribus numeris distinguuntur; ubi tomus alter citatur, adiuncto numero II; quo deficiente, semper T. I. indicari putandus est.

*) Hos in Commentarium Indices confecit C. F. A. Beierus, iuvenis doctus et industrius, cui Indices in Ciceronis Philosophica a Goerenzio edita debemus.

INDEX GRAECVS
IN
ADNOTATIONES.

A.

Z.

H.

Θ.

I.

K.

Λ.

Ψ.

Ω.

INDEX
LATINVS ET RERVM
IN
ADNOTATIONES.

A.

H.

I.

L.

In An-

In Annotationibus lector corrigat haec:

P. 25 versu 27 scribat mulum, hinnum,
— 47 — 4 — legebatur *καὶ ἐστιν ἔναιμα,*
— — — 28 — vulgatum *ὑπὲρ τὸν ἐγκ.*
— 62 — 19 — Dugones
— 70 — 31 — vertit Camus
— 74 versus 6 — 12 pertinent ad Caput V. paginae 92 post versum 6 inserenda. Contra ante versum 6 huius paginae collocanda erant, quae infra p. 76 post versum 20 transposita leguntur.
— 77 versu 25 scribat (vulgo adhuc I.)
— — — 26 — *ἔτι δὲ*
— 81 — 1 — tractatione
— 82 — 28 — *γίνεται· ὕστερον*
— 88 — 7 — Thomae omisi
— — — 27 — p. 55.
— 92 versus 8 — 13 pertinent ad pag. 93 post versum 52 inserenda.
— 102 — 2 scribat exempla
— 105 — 26 — *immmc'pis*
— 116 — 15 — *καὶ ἔλεια*
— 121 — 22 deleat prius 6, 10.
— 125 — 29 scribat *συνέχουσαι* reperit scriptum.
— 151 — 14 — *τόσοι*
— 156 penultimo — nihil commune cum
— 173 versu 2 — libri 3 c. 101.
— 188 — 13 — nautili, aut partum
— 189 — 22 — Horum valuas
— 191 — 12 — afferre possum.
— 262 — 11 — versione Thomae inserui.
— 266 — 5 — *ὑπάγοντα*] *ὑποπεσόντα* dant Med. Rhen.
— — ad sect. 4 versu 3 scribat obiter. Plinius
— 267 versu 9 — 37 Hegirae).
— 291 — 6 et 7 deleat verba *μάλιστα* — Thomas.
— 306 — 30 scribat: Deinceps Rhen. *ὥσπερ*
— 331 — 22 — intra cellulas
— 344 antepenultimo — rupto quo continebatur — Ambr. Verum dedit Rhen. Casaubonus
— 345 versu 30 scribat nominat, quem
— 357 — 15 — sphecum
— 359 — 16 — *Vespae quae simil.*
— 367 — 16 — *araneosa*
— 371 — 14 — *καταλείφοντα.*
— 379 — 18 — quod Thomas vertit
— 383 — 20 — habet. Gaza:
— 393 ad sect. 3 versu 7 — *ἐρινεοί.*

P. 431 versu 8 scribat *victus*

— 476 ad sect. 5 versu 2 scribat mutat Medic. cui

— 477 ad — 6 — 1 — ταυριῶσι] — ταυρῶσι.

— 486 versu 8 scribat sic indefinite positae congruit.

— 560 versui 19 anteponat numerum 5 et deleat *Postea.*

— 564 — 4 scribat nec aerem,

— 568 — 10 — eum vulgato

— 571 — vltimo — acetabula

— 580 — 4 — gatturigine

— 583 — 10 — *βραγχία*

— 586 — 22 — Suspicor Plinium ex hoc loco

— 633 — 18 — et Gazae inseruit Camus.

— 641 — 31 — librariam

— 644 antepenultimo — nec sanitati

— 646 ad sect. 8 versu 9 — *ἀράχνη*

— 655 versu 14 scribat grandinum

— 663 — 31 — habent *καὶ τείνει.*

— 681 — 17 — *κτηνῶν* — *ἄῤῥενες*

In Volumine II. Annotationum.

P. 27 versu 1 scribat vnde ille

— 29 — 27 — tam enormiter

— 55 — 13 — *colla non*

— 56 — 14 — *παλευτριῶν*

— 90 — 17 — *nec probitate victus, morum*

— 117 — 30 — *ἐκ δούλου* rectius scriptum legit

— 151 — 1 — versiones

— 153 ad Cap. 23 versu 7 — laudauit 8 p. 353 (301 Schw.)

— 177 — 4 — seu brachia

— 188 — 21 — *ἀραχνῶν*

— 191 — 30 — Hydrarachnas

— 218 — 8 — versio Thomae, omisso

— 234 — 20 — Alberti. Equorum

— 243 — 2 — *affuerint* Gaza. *si*

— — — 3 — versio Thomae

— 256 — 6 — coniiciebat Gazam scriptum legisse

— 269 — 6 — quomodo

UNIVERSITY OF CALIFORNIA
LIBRARY

This is the date on which this book was charged out.
DUE 2 WEEKS AFTER DATE.

8Aug'58AR

IN STACKS

JUL 22 1958

REC'D LD

JUL 24 1958

[30m-6,'11]

Digitized by Google

B431
A454
v. 2
178285
Aristoteles
Digitized by Google

Digitized by Google